

I. LEIPZIG UND MAINZ 1663 – März 1672

1. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Jena, 2. (12.) September 1663. [3.]

Überlieferung:

- E¹ STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 54–56 (Teildruck).
E² KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 22–24. (Unsere Druckvorlage.)
E³ II, 1 (1926) N. 1 (nach E²).
Weitere Drucke:

5

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 19–20 (nach E¹). – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 7–8 (Teildruck).

Übersetzung:

10

1. GUHRAUER, *Leibnitz's Diss. de principio individui*, Berlin 1837, S. 33–35. – 2. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 35–36.

Unser Brief eröffnet den Briefwechsel zwischen Leibniz und seinem Leipziger Lehrer Jakob Thomasius. Von dieser Korrespondenz sind alle Manuskripte verschollen. Wir sind daher auf die Erstdrucke angewiesen, die noch auf die Originalhandschriften oder davon erstellte Abschriften bzw. Auszüge zurückgehen. Für einen beträchtlichen Teil der Korrespondenz (nämlich unseren Brief und die Briefe N. 11, 13, 17, 29, 35, 37, 50) gibt es zwei voneinander unabhängige Überlieferungsstränge, die Drucke von Struve und Kortholt. Struves Mitteilungen aus dem Briefwechsel des Jakob Thomasius stützen sich auf heute verschollene Handschriften, die er wohl bereits als Auszüge von Joachim Friedrich Feller erhalten hatte: »Epistolas quas vides, et Thomasianas et ad 15 Thomasium scriptas mecum communicavit Nobilissimus Vir, Joach. Fridericus Fellerus, Serenissimi Ducis, Guilielmi Ernesti Secretarius, qui eiusdem familiae penum hanc publico invidere noluit« (STRUVE, *Acta Litteraria*, 1710, Fasc. VII, Praefatio). Kortholt dagegen veröffentlichte, offenbar ohne die Sammlung Struves zu kennen, den Briefwechsel zwischen Leibniz und Jakob Thomasius nach Handschriften, die er von dessen Sohn Gottfried bekommen hatte und die daher aus dem Nachlaß von Jakob Thomasius stammen dürften: »Debeo hasce 20 eximias epistolas Godefrido Thomasio, Polyhistori Norimbergensi celeberrimo, Jacobi filio, qui eas, proxeneta viro summe reverendo M. Tresenreutero, S. R. M. Suec. Legationis Vienn. V. D. M. vocato S. Theologiae Prof. Altorf. Collega atque amico meo honoratissimo, mecum benignissime communicavit. Ipse Jacobus Thomasius Leibnitii, discipuli sui charissimi, epistolas sua manu descriptisit, et in volumen aliquod MSC. suorum retulit. De industria autem elogia sibi a Leibnitio tributa omisit« (KORTHOLT, *Epistolae*, vol. III, Praefatio, Bl. a8 r°). Der 25 Druck Kortholts geht daher, zumindest für alle Briefe an Jakob Thomasius, auf die Abfertigung zurück, und zwar auf Abschriften, die schon Jakob Thomasius nach diesen Abfertigungen hergestellt hatte. Dafür, daß die Struve von Feller übermittelten Auszüge ebenfalls auf den Thomasius-Nachlaß zurückgehen (und nicht auf die seinerzeit wohl schon verschollenen Konzepte aus dem Leibniz-Nachlaß), spricht im Falle unseres Briefes die Identität der Anmerkungen bei Struve und Kortholt, die von Jakob Thomasius stammen müssen. Die Abweichungen in den 30 beiden Drucken könnten darauf zurückzuführen sein, daß Feller bei seiner Abschrift die Abfertigung benutzt hat, dann aber müßte Thomasius der Urheber der Differenzen sein, dessen Abschrift ja Kortholt vorgelegen hat. Das wäre immerhin möglich, wenn Thomasius selbst an eine Herausgabe seiner Korrespondenz gedacht und sich im Hinblick darauf stilistische Korrekturen und die erwähnten Streichungen erlaubt hat.

Wir benutzen als Druckvorlage Kortholt, da es sich beim Druck von Struve fast durchweg um kleinere 35 Teildrucke ausgewählter Passagen handelt. Nur in einem Falle (N. 13) folgen wir Struve, dessen Druck hier der einzige Textzeuge ist.

Unser Brief ist der einzige aus dieser Korrespondenz erhaltene aus Leibniz' Studienzeit in Jena vom Juni bis zum Oktober 1663. Eine Reaktion von Thomasius ist nicht überliefert.

:3 || Unica, quam tibi transmitto, disputatio sua novitate id meruisse visa est.¹ Respondens filius est D. Wilhelmi Schroeteri, Cancellarii Gothani, qui celeberrimo illi Franskio successit. Is 5 Jenae prius studiosus, mox peregrinandi amore in Bataviam, inde [in] Angliam delatus est, inde, si ipsi credimus, in parlamentum irrepit. Nuper, cum patriam suam reviseret, noluit inglorius tacitusque abire, sed monumentum sui hanc disputationem relinquere constituit. Sed eo eventu, ut multo fuerit consultius, siluisse. Nam et in conflictu vox, et in conversatione morum elegantia defuit, sic, ut pro gloria, quam sibi promiserat, cumulatam ex hac urbe 10 infamiam asportaret. Quin et princeps Gothanus, re comperta, ac cognito, quam in hac disputatione periculosa spargerentur, primus ursit, effecitque, ut publice confiscaretur. Ipsam sane disputationem judicio peritiorum accepi ingeniosam esse: sed sic, ut tanto minus hic auctor videatur. Immo non defuere, qui dudum cusam, et inde usque ab Anglia allatam suspicarentur, 15 quod disputatione [de] Ministrissimo, thesi una, Don Louis de Haro, tamquam adhuc florentis viventisque mentio fieret, qui tamen et obiit dudum, et familia, postquam filii insidiae in Regem detectae sunt, jacet proculata. Sane corollaria novam quandam sapiunt philosophiam, qualibus plena Anglia est, et ipse, ni fallor, Kenelmus Digbaeus, cui ille hanc disputationem dicavit,²

¹ Anmerkung von Kortholt unter dem Text in E² nach *visa est*: Titulus ejus: Q. D. B. V. Dissertatio academica, cujus prima pars de ratione status: altera de nobilitate: tertia de ministrissimo: quam pro more consueto, praeside Dn. Severo Christophoro Olpio, Prof. publ. et h. t. academiae rectore magnifico, publicae eruditorum disquisitioni exponet auctor Wilhelm Schröter, illustriss. regiae societatis Britann. assessor. d. 25 Jul. Jenae, literis Sengenwaldianis, anno 1663, in fol.

² Anmerkung von Kortholt unter dem Text in E²: Dedicavit 1) Friderico, Saxoniae Duci, 25 2) Digbaeo. Digbaeo hunc titulum tribuit: Illustrissimo heroi, Britanniae comiti ac domino, DN. KENELMO DIGBY, equiti Britanno exlegato, et summo rei navalis expraefecto, ac sacrae regiae majestatis reginae matris in Anglia cancellario magnifico, et illustrissimae regiae societatis ibidem assessori excellentissimo, domino, Maecenati atque amico meo sincero et pie colendo.

3–5 GODOFREDUS GUILIELMUS LEIBNITIUS *Jenae d. 2. Sept. Anno 1663.* Filius Schröteri, Cancellarii Gothani, qui celeberrimo illi Franzko successit, habuit nuper disputationem, quae novitate sua meruisse visa est, ut tibi transmitteretur: (Titulus ejus: *dissertatio Academica, cujus prima pars de ratione Status, altera de Nobilitate, tertia de Ministrissimo, quam pro more consueto, praeside Dn. Severo Christophoro Olpio, Prof. publ. et h. t. Academiae Rectore Magnifico, publicae eruditorum disquisitioni exponet Autor Wilhelm Schröter, illustriss. Regiae societatis Britannicae Assessor. d. 25. Julii, Jenae literis Sengenwaldianis Anno 1663. fol.*) Is E¹ 5 in Belgium, inde E¹ 5 in erg. Hrsg. nach E¹ 5 f. est, ac, si E¹ 7 inglorius abire; sed monumentum sui E¹ 9 elegantia defecit, sic E¹ 10 infamiam auferret. Quia et E¹ 11 publice prohiberetur. Ipsam E¹ 14 de erg. Hrsg. nach E¹ 17–S. 5.1 dicavit, (dedicavit nimirum 1. Friderico Duci Saxoniae, 2. Digbaeo), ingenti E¹

ingenti opere *de immortalitate animae* simile quid delineavit. Reliqua disputatio Machiavellismum spirat, et videbatur in hoc uno eam respondens intellexisse. Nam quoties jus naturae divinaeque leges objiciebantur, eas ad privatorum pacta limitandas contendebat, totum jus gentium, bellique ac pacis immani hac audacia subversurus.

Denum vivus undique aut Hobbes aut Hobbesianus elucet. Cum enim utilitatem aequi matrem habeat, igitur prout illi velificabitur jus omne, stabit cadetque: cum cuilibet principum absolutum det imperium, sola suspicio principi ad supplicia jus dabit: demum quia a civili lege omnis justitia propullulat, necessario obligatio omnis ac foederum servandorum necessitas ruet inter civitates. Haec in Hobbesio saepe reprehendentem V.E. audivi. Quare cepit me quaedam de Hobbesio a V.E. quod ejus pace fiat, sciscitandi cupiditas, quis ille, an adhuc superstes, an Antagonistam na[c]tus, an habuerit, qui in jure naturae illustrando paria fecerint, meliora aut aequalia, si subtilitatem species. Unus mihi Dominus Pufendorfius notus est, qui tamen sua *elementa jurisprudentiae[e]* ex Weigelii nostri Ethica Euclidea manuscripta dicitur fere tota efformasse. Jenae 2 Septemb. 1663.

2. JOHANN STRAUCH AN LEIBNIZ

15

Braunschweig, 6. (16.) Juli 1665.

Überlieferung:

E¹ LEIBNIZ, *Disp. juridica prior de Conditionibus*, Leipzig 1665.

E² II, 1 (1926) N. 2.

E³ VI, 1 (1930) N. 5.

20

Leibniz hatte Teile seiner Baccalariusdisputation, zunächst der *Disputatio juridica (prior) de conditionibus* (VI, 1 N. 5), seinem Onkel Johann Strauch geschickt mit der Bitte um dessen Urteil. Strauch antwortet spät, immerhin konnte Leibniz gerade noch rechtzeitig zum Disputationstermin am 24. Juli 1665 einige seiner Mitteilungen in die Vorrede seiner *Disputatio prior* einbringen, so z.B. den Hinweis auf die Abhandlung des Philibert Brussel. Der zweite Teil der Baccalariusschrift, die *Disputatio juridica posterior de conditionibus* (VI, 1 N. 6), ist wenig später, zwischen dem 24. Juli und dem 27. August, fertiggestellt worden.

6 f. cuilibet Principi absolutum *E¹* 9 reprehendentem te audivi *E¹* 9–14 Quare . . . 2 Septemb.
1663. fehlt in *E¹* 11 fecerint | subtilitate streicht Hrsg. |, meliora *E²*

1 opere: K. DIGBY, *Demonstratio immortalitatis animae rationalis*, Paris 1651; 2. verm. Aufl. Paris 1655.
9 audivi: vgl. JAK. THOMASIUS, *Programma de statu naturali adversus Hobbesium . . . Anno 1661. d. 16. Januarii*, in: *Dissertationes LXIII*, hrsg. v. Chr. Thomasius, Halle 1693, Programma XIX, S. 184–194.
12 f. Unus: S. VON PUFENDORF, *Elementorum Jurisprudentiae universalis libri duo*, Den Haag 1660; *denuo ad exemplar Hagae-Comitense impressi, appendice de sphaera morali* [Weigelii] aucti, Jena 1669.

:4 || Joh. Strauchius D. Gottfredo Guilielmo Leibnuzio suo Affini Carissimo.

Binas a Te accepi literas, et alteras priores una cum dissertatione tua elegantissima. Equidem fere pudet ad illam tam diu tacuisse. Sane possum quam plurimas intermissi officii allegare causas, quas etiam probare Tibi non dubitem: sed malo hanc deprecari quam purgare 5 culpam. Nunc hoc ex animi mei sententia habe, in tua dissertatione nupera, an ingenii felicitatem magis, an scientiam et industriam laudarem, hactenus me ambegisse. Certe videris viam, quam vulgo (praefiscini dicam) monstrare non solent, tute tibi reperisse, ad prudentiae nostrae adyta, expeditam, paeclararam, rectam; adeoque ire non qua itur, sed qua eundum. Quare conatus tuos valde laudo, atque vellem [adesse] propius, quo provehere etiam si possem liceret. 10 Caeterum *de Conditionibus* Galganettum in bibliotheca publica Academiae Salanae vidi. Est et alias de hoc argumento in libris meis, Philibertus Brusselius, Consiliarius olim Karoli V. et Philippi Hisp. R. Lovanii editus, qui si non plenius certe elegantius scripsisse videtur. De methodo tua sane non negem vel difficultate sua esse spetiosam, sed vereor ut in omni argumento tenere eam possis. Quod eo dictum velim, non ut [Te] deterream sed ut excitem. 15 Quod super est, vale, et in affectu erga me persevera. Brunsvigae 6. Julii 1665.

3. LEIBNIZ FÜR JAKOB THOMASIUS

16. (26.) Februar 1666. [1.8.]

Überlieferung:

E¹ KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 24–26.

E² II, 1 (1926) N. 3.

Weitere Drucke:

- 1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 20–21. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 8–9.

Übersetzungen:

- 25 1. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 13 (Teilübers.). – 2. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 45–46.

9 abesse E¹ ändert Hrsg. 14 de E¹ ändert Hrsg.

2 Binas . . . elegantissima: die beiden Briefe von Leibniz, deren erstem die *Disputatio juridica (prior) de Conditionibus* beigefügt war, sind nicht gefunden worden. 10 L. GALGANETTI, *De conditionibus et demonstrationibus, modo, causa et poena tractatus*, Venedig 1609. 11 PH. BRUSSEL, *Tractatus de conditionibus libri quattuor*, Löwen 1560.

Um diese in Schlußform gehaltene Erörterung des bekannten Paradoxon des Anaxagoras (überliefert bei SEXTUS EMPIRICUS, *Pyrrhonenses hypotyposes*, I, 33) war Leibniz von Thomasius gebeten worden. Christian Kortholt fand sie unter den Abschriften des Leibniz-Thomasius-Briefwechsels aus dem Besitz von Gottfried Thomasius und nahm sie in seine Briefsammlung auf.

5 :4

|| Conjectura,
cur Anaxagoras nivem nigram dicere potuisse videatur,
petenti Jac. Thomasio in scheda missa,
d. 16 Febr. 1666.

Hypothesis 1. Omnis color est impressio in sensorium, non qualitas quaedam in rebus, sed extrinseca denominatio, seu ut Th. Hobbes appellat, phantasma. 10

2. Ergo nobis non sentientibus nullus est color.

3. Nigredo est non tam color, quam coloris privatio, seu nigrum videre nos dicimus, cum nihil videmus.

4. Omnia opaca in se sunt nigra, per hypoth. 2, juncta 3.

Ergo etiam nix. Anaxagoras autem, quo mirabilius esset παράδοξον suum, de eo potissimum subsumsit, quod pro albissimo habetur. 15

5. Color est nihil aliud, quam impressio in oculum, quae fit ab atomis lucidis, a lucido corpore in opacum impingentibus, et inde ad oculum reflexis. || 5

6. Tria sunt principia optica: ignis, cuius atomi pyramidales; aqua, quae dilatata fit aër, cuius sphaericae; terra, cuius cubicae. 20

7. Ignis est principium lucis, aqua nigredinis, terra coloris. Atomii enim pyramidales, sunt subtilissimae, habent vim fodiendi, etc. quae sunt ignis propria. Ignis autem et lux materialiter sunt idem. Atomii cubicae sibi ita jungi possunt, ne quid intercedat vacui. Sunt igitur caussa, cur reflectantur atomii igneae, id est, per hypoth. 5, coloris. At inter sphaericas plurimum est vacui, sunt igitur caussa non reflexionis (ubi enim nihil obstat, penetrant potius, quam reflectuntur), 25 seu non coloris, id est per hyp. 3, nigredinis.

8. Quicquid rarum tale est, id condensatum magis est tale. Quia vis unita fortior.

9. Nix est aqua condensata.

10. Nix igitur quam maxime nigra etiam apparere debet, per hyp. 7, juncta 9, et 8. Q.E.D.

Tale igitur est argumentum hoc, quale Zenonis contra motum; vel ut sophistam gloriosum 30 convinceret Anaxagoras, vel ut ingenium suum quidvis probando et defendendo ostentaret; vel

5 Conjectura: vgl. CHR. THOMASIUS, *Index in B. Jacobi Thomasii Meditationes Msc. variis generis, magnam partem ad historiam philosophicam et ecclesiasticam pertinentes*, der als Anhang zu *Jacobi Thomasii Origines historiae philosophicae et ecclesiasticae* (Halle 1699) veröffentlicht wurde. Dieser Index führt auf S. 170 *Anaxagorae de nigredine nivis sententia* und auf S. 194 *In Anaxagorae de nigredine nivis sententiam conjectura* als Manuskripte des Jakob Thomasius auf. Zum *Sophisma Anaxagorae de nive nigra* vgl. N. 11. 10 appellat: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, I, 5, 6 (M.O.L. I, S. 53). 30 Zenonis: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, VI, 9, 239 b 9–240 a 1.

ut scepticis patrocinaretur, divertium sensus et rationis ostendendo, ut alterutrum falli necesse sit. Nigram autem etiam sibi apparere si dixit, joci gratia dixisse videtur, quia sciret, neminem redarguere hoc παράδοξον posse.

4. LEIBNIZ AN CHRISTIAN DAUM

5 Leipzig, 26. März (5. April) 1666. [5.]

Überlieferung:

- L Abfertigung: ZWICKAU, *Ratsbibliothek*, Daum-Briefwechsel, 17, 111. 1 Bog. 4°. 2 S. Aufschrift u. Siegel.
 E¹ GOTTSCHED, *Ad orat. solemnem*, 1750, S. 3–4.
 10 E² DISTEL, *Ein Jugendbrief von Leibniz*, in *Archiv für Litteraturgeschichte*, 11, 1892, S. 350–352.
 E³ R. BECK, *Daums Beziehungen zur Leipziger gelehrten Welt*, 1892–1893, S. 12–13.
 E⁴ II, 1 (1926) N. 4.

Mit dem vorliegenden Brief beginnt die direkte Korrespondenz zwischen Leibniz und Christian Daum, seit
 15 1662 Rektor der Ratsschule in Zwickau. Bereits Anfang bis Mitte Februar 1666 hatte Leibniz über den Leipziger Professor der Poesie Joachim Feller dessen ehemaligen Lehrer Daum gebeten, ihm Beispiele von variablen oder kombinatorischen Versen (nach J. C. Scaliger *Proteus-Verses* genannt) zu schicken. Diese Bitte hat Feller bereits in seinem Brief an Daum vom 20. Februar (Daum-Briefwechsel 8, 44, Nr. 191) übermittelt, und er wiederholte sie in seinem Brief vom 22. Februar (8, 44, Nr. 192), der sich mit Daums Antwort vom 24. Februar (Daum-Konzepte 5, 33, Bl. 9 v°) überkreuzte. Diesem Antwortschreiben waren schon mehrere Beispiele beigefügt, darunter vermutlich Daums Epithalamium zur Hochzeit des Zwickauer Ratskämmerers Peter Winter und zwei dem Zwickauer Superintendenten Peisker gewidmete Gratulationsgedichte. Mit einer Nachschrift vom 1. März (Daum-Konzepte 5, Heft 33, Bl. 11 r°) zu seinem schon versiegelten Brief an Feller vom 28. Februar (Daum-Konzepte 5, Heft 33, Bl. 10 v°) übersandte Daum noch ein weiteres Beispiel, ein Gedicht, das er zur Hochzeit des
 20 Vaters von Peter Winter verfaßt hatte. Auszüge aus den Mitteilungen Daums zitiert Leibniz in seiner noch im März 1666 gedruckten *Dissertatio de arte combinatoria* (VI, 1 N. 8), von der er ein Exemplar zugleich mit dem vorliegenden Brief an Daum schickt; vgl. VI, 1 N. 8, S. 223–228.

:5 || Nobiliss^e et Cl^{me} Vir.

Cum simulac in notitiam Tuam veni, statim beneficium senserim; nolui prius scribere,
 30 quam grati animi signum qualecunque dare liceret. Igitur quod plurimum a Te adjutus, ne verbulo quidem, nisi per Cl^{um} Fellerum, vel gratias egi, aegre minime [Te] laturum, maxime spero. Quamprimum autem exiit e praelo nostra *de Arte Combinatoria* dissertatiuncula, nihil antiquius habui, quam mittere; partim ne moram excusandi jus, aut gratias agendi occasionem

1 scepticis: vgl. CICERO, *Academicae quaestiones*, II, 31, 100.

perderem; partim ut recognosceres artes Tuas, et quorum pars magna es, ea ipse haberes. *De Arte Combinatoria*, inscripsimus, magis ut satisficeret vulgi auribus, in quibus et Lullii artificium, et Ath. Kircheri promissum increbuit, quam quod ita sentiremus. Neque enim variationem conjunctionum tantum, sed et retenta [earundem] rerum complexione artificium situs commutandi sumus executi. Plus tamen in Complexionibus operae posuimus, quod utiliores hae, 5 etsi transpositiones jucundiores. Nam et professi sumus in opusculo, et experturus credet, hanc scientiarum omnium clavem esse, denique hujus praeceptis Universam Logicam inventivam contineri. Dolendum quippe est hodie partem Logicam de Judicio ita prope solam || 6 urgeri, ut negligatur inventio, aut, quae traduntur, pontes sint asinorum, distinctionum cruces, canonum pessime intellectorum praecipitia. Sed haec apud peritissimum Virum frustra. Transpositiones addidi, ut superiora severiora, et in fundamenta scientiarum aditum molientia, jucunditate temperarem: Earum spectaculum commodissimum versus sunt Protei: Proteorum Tui: Tuorum vero utinam theatrum satis editum esset hic libellus! qui si artis tuae magnitudinem modo assecutus sit, satis se praestitisse credet. Nam tua recte expressa etiam in humili loco per se lucent. Caeterum in nonnullis aliis haesi. Nam de Goldsteinii Proteo nihil fere compertum 15 habebamus praeter verba. Et Publilius Porphyrius Optatianus, Poeta vetus, aevi Constantini-anaei in manus nostras non nisi citatus venit; de quo quantum noveramus, in ipso opusculo disseruimus. Utriusque notitiam pleniorem, si daretur vel nunc demum ex Te discere, Cl^{me} Vir, quanti aestimaturus sim principia haec favoris in me Tui, ipse facile vides. Denique promptitudini tuae juvandi me ignotum, aut potius per me familiarissimam tibi amicam, Rem Literariam; gratias et nunc ago, et cum occasio erit, habiturus sum majores. Vale. Id precatur

Tibi quondam publico nomine, nunc privatum obstrictus

Lipsiae, 26. Martii 1666.

M. Gottfredus Guilielmus Leibnizius.

Nobiliss^o et Cl^{mo} Christiano Daumio, Gymnasiarchae Zwickaviensi, de re Literaria meritis 25 Viro, Fautori Suo Honoratissimo.¹

25

¹ Unterhalb der Anschrift von Daums Hand das Empfangsdatum: 30 Martii 1666

4 earundem L ändert Hrsg.
24 Cl^{mo} | Viro gestr. | Christiano L

4 complexione (1) variandi (2) artificium (a) situm (b) situs L

15 Proteo: C. GOLDSTEIN, *Versum quem Protea Poeticum vocant evulgo 1644 numeris absolutum*, Leipzig 1618. 16 P. PORPHYRIUS OPTATIANUS, *Panegyricus dictus Constantino Augusto*, hrsg. v. P. Welser, Augsburg 1595.

5. CHRISTIAN DAUM AN LEIBNIZ

Zwickau, 30. März (9. April) 1666. [4.6.]

Überlieferung:

- 5 K Konzept: ZWICKAU, Ratsbibliothek, Daum-Konzepte, 5, Heft 33, Bl. 16. 1 Bl. 4°. 1 ¾ S.
 E¹ R. BECK, Leibnizens Beziehungen zu Christian Daum, in *Mittheilungen des Altertumsvereins für Zwickau und Umgebung*, Heft 2, Zwickau 1888, S. 54–56.
 E² R. BECK, Daums Beziehungen zur Leipziger gelehrten Welt, 1892–1893, S. 13–14.
 E³ II, 1 (1926) N. 5.

Unser als Konzept gefundener Brief antwortet auf N. 4 und wird, wie aus N. 6 hervorgeht, durch einen
 10 nicht gefundenen Brief von Leibniz beantwortet. Zugleich mit der Abfertigung sandte Daum Leibniz seine
 Exemplare des *Panegyricus* des P. Porphyrius Optatianus und der von P. Pithou herausgegebenen *Epigrammata et poemata vetera* zur Ansicht, ferner von H. Reimarus den *Proteus poeticus* und eine Schrift von B. Reinheckel,
 vermutlich dessen Γλυκύπικρον *metricum*, Wittenberg 1620.

:6 || Leibnuzio.

15 Cl^{me} et PerEximie Vir. Fautor et Amice pl. colende.

Quam grata mihi Dissertatio tua acciderit, nolo verbis explicare. Sensi inde me beneficium
 meum, si quod est, sic collocasse, ut beneficium contra mihi eo pepererim longe majus, ac
 praestantius. Tu enim Clarissime Vir in theatrum Virorum eruditissimorum produxisti, quae ego
 intra paucorum, talia etiam aegre capientium aut nil mirantium, modo non carpentium attingas,
 20 ut sic dicam, conclusa habui hactenus. Unde debitorem me tibi agnoscis ingentem. De ipsa
 Dissertatione tua quid dicam? Attonuisti novitate inventi, et singulari arte ingenii ruditatem
 nostram. Quae, ubi otium dabitur pinguis, speculationes tamen illi suas qualesquales indul-
 7 gebit et de multis cogitabit penitus. Latum enim hic aperuisti campum || ingeniosae ac subtili
 industriae. Atque utinam in Mathesi aliquos fecissemus progressus, ut illis possemus sufficere:
 25 Sane non frustra speraremus collocaturos nos operam huic negotio impendendam. Sed me

17 si (I) aliquod (2) quod K 17 f. beneficium (I) mihi peperisti longe majus. (2) contra . . . majus (a)
 lange (b) ac praestantius K 18 in (I) coelum | (2) theatrum erg. | K 19 paucorum, (I) notitiam capientium
 jungenstucke (2) talia | etiam erg. | . . . non (a) traducentium (b) carpentium attingas K 20 agnoscis (I)
 magnum | (2) ingentem erg. | K 22 tamen erg. K 22–24 illi (I) suae indulgebunt (2) suas . . . cogitabit (a)
 accuratius | (b) penitus erg. | . . . industriae. K 25–S. 11.2 operam (I) . Nunc omnia alia fere me avocant (a)
 . Et ita (b) ac videntur (2) huic . . . | et publica functio erg. | . . . enim K

16 Dissertatio tua: Leibniz' mit N. 4 übersandte *Dissertatio de arte combinatoria* (VI, 1 N. 8).
 19 f. attingas: vgl. JUVENAL, *Saturae* 14, 196.

Genius meus olim ad omnia alia tulit, inviditque occasionem abnegans penitus: Nunc avocationes et publica functio animum alio vertunt. Ita enim comparatae sunt res meae, ut ex quo literas tuas aperuerim, vix dissertationem inspicere, nedum pellegere, et quod huic debetur, religere licitum fuerit. Et praeterea statim ab oblatore tuarum ad responsum poscebar. Quod ecce jam habes subitum satis ac insubidum, sed non solum.

5

Mitto enim una inspiciendum, quem non vidisse ais Publilium Optat. Porphyrium Velseriana et Pythoeanae Editionis, quod nonnihil varient, libros inter meos rarissimos charismosque. Addidi et ipsum Reimerum nuper frustra quaesitum, cum Reineccelio, ne quid alieni in armum tollam, qui sub finem fere Opusculi sui *Proteo* suo ansam dedit mihi ulterius progrediendi. Eum olim scriptum cum literis antequam excuderetur, mecum communem faciebat D. Theod. Steinmetzi Lipsiensis p[iae] r[ecordationis], pueritiae meae Fautor et instimulato unicu; in cuius gratiam multa alia talia tum musinabar, sed quae periere paullo post dum infelici illo tempore sortis pila hinc inde jactitarer.

Goldsteinii¹ Opuscolum non habeo. Kleppisum multos ante annos visum, ante paucos demum nactus sum. Proteus meus ultimus ulterius variari potest si caesuram negligere velis, ut 15 vides in MS^{to} quod una recipis, sed cum caeteris remittendum. Illos enim delevi cum chartam non suffecturam clamarent operae. *Vertumni* mei (cujus 4. Millenarius in scriniis ineditus adhuc latet) Proteos illos nescio an bene sic indigitarim; nec feceram ad Te, nisi memoria officio suo defuisse. Compendifaciendi enim laboris et reiterationis gratia ita appellaram inibi.

¹ Am Rande, von Daums Hand, zwei Kolonnen Zahlen zur Berechnung seines 55. 20 Geburtstages.

4 praeterea erg. K 4 ab (I) offerente (2) oblatore tuarum K 4 responsum (I) invitabar | (2) vocabar (3) poscebar erg. | K 5 jam erg. K 5 subitum . . . insubidum erg. K 6 inspiciendum erg. K 6 non (I) vidisti (2) vidisse ais erg. K 6–8 Porphyrium (I) ex Velseriana et Pythoeanae Editionibus propter diversitatem earum ut videbis. (2) Velseriana . . . Editionis (a) alias nonnihil variantium (b) quod . . . charismosque erg. K 8 f. ne . . . tollam erg. K 9 mihi erg. K 10 f. mecum (I) communicabat (2) communem faciebat K 11 Lipsiensis p. r. erg. K 11 f. instimulato (I) merus | (2) unicus erg. | K 12 talia (I) comminiscebar (2) tum musinabar K 12 quae (I) fere (2) periere (a) (omnia) (b) paullo post K 15 demum (I) meum | feci versehentlich nicht gestr. | (2) nactus sum K 15–17 Proteus . . . una (I) mitto (2) recipis . . . cum (a) spatium (b) chartam (aa) deesse op (bb) non . . . operae. *Vertumni* . . . latet. erg. K 18 indigitarim; (I) nisi (2) nec (a) fecissem | (b) feceram erg. | K 19–S. 12.1 appellaram | (I) in *Vertumno* (2) inibi. erg. | (a) Heri, quo Natalem meum celebravi (b) Cum K

6 f. Velseriana et Pythoeanae Editionis: P. PORPHYRIUS OPTATIANUS, *Panegyricus dictus Constantino Augusto*, hrsg. v. P. Welser, Augsburg 1595; in P. PITHOU, *Epigrammata et poemata vetera*, Lyon 1596, S. 347–378. 8 Reimerum: H. REIMARUS, *Proteus poeticus*, Hamburg 1619. 8 cum Reineccelio: wohl gemeint B. REINECCELIUS, Γλυκύπικρον *metricum, e XV. epithalamii totidemque epicedii conflatum*, Wittenberg 1620. 14 Goldsteinii Opuscolum: C. GOLDSTEIN, *Versum quem Protea Poeticum vocant evulgo 1644 numeris absolutum*, Leipzig 1618. 14 Kleppisum: G. KLEPPIS, *Proteus poeticus*, Leipzig 1617. 17 *Vertumni*: CHR. DAUM, *Vertumnus poeticus*, Zwickau 1646.

Cum heri meum Natalem 55. celebrassem, visa tua hodie dissertatione, subiit in illum novus hic Proteus: *Haec Lux, ne crux sit, fac Dux bone, qui regis axem!* Vel ita: *Haec lux, ne crux trux sit, fac dux, qui regis axem.* Tu supputa, si tanti, quot vicibus variari queat. Hactenus, subsecivis semihorulis, ne otiarer, diversos versus ex Anthologio diverso habitu indui, forte si 5 videbitur doctis, publico daturus, et hactenus excusos illos simul, qui pene in spongiam, ut Augusti Ajax ceciderant, nisi tu, Vir Eruditissime retentasses. Haec dum scribo, dum libros quos mitterem conquirro, incidit et alius Bauhusii Proteus lib. 2. *Epigr.* 69. cuius nescio an mentionem feceris, nondum enim ut dixi, perlegi integrum tuum Opusculum: *Rex, Dux, Sol, Lex, Lux, Fons, Spes, Pax, Mens, Petra, Christus.* Sed non possum non adjicere varias esse 10 quoque posse facies Palindromorum, ut nuper in *fabulis* Hieron. Osii observavi hoc distichon:

*Cur durante die tantum Canis alligor inquit:
Acris ut esse queam nocte cadente vigil.*

Habes hic duos Anacreonticos:

⁸ *Vigil cadente nocte Queam esse ut acris inquit ||*

15 Et Trochaicum:

Inquit alligor canis tantum die durante cur.

Sed satis nugatus sum et turbor quoque a nescio quo interpellatus. Tu, Clarissime Vir quod coepisti perge favere mihi, et nos plura talia doce. B.V. et Salve. Cygn. d. 30 Martii 1666.

Clariss. T. Praestantiae

20 Omni studio atque officio.

1 hodie *erg. K* 2 *axem!* (1) Quot facies ultra (2) Vel |ita *erg. |K* 4 subsecivis (1) horis |(2)
semihorulis *erg. |K* 5 simul, (1) quos ⟨-derent⟩ (2) qui *K* 7 conquiro, (1) ecce praeter spem in manus
venit ex (a) Bauh (b) Albo nescio cuius descriptus Bauhusii proteus qui 3628800, ut ille inscriperat nescio quis,
verti potest: (2) incidit . . . 69 *K* 9 Sed (1) non dissimulandum (2) |non possum non adjicere *erg. | varias esse*
(a) dari (b) |quoque *erg. | posse K* 17 sum (1) . (2) et (a) avocant ali (b) turbor . . . nescio (aa) quibus
interpellatoribus (bb) quo interpellatus *K* 18 et Salve *erg. K*

⁶ Augusti Ajax: vgl. SUETON, *De vita Caesarum, Augustus*, cap. 85, 2; MACROBIUS, *Saturnalia*, 2, 4, 2. ^{7–9} Bauhusii . . . Christus: B. BAUHUSIUS, *Epigrammatum libri novem*, Antwerpen 1615; Proteus, von Leibniz zitiert in seiner *Dissertatio de arte combinatoria* (VI, 1 S. 213). ^{10–12} fabulis . . . vigil: wohl gemeint H. OSIUS, *Phrygis Aesopi fabulae, carmine elegiaco . . . redditae*, Wittenberg 1564.

Clariss. et PerEximio Viro D^{no} Gotfredo Guilielmo Leibnüzio Phil. Mag. et J.U. Baccal.
etc. Fautori et Amico suo pl. colendo.

6. CHRISTIAN DAUM AN LEIBNIZ

Zwickau, 28. April (8. Mai) 1666. [5.7.]

Überlieferung:

K Konzept: ZWICKAU, *Ratsbibliothek*, Daum-Konzepte, 5, Heft 33, Bl. 19. 1 Bl. 4^o. 1/2 S.
E II, 1 (1926) N. 6.

Unser Brief, nur im Konzept gefunden, antwortet auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz und wird
durch N. 7 beantwortet. Er wurde durch Marcus Tauscher überbracht, einen Schüler Daums, der Ende April nach
Leipzig an die Universität ging.

10

|| Cl. et Pereximie Vir

:8

Porphyrium cum caeteris pergratum Tibi fuisse lubens intellexi. Editione sane ejus nova
opus est, et adsunt praeterea aliqua alia adjumenta. Sed otium ejusmodi Opus elaborandi et
sumptus ad illud in publicum proferendum necessarios quis procurabit? Nescio an videris
Rhabanum Maurum qui mirificas pari fere opera figurae exstruxit in libro *de laudibus S. Crucis*,
cujus antiquam et novam Editionem possideo. Utar his in meis de Lat. lingua (si Deo videbitur)
Commentariis. Distichon quod reperire non potuisti, vides in Pithoeana haberi p. 378. Nisi
fallor, inerit et Velseriana. Eos meos libros proximis Nundinis exspecto reduces. De dividendis

2 Amico (I) vero |(2) suo erg. |K 12 Tibi |Vir Cl^{me} gestr. | fuisse K 13 alia erg. K
14 f. procurabit? (I) Et (2) In eodem mirificas figurae exstruxit Rhabanus Maurus (3) Nescio . . . exstruxit K
17 (si . . . Commentariis erg. (I) vel potius (2) Distichon K 18-S. 14.5 reduces. |(I) Divisio quae injecisti,
vera est. (2) De . . . |(Nam . . . connexae (a) videntur (b) conspiciuntur illae literae) erg. | . . . obtinuit (aa) nescio
an e re sit literarum (aaa) prorsus (bbb) velle convellere (bb) velle . . . Cassiodorus. erg. | (aaa) De consilio (bbb)
Consilium K

12 Porphyrium: zu dem von Daum entliehenen *Panegyricus dictus Constantino Augusto* des P. Porphyrius
Optatianus in den Ausgaben von Welser (1595) und Pithou (1596) vgl. N. 5. 16 antiquam . . . novam
editionem: HRABANUS MAURUS, *De laudibus Sanctae crucis*. Ausgaben von J. Wimpfeling (Pforzheim 1503), M.
Welser (Augsburg 1605) und im Rahmen der von J. Pamèle, A. de Hénin und G. Colvener veranstalteten *Opera*
des Hrabanus Maurus, Köln 1626–1627, Bd 1, S. 273–348. 17 Distichon . . . Pithoeana: P. PITHOU,
Epigrammata et poemata vetera, Lyon 1596, S. 378: »Alme pater patriae, nobis tu, maxime Caesar, Ausoniae
decus et lux pia Romulidum.« 18-S. 14.1 De . . . injecisti: LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig
1666 (VI, 1 S. 219).

vel separatim scribendis Diphthongis quae injecisti vera sunt: Et in multis antiquis membranis ita reperi. (Nam et valde antiquas membranas habeo, in quibus connexae conspiciuntur illae literae). Usum tamen καλλιγραφίας per connexionem qui tot secula obtinuit velle convellere nescio an e re sit literarum. Est interdum genus eruditionis vitare quae doctis placent: ait 5 Cassiodorus. Consilium aperiendi variationum fontes quod dedisti, possum amplecti, si non abnuent sequi typographi, vel bibliopolae. Et nisi opera illa valde increscat, quod valde vereor. Concinnatum est a me Volumen, Stichographiae nomine, ex plus mille (non mentior) Poëtis et infinitis Philologo-Criticis, sed perpetuo a triginta jam annis lusu ita attritum, ut nisi in mundum descriptum nemini fere esse possint usui haec, ut ita appelle, Sibyllae folia. Et opus ipsum, si, 10 quae praeterea observavi interim adjecero, exaequet fere magnitudine Statianum Barthii Commentarium. Vident et tenent manibus hoc mei. Sed ne quid pereat, non facile cuiquam utendum concedo. Excerpta tamen jam olim confecta et summam quasi etsi imperfecta multis concessi, quae et ipse videre queas, si denuo παλιγγενεσίq; quasi quadam in purum descripta fuerint. Pro 9 Voto tuo et Exercitio gratias ago ingentes et ut brevitati huic || meae, qui hactenus infinitis 15 occupationibus avocatus alio animum attendi, volens ignoscentiam indulgeas rogo. B.V. PerEximie D^{ne} et fave qui omnia Tibi felicia precatur, et haec defestinabat

Cygn. d. 28. Aprili. 1666. Clarit. Tuae Studiosiss^o Christiano Daumio.

Ab harum Exhibitore meo nuper discipulo, quem (tenuum parentum filium, probum tamen et diligentem) peculiariter Tibi commendo, si qua in re illi commodare potes, Excerptorum illorum quae dixi conspectum petere licebit, quae tamen lima omnino habent opus, et meliore digestione.

Quanti vaeneat in Bibliopolio Diatriba tua scire velim, unum et alterum mihi pro alibi Amicis exemplum comparaturus.

5 variationum erg. K 5 f. si (1) ita (a) ali (b) visum typographis, vel bibliopolis (2) non . . . bibliopolae K 6 quod (1) vidi, dum privatim talia exposui (2) suspicor (3) animadverti (4) valde vereor K 7 f. et infinitis Philologo-Criticis erg. K 8 a . . . annis erg. K 9 Sibyllae erg. K 10 interim erg. K 10 Barthii erg. K 11 et . . . manibus erg. K 11 f. utendum erg. K 12 tamen (1) et summam quasi jam olim confectam (2) jam . . . imperfecta K 13 quasi erg. K 14 et Exercitio erg. K 14 f. meae, | (1) qui toties a variis occupationibus avoca (2) qui . . . attendi erg. | K 15 f. B.V. (1) Claris (2) PerEximie K 18 f. quem (1) peculiariter Tibi commendo (2) (a paup (3) (tenuum K 19 f. commendo, (1) potes Excerptorum illorum (a) videre | (b) stichographi erg. u. gestr. | (c) quae dixi videre specimen tale tamen, ut (2) si . . . tamen K

4 Est . . . placent: vgl. CASSIODOR, *Variarum libri XII*, praefatio. 10 f. Commentarium: P. PAPINIUS STADIUS, *Quae exstant*, hrsg. v. C. Barth, Zwickau 1664. 18 discipulo: d.i. Marcus Tauscher, den Leibniz auf diese Empfehlung hin für Schreibarbeiten heranzog. 22 Diatriba: LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig 1666 (VI, 1 N. 8).

7. LEIBNIZ AN CHRISTIAN DAUM

Leipzig, 17. (27.) Mai 1666. [6.]

Überlieferung:

L Abfertigung: PARIS, *Bibliothèque de la Sorbonne, Collection Victor Cousin, Lettres auto-graphes de Leibniz*, Bl. 1. 1 Bl. 4^o. 1 S. Aufschrift u. Siegel.

5

E¹ GOTTSCHED, *Ad orat. solemnem*, 1750, S. 8.

E² II, 1 (1926) N. 7.

Weiterer Druck:

R. BECK, *Daums Beziehungen zur Leipziger gelehrten Welt*, 1892–1893, S. 14–15 (nach E¹). 10

Unser Brief antwortet auf N. 6. Zusammen mit ihm schickt Leibniz in zwei Paketen die von ihm geliehenen Bücher zurück sowie auf Bitte Daums (N. 6, Postscriptum) drei Exemplare seiner *Dissertatio de arte combinatoria*. Mit N. 7 scheint der briefliche Verkehr zwischen Leibniz und Daum einen Abschluß gefunden zu haben, obwohl beide eine Zeitlang über Tauscher, der für Leibniz Schreibarbeiten verrichtet hat, in Kontakt blieben.

|| Nobiliss^e et Cl^{me} Vir

15 :9

Libenter fusius scriberem, nisi solennes nundinarum apud nos operae, id est amicis peregre venientibus aut abeuntibus debita officia, perpetuo interturbarent. Quae tantum temporis vix reliquerunt mihi, ut liceret satisfacere non dico debito meo, sed saltem juri Tuo. Nam, ut a Grotio quoque disputatum est, alia debentur quidem, sed exigi ab invito non possunt, ut gratitudo caeteraeque a justitia separatae virtutes; alia quae ex ipsa justitia speciali descendunt, 20 et necessario dantur, et valide petuntur, qualis est commodati restitutio. Quare hoc temperamentum officii mei inveni, ut haec statim praestarem, illa paululum differrem, sed ea lege, ut imposterum etiam exigendi Tibi jus sit, et hoc velut foenore mora compensaretur. Vides igitur accipisque reduces, Nobiliss^e Vir, libros tuos tam privatim tuae diligentiae, quam promtitudinis erga alios testes. Sed ne incomitati redirent, tria dissertationis meae exempla, aut, ut loquuntur, 25 exemplaria, adjeci. Superest, ut declarem gratitudinem meam paulo expressius; sed hoc alii tempori et magis vacuo debetur. Interim Vale, Nobiliss^e Vir, faveque

Tibi obstrictissimo

Dabam Lipsiae 17 Maji A^o 1666.

M. Gottredo Guilielmo Leibnuzio.

17 debita officia erg. L

16 nundinarum: d.i. die Leipziger Ostermesse; vgl. N. 6 am Ende. 19 disputatum est: nicht ermittelt.
24 libros tuos: vgl. N. 5.

P. S. Vellem discipulo Tuo plus, quam nunc licet, usui esse possem. Interim ei, quod frequentissimum apud nos est, describenda quaedam locavi.

Viro Nobiliss^o atque Cl^{mo}, D^{no} Christiano Daumio, Gymnasiarchae Zwicciensi. Fautori suo in primis honorando. Zwickau. Franco. Nebenst zwey Paqueten.¹

5 8. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Mainz, 19./29. [September] 1668. [3.9.]

Überlieferung:

E¹ FELLER, *Otium Hannoveranum*, 1718, Bl. 4 (Teildruck).

E² KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 30 (Teildruck. Unsere Druckvorlage.)

10 E³ II, 1 (1926) N. 8 (Teildruck nach E²).

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 23 (Teildruck). – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 14 (Teildruck).

Übersetzung:

15 BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 51.

Die Datumsangabe »19/29. Nov.« unserer Druckvorlage kann so nicht zutreffen, da N. 11 vom 30. April 1669 auf N. 10 vom 12. Oktober 1668 antwortet. Dies schließt die Möglichkeit eines dazwischen liegenden Briefes mit dem Datum 19./29. November 1668 aus. Setzt man als *terminus post quem* die im Brief erwähnte Hochzeit von Boineburgs Tochter (23. Juli 1668) und dessen Aufenthalt in Köln (bis 1. August 1668) sowie 20 anschließend in Bad Schwalbach, so ist September der wahrscheinlichste Entstehungsmonat. Der Kopist der nicht aufgefundenen Abfertigung oder Christian Kortholt werden versehentlich ein 7^{bris} als 9^{bris} gelesen haben. Die Tagesangabe 19./29. erscheint unproblematisch.

:10 || Et ne nescius sis, alia nunc rursus, quam paullo ante fuit, rerum ejus (Illustrissimi Boineburgi) facies. Nam cum triennio abhinc incidisset in Moguntinam calamitatem, toto illo 25 tempore, quo Francofurti et Coloniae privatus vixit, rursus expeditus est, et secuta tandem solida non ita pridem reconciliatio, quando Eminentissimi Electoris Moguntini ex fratre nepos, ejus

¹ Von Daums Hand, Empfangsdatum: 20 Maii 1666.

4 Nebenst (1) einem | (2) zwey erg. | L

1 discipulo: d.i. Marcus Tauscher. 24 calamitatem: Aufgrund politischer Intrigen fiel Johann Christian Boineburg als Großhofmeister des Kurfürsten von Mainz, Johann Philipp von Schönborn, vorübergehend in Ungnade. 26 quando . . . duxit: Am 23. Juli 1668 heiratete Boineburgs Tochter Anne Sophie den Neffen des Kurfürsten, Friedrich von Schönborn.

filiam duxit: ita, ut voluntati illius juvandi remp. literariam perpetuae, facultas quoque consolidata sit. Mogunt. 19/29. Nov. 1668.

9. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Frankfurt, 26. September (6. Oktober) 1668. [8.10.]

Überlieferung:

E¹ KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 26–29.

E² II, 1 (1926) N. 9.

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 21–23. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 9–11 (Teildruck).

5

10

Übersetzungen:

1. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 97–101 (Teilübers.). – 2. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 74–76 (Teilübers.). – 3. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 13–14. – 4. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 55–58.

Der Anlaß unseres Briefes ist unbekannt; er wird durch N. 10 beantwortet.

15

|| Nitschium nostrum professorem Matheseos Giessensem factum video. Suscepit ille in se, praestatque utilissimam Germaniae nostrae diurnalnis Gallici versionem. Audio Germanos aliquot, nescio quam, similem societatem moliri: qui nisi iisdem dotibus ab ingenio aut fortuna instructi sunt, optandum est, eos quiescere potius, quam rhapsodiis quibusdam patriae dedecori, exteris irrigui esse.

:10

20

Sed nec Gallorum reptiles conatus Anglicanae sublimitati conferri merentur. Copia mihi facta est literarum secretarii societatis Anglicanae regiae ad popularem quandam in Germania

1 f. ita . . . 1668. fehlt in *E¹*

16 Nitschium . . . video: Nitzsch wurde am 4. Mai zum Professor für Mathematik berufen. 17 diurnalnis Gallici versionem: Friedrich Nitzsch hat die Jahrgänge 1665–1670 des *Journal des Scavans (diurnale Gallicum)* ins Lateinische übersetzt und 1667–1671 in Leipzig und Frankfurt a. M. als *Ephemerides eruditorum* publiziert; vgl. N. 35. 17 f. similem societatem moliri: vgl. Leibniz an Thomasius, 30. April 1669 (N. 11, am Ende): »cripsi de societate quam quidam Germani moliantur«. Das *Diarium Europaeum* veröffentlicht im Appendix zum XV. Band (1668) das von Kurfürst Friedrich Wilhelm I. erteilte Patent einer von Bengt Skytte geplanten *Nova Universitas Brandenburgica*, zu deren Gründung es in der Folge jedoch nicht kam; vgl. Leibniz an D. E. Jablonski, 31. Dezember 1700 (LBr 439, Bl. 53). Leibniz erwähnt in N. 11 aber auch ein *Collegium Philadelphicum* des Frankfurter Verlegers und Buchhändlers Thomas Matthias Goetz. 22 ad popularem quandam: d.i. Sir William Curtius, Resident Karls II. von England in Deutschland; vgl. Oldenburg an Curtius, 13. Juli 1668 (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 4, Nr. 916, S. 536–538).

suum, quibus novissimae meditationes continentur; promittunturque ea velut publico nomine, quae si vera sunt, seculo gratulandum est. *Polygraphia Wilkenii universalis: Quadratura circuli* Jac. Gregorii, Scoti, perfecta: *Brounkeri quadratura hyperbolae perfecta*, et reperta nonnulla anatomica Loweri, Willisii, etc. quae omitto. Si ita pergitur, habebimus propediem 5 philosophiam ad usum generis humani reformatam.

Neque ea res Aristotelis placitis oberit quicquam. Satis ostendit Raey in *clave philosophiae naturalis*, tenebras Aristotelis a scholastico fumo esse, Aristotelem ipsum Galilaeo, Bacono, Gassendo, Hobbesio, Cartesio, Digbaeo mire conformari. Quid enim aliud Aristoteli materia prima est, quam iners moles sine motu, et per consequens, si omnia plena sunt, sine 10 figura? Motus materiae ab intelligentia est, id est, Deo; figura a complexione motuum orta, ipsam partium dispositionem complectitur, quam nihil prohibet, intimam primamque corporis formam appellare. Haec forma educitur e potentia materiae. Phrasis enim haec, dura vulgo visa, positis his principiis facile explicatur. Formam enim educi ex potentia materiae, nihil aliud est, quam ex hoc materiae motu, ex hoc partium situ, hanc totius figuram oriri: v.g. ex unione 11 15 duorum triangulorum, Δa et ∇b , et ex potentia materiae eorum ad contactum mutuum per || motum, educitur forma quadrati ■ c. Hinc et patet, formam esse divisibilem, et totum in toto, produci in momento[,] esse fontem affectionum, seu qualitatum sensibilium: quae qualitates sensibiles ita se habent ad formam ipsius rei, uti se habet ad ipsum urbis situm varietas apparentiarum, quae mutato intuentis situ multipliciter variantur. Visus enim ad rem videtur se 20 habere, ut is, qui ex summa turri urbem despicit: auditus est similis in eodem plano extrinsecus intuenti. Tactus eum refert, qui plateas urbis perreptando minus minus tentat. Ita explicatur Soneri quoque non inepta sententia, qui accidentia a re, solo ad sentientem respectu discriminabat, quod demtis primis illis, magnitudine, figura et motu, verissimum. His ita positis, possunt simul 25 et omnes veterum termini, et recentiorum contemplationes tolerari. Neque enim absurdum est, intimam partium figuram dici formam substantialem: nihil enim in rebus corporeis figura prius, simplicius, et a materia abstractius cogitando consequi licet. Ipse Aristoteles τὰ μαθηματικὰ, i.e. spatium, seu determinationem ejus, figuram, substantiam esse admisit, idque vel eo argumento, quod circa haec objecta versatur Geometria, post Metaphysicam perfectissima scientiarum. Objectum autem scientiae, ipsius Aristotelis decretis, substantia est. Si igitur 30 figura substantiale quiddam est, si ad corpus pertinens, si denique a materia reapse distincta,

2 *Polygraphia Wilkenii*: J. WILKINS, *An essay towards a real character and a philosophical language*. London 1668. 3 *Quadratura circuli* Jac. Gregorii: J. GREGORY, *Vera circuli et hyperbolae quadratura*. Padua 1667. 3 *Brounkeri quadratura*: W. BROUNCKER, *The squaring of the hyperbola*, in: *Philosophical Transactions*, Nr. 34, 13. April 1668, S. 645–649. 4 *anatomica Loweri, Willisii*: vgl. R. LOWER, *Tractatus de Corde. Item de Motu, et Colore Sanguinis, et Chyli in eum Transitu*. Leiden 1669; TH. WILLIS, *Cerebri Anatome*, London 1664. 6 ostendit Raey: J. DE RAEY, *Clavis philosophiae naturalis, seu introductio ad naturae contemplationem, Aristotelico-Cartesiana*. Leiden 1654. 8 f. materia prima: vgl. VI, 2 N. 42₃, 21 f. explicatur Soneri: vgl. E. SONER, *In libros XII metaphysicos Aristotelis commentarius*, hrsg. v. J. P. Felwinger, Jena 1657 und 1666.

quid aliud, quam forma substantialis erit? Immo spatium ipso pene corpore est substantialius. Nam sublato corpore manet spatium et dimensio ejus, quod nullo alio corpore succedente vacuum dicitur, non contra sublato spatio manet corpus. Praeterea ex hac corporis ac formae substantialis notione non solum spes est, posse paullatim in essentiam corporum penetrari, de quo scholastici desperare nos jubent, sed et evidenter ac mathematice demonstrari potest, 5 necessitas motoris incorporei. Cum enim corpus nihil aliud sit, quam materia et figura, et vero nec ex materia nec figura intelligi possit caussa motus: necesse est, caussam motus esse extra corpus. Cumque extra corpus nihil sit cogitabile, praeter ens cogitans, seu mentem, erit mens caussa motus. Mens autem universi rectrix est Deus. Sin vero admittimus in corporibus, nescio 10 quas, formas substanciales incorporeas, ac quasi spirituales, quarum ope corpus ipsum se movere possit, quarum ope lapis tendat deorsum, ignis sursum, plantae crescent, animalia currant sponte sua, nullo extra se incorporeo impulsore: praecludemus ipsi nobis demonstrandi Dei viam aptissimam, ac ruet praeclarum illud theorema Aristotelis: quicquid movetur, habet 15 caussam motus extra se, cuius scalis ipse quoque ad primum motorem enixus est. Sed quo feror? quid haec ad Te, clarissime Vir, qui semper ea rectitudine judicii usus es, ut nec res a recentioribus inventas repudiares, nec tamen terminos veterum innoxios, et, si recte explicentur, aptissimos in exilium pelli aequo animo ferres? Impulit me, provexitque longius, nec sentientem, Anglicae societatis mentio. Ego vero tuam de his omnibus sententiam discere malim. Francof. 6 Cal. Octobr. 1668.

10. JAKOB THOMASIUS AN LEIBNIZ

20

2. (12.) Oktober 1668. [9.11.]

Überlieferung:

E¹ RECHENBERG. L. A, [Hrsg.] MARESIUS, R., *Epistolarum philologicarum libri II*, Leipzig u. Frankfurt, 1687, S. 666–673 (ohne den letzten Absatz).

E² KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 30–35. (Unsere Druckvorlage.)

E³ II, 1 (1926) N. 10 (nach *E²*).

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 23–26. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 11–14.

Übersetzung:

BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 71–75.

25

30

13 f. theorema Aristotelis: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, VIII, 4–6.

Unser Brief antwortet auf N. 9 und wird durch N. 11 beantwortet.

:12 || Ignoscet mihi, Vir amplissime, fautor atque amice honoratissime, si brevius ad tuas rescribo fortasse, quam velles. Nostri nundinarum occupationes. Hae patere me Tibi excusent. De Scioppio plane effecisti, ut nesciam, magisne tuam mirer humanitatem, an herois Boineburgi summam in hominem ignotum προθυμίαν. Ego vero ne abuti hac videar, non ad Francofurtenses vernas usque, sed Januarias nostras nundinas usum ejus libri mihi circumscripsi. Tu modo cura, ut eo tempore certum habeam hominem, cui credam. Quod si interea vel tuo, vel si audere hanc spem fas est, ipsius beneficio, aere tamen meo, diu desideratum librum nancisci potero, nova videlicet gratias agendi nascetur materies. Mitto huic Illustrissimo Baroni disputationes et programmata, quae superfuerunt. Excusabis illi, quod ex iis, quas *de cardinalibus virtutibus* scripsi, sola secunda venit. Nam primae exempla diu est, quod ipse desidero. Ceterum ut me porro communi literatorum Patrono commendare pergas, non es monendus. Illud potius ut veniam exores utrique nostrum, si intelliget, exspectatione se per te facta haud leviter frustratum, non de multitudine paginarum, sed bonitate. De Germanorum nostrorum societate literaria quae narras, inaudita mihi narras. Ubi quaeso feruntur esse, qui Gallos in isto negotio aemulari studeant?

Quod Aristotelem, Raeyi auctoritate inductus, arbitraris, a Cartesio, ceterisque philosophis novis non adeo dissidere, ignosce mihi, nondum persuades. Agnosco dogmata ejus quaedam, loquendique modos ejusmodi esse, ut conciliare volentibus faciant aliquam spem concordiae, sed vereor, ut illa pax queat ipso satis volente sanciri, si quidem mentem philosophi paulo penitus rimemur. Substantiales utique formas, aut saltem ab accidentalibus illis, figura, magnitudine, partium dispositione distinctas, agnoveremus Aristotelem credo. Quod si verum est, jam a novis philosophis in eo principio dissidet, in cuius consensu tu mihi concordiam struere videris velle. Ubi autem Geometriam scientis perfectis, ubi figuram, Geometriae objectum, substantiis annumeret, fateor me ignorare. Hoc scio, ex artibus mathematicis soli astronomiae hoc nomine ipsum condonare laudem scientiae perfectae, quod pro objecto substantiam habeat. Spero me locum illum adscribere citius posse, quam te similem de geometria. Aveo tamen, si quis est

2 fautor ac amice *E^I* 9 Mitto hic Illustrissimo *E^I* 13 si intelligat, exspectatione *E^I* 17 Raei *E^I*
20 f. paulo *E^I* 21 Substantiales itaque formas *E^I*

4–7 De Scioppio . . . circumscripti: Welches der zahlreichen Werke von Caspar Schoppe Boineburg aus seiner Bibliothek durch Leibniz' Vermittlung an Thomasius zunächst verlieh und ihm später sogar schenkte, war nicht zu ermitteln; vgl. N. 12. 10 disputationes et programmata: nicht ermittelt. 11 f. JAK. THOMASIUS, [Praes.], *De quatuor virtutibus cardinalibus disputatio prima*. [Resp.], E. von der Burgk, Leipzig, 5. April 1665; *De quatuor virtutibus cardinalibus disputatio secunda*. [Resp.], Tobias Winckler, Leipzig, 20. Januar 1666. 16 aemulari: Zu den Societätsplänen vgl. N. 9, am Anfang. 17 Raeyi auctoritate inductus: J. DE RAEY, *Clavis philosophiae naturalis, seu introductio ad naturae contemplationem, Aristotelico-Cartesiana*, Leiden 1654; 2. verm. Aufl. Amsterdam 1677. 25 f. scio: ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, I, 13, 78 b 39.

talis, eum per te cognoscere. Jam et illa me movet ratio, quod Cartesius, et quicunque atomorum doctrinam adhibent, proprius mihi ad Epicuri placita, quod ad hoc quidem punctum attinet, quam Aristotelis, philosophari videntur. Sic enim habeo: Cum gentiles illi crederent, omnem materiam hujus universi ab semet extitisse ab aeterno, in eo tamen sectas fecerunt, quod alii materiam illam in eo primo, ut sic loquar, sui statu discontinuam facerent, ut Epicurus, atque hae sunt ejus atomi; alii continuam. Postiores hi vicissim scindebantur: || Nam aut ἄποτοι faciebant, ut Aristoteles: aut ποιὴν, eamque vel similarem, ut qui certum elementum vivum reliquorum velut omnium matrem nominarent, vel dissimilarem, ut qui elementa duo vel plura sibi coëxistentia ab aeterno fingerent. Fateor [proprios] hic Epicuro accedere Aristotelem, quam Elementarios illos, nempe quia et atomi sunt ἄποτοι, sed ab eo dissidet nihilo minus, non eo tantum, quem posui, modo, sed et quod materiae opificem adducit Deum, quem maluit Epicurus plane otiosum esse: insuper in eo, quod nullum ab aeterno tempus esse creditit, in quo materia non exsisterit sub certa figura, nam illud ejus ἄποτον mente tantum atque cogitatione complecti iubet. Nosti ipsam mundi διακόσμησιν ipsi esse ab aeterno. Porro tametsi et ipse nos a sensu deducit ad intellectum, tamen intellectui quoque relinquit suas partes, quas Epicurum nescio annon dicam, plane sustulisse, ita sensus illi utramque facit paginam. Itaque aliquo modo propior Platoni Aristoteles, certe inter hunc et Epicurum medius. Ideas rerum, h.e. formas earum substantiales agnoscebat Plato: easdem et Aristoteles: sed ille volebat eas esse in Deo vel primo, vel secundo, Aristoteles ipsi immersas materiae creditit, unde nata ipsi phrasis, e potentia materiae educi formas. Hoc et Epicuro placeat, sed formarum nomine vix aliquid re sensibili nobilis exaudiat, quod Aristoteles non faceret. Quod autem caussaris, admistis substantialibus formis illis, quae caussae sint motus, perire nobis pulcherrimam scalam, qua Aristoteles ad primum ascendit motorem, me non movet. Nam ut omittam, Epicuro sic nihil persuaderi, qui atomis suis motum absque Deo dedit, scalae illius fulcrum praecipuum est, non quod tu cogitas, sed illud, non dari processum in infinitum, quod firmum est, etiamsi motum corporum a substantialibus eorum formis accersimus; quod non dubito fecisse Aristotelem, cum naturam (naturatam) definivit principium motus et quietis. Quid? omitto Aristotelem, eone tandem impelli nos patiemur, ut ipsam quoque hominis formam, de informante loquor, substantiam a figura distinctam esse negemus? Quod nescio, an ullus novorum philosophorum statuerit. Sane Silvestrum Rattraium recordor, hanc unam formam, cum accidentales poneret ceteras, exceperisse. Longius me abduxit illa tecum fabulandi, super tali cumprimis negotio,

3 quam Aristoteles philosophari videtur *E¹* 8 elementum etiam reliquorum *E¹* 9 proprius *E²* ändert
Hrsg. nach E¹ 10 et ἄποτοι sunt *E¹* 12 quod nullam ab *E¹* 17 modo propria Straboni
 Aristoteles, *E¹* 20 formas. Haec idea et *E¹* 21 f. autem caussaris, admissis substantialibus *E¹* 22 quae
 causa sunt motus *E¹* 24 Deo etiam dedit, *E¹* 26 arcessimus; *E¹* 28 f. loquor, substantiam esse
 negemus. *E¹* 30 Rattrayam *E¹*

30 Rattraium: vgl. S. RATTRAY, *Aditus novus ad occultas sympathiae et antipathiae causas inveniendas: per principia philosophiae naturalis ex fermentorum artificiosa anatomia hausta*, Glasgow 1658; Tübingen 1660, S. 143.

voluptas mea. Sed hoc scias velim, effudisse me, quicquid ex tempore veniret, sub acumen stili. Itaque uti potestatem tibi facio, quam et alias facerem, mea rejiciendi, ita mihi quoque liberum volo esse, ubi tempus feret, accuratius haec omnia expendere. Sane vero Raeyum ipsum, qui has tibi, ut augor, meditationes suggessit, non nisi per transennam his ipsis nundinis inspicere licuit, cum de eo quaererem bibliopolas. Tu ergo pro aequitate tua nugis ignoscere meis, neque tamen haec eo interpretaberis, quasi novos illos philosophos plane asperner. Non id nunc agitur, sed historia tantum quaerebatur, num Aristoteles ad illam philosophandi rationem collineaverit, quod nondum quidem puto.

- Superioribus mensibus occasio erat mihi, et Cartesii et Claubergii evolvendi. Narro tibi,
 14 10 Claubergius magis ipso placebat Cartesio, tum quod calatum a maledicentia abductum ||
 haberet, tum quod et μεθοδικώτερον et σαφέστερον, et brevius quoque magistro illo suo
 scribere didicisset. Sed hac de re velim et tuam sententiam, quem puto Cartesianis Philosophis
 magis consuevisse, cognoscere. Plura non sinunt turbae. Vale, die 2 Octob. 1668.

Mitto tibi de materia prima disputatiunculam meam, cuius ut habeas clavem addidi calamo
 15 exaratas a me pagellas quasdam, in id scriptas potissimum, ut collegis meis petentibus inser-
 virent. Sed has velim occasione proxima remitti. Bageminus ille, cuius negotium geritur,
 Scabinus est Stetinensis, et a nostra tum theologica, tum philosophica facultate petuit philo-
 sophiae suae novae censuram. Theologi responderunt. A nobis nihil aliud repositum illi est,
 20 quam disputatio mea, quae si in manus hominis pervenit, facile judicabit, quo in hanc novitatem
 animo simus.

3 Raejum *E^I* 10 f. abductum habuerit, tum *E^I* 12 sententiam, quam puto *E^I* 13 Vale, Lipsiae
 2. Octobr. A. 1668. *E^I*

14 disputatiunculam: JAK. THOMASIUS, [Praes.], *Theses philosophicae . . . de quaestione: an Deus sit materia prima?* [Resp.], J. F. Heckel, Leipzig 1668. 15 pagellas: nicht nachgewiesen. 16–20 Bageminus . . . simus: Der Assessor am Stettiner Schöffengericht, Michael Bageminus, hatte mit seiner These, Gott sei mit der *materia prima* identisch, bei der Theologischen Fakultät der Universität Greifswald Unwillen erregt. Am 9. Dezember 1667 wandte sich Bageminus an die Theologische und Philosophische Fakultät der Universität Leipzig, um günstigere Gutachten für den Druck seiner Schriften zu bekommen (vgl. den Brief von Bageminus, 10. Dezember 1668, *Universitätsarchiv Leipzig*, Theol. Fak. 16, Bl. 46–47). Das Urteil der Theologischen Fakultät fiel negativ aus. Die Philosophische Fakultät äußerte sich nur offiziös über die *Theses philosophicae, An Deus sit materia prima?* (Leipzig 1668) von Thomasius (vgl. den ausführlicheren Bericht von Thomasius in: B. G. STRUVE, *Acta literaria*, Fasc. VII, Jena 1710, S. 5–7); vgl. auch VI, 2 N. 54, S. 433. Dort wird Bageminus nur als »auctor« bezeichnet.

11. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

20./30. April 1669. [10.12.]

Überlieferung:

- E¹* NIZOLIUS, *De veris principiis*, hrsg. v. G. W. Leibniz, 1670, Bl. f1v-g3v.
E² NIZOLIUS, *Antibarbarus philosophicus*, hrsg. v. G. W. Leibniz, 1674, Bl. f1v-g3v. 5
E³ STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 67–68. (Teildruck aus dem vorletzten Absatz.)
E⁴ KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 2, 1735, S. 121–142 u. Bd 3, 1738, S. 35–45. (Unsere Druckvorlage.)
E⁵ II, 1 (1926) N. 11 (nach *E⁴*).
E⁶ VI, 2 (1966) N. 54. 10

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 7–19. – 2. ERDMANN, *Opera phil.*, 1840, S. 48–54. – 3. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 15–27. – 4. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 4, 1881, S. 162–174.

Übersetzungen:

1. PRENANT, *Oeuvres choisies*, [1940], S. 7–22 (Teilübers.). – 2. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 144–161. – 3. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 2. Aufl. 1969, S. 93–103. – 4. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 76–87 (Teilübers.). – 5. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 15–22. – 6. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 97–117. – 7. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, Bd 1, 2000, S. 132–147. – 8. ARTHUR, *The Labyrinth of the Continuum*, 2001, S. 337–338. 15

Leibniz hat unseren Brief in leicht geänderter Form in die Vorrede seiner Neuausgabe (Frankfurt a. M. 1670) von Nizolius' *De veris principiis et vera ratione philosophandi contra pseudophilosophos Libri IV* (Parma 1553) integriert (*E¹*, *E²*, gedruckt in VI, 2 N. 54, S. 433–444). Kortholt druckte für seine Edition zunächst den Text der Nizolius-Ausgabe ab (in Band 2) und listete später, als er bei Gottfried Thomasius Einsicht in die 25 Abschrift der (nicht gefundenen) Abfertigung nehmen konnte, die Abweichungen zur Nizolius-Vorrede auf (in Band 3), ohne den Gesamttext erneut zu drucken. Wir rekonstruierten aus diesen beiden Drucken bei Kortholt einen Text, der der Abfertigung, wie sie Thomasius erhalten hat, am nächsten kommen dürfte. Die Abweichungen dieses rekonstruierten Brieftextes zu der von Leibniz redigierten Form in der Vorrede der Nizolius-Ausgabe vermerken wir in den Fußnoten, wobei wir die in der jeweiligen Fassung ergänzten oder ersetzen Passagen in 30 Klammern „...“ setzen. Die Datierung ergibt sich aus Thomasius' Antwort (N. 12), der bei Kortholt die Bemerkung vorangesetzt ist: »Epistola . . . responsoria, ad epistolam Leibnitii. Datam d. 20/30 April, 1669 quae Nizolio est praemissa«. Unser Brief antwortet auf N. 10 und wird durch N. 12 beantwortet.

|| Tuum illud historiae philosophicae γεῦμα dici non potest, quam omnibus salivam moverit, apparet enim, quantum inter nudas nominum recensiones et profundas illas de sententiarum connexionibus rationes intersit. Et certe quotquot rerum intelligentes de specimine tuo loqui audio (scis me nihil auribus dare) ii unanimiter asseverant, a nemine uno integrum 35 :14

34 γεῦμα: JAK. THOMASIUS, *Schediasma historicum*, Leipzig 1665.

historiae philosophicae corpus potius expectari posse. Plerique alii antiquitatis magis quam artis periti, vitas potius quam sententias nobis dederunt. Tu non Philosophorum, sed philosophiae historiam dabis. Narrant in Anglia sub prelo esse Josephi Glanvilli *Historiam crescentium inde ab Aristotele scientiarum*. Sed illum arbitror fere Mathematics, et Mechanics, et Physices illius curiosioris tantum periodos sequuturum, ita tibi, opinor, praeripuit nihil. Utinam vero ad recentiorem hanc aetatem stilum filumque producas, et admoneas inconsultam juventutem nostram, neque omnia, neque nihil novatoribus tribuenda esse:¹ Bagemihns non solus est, cui censor debeare; sunt Patricii, Telesii, Campanellae, Bodini, Nizolii, Fracastorii, Cardani, Galilaei, Verulamii, Gassendi, Hobbii, Cartesii, Bassones, Digbaei, Sennerti, Sperlingii, Dero-
dones, Deusingii, et multa alia nomina, in quae philosophiae pallium distrahitur. De his admonere orbem, tibi ludus, publico fructus erit.

Judicio tuo² de Baghemino³ quis non assentiatur? Nulla in hypothesibus³ concinnitas, nulla rationum connexio. Sententiae⁴ vero prorsus monstrosae, certe nisi aliqua in physica speciali observatu utilia⁵ habet, rectius silebit. Ceterum mihi videntur⁶ sententiae illius de Deo, prima rerum materia, parentes esse Scaliger, Sennertus et Sperlingius (nam et hujus discipulum se profitetur)⁷ qui statuunt formas educi non e potentia materiae passiva, sed e potentia efficientis activa. Quare consequens est, ut Deum potius ex sua potentia activa, quam ex nihili

potentia || objectiva, et quasi passiva creaturas producere credant. Deus igitur,⁸ ex eorum sententia, res ex se producit, et ideo prima rerum materia erit. Sed de eo tu rectius arbitaberis.

De Cartesio et Claubergio prorsus tecum sentio, discipulum magistro⁹ clariorem⁷ esse. Illud tamen rursus dicere ausim,¹⁰ nullum fere ex Cartesianis,⁷ inventis magistri quicquam addidisse. Certe Claubergius,¹¹ Raëus, Spinoza, Clerselier,⁷ Heerbord, Tobias Andreae, Henricus Regius, nihil aliud quam Ducis sui paraphrastas¹² egerunt. Cartesianos vero eos tantum

¹ In E¹, E²: esse. Sunt Patricii,

² In E¹, E²: tuo de sententia, Deum primam rerum materiam fingente, quis

³ In E¹, E²: Hypothesibus ejus concinnitas,

⁴ In E¹, E²: sententiae prorsus monstrosae, nisi

⁵ In E¹, E²: utilia auctor habet,

⁶ In E¹, E²: videntur illius parentes

⁷ In E¹, E²: profitetur), hi enim statuunt

⁸ In E¹, E²: igitur res

⁹ In E¹, E²: Magistro lucidiorem esse.

¹⁰ In E¹, E²: ausim raro fere Cartesianos inventis

¹¹ In E¹, E²: Claubergius, Spinoza, Heerboord

¹² In E¹, E²: paraphrastas, eruditos tamen, egerunt.

30 profitetur), statuunt enim formas E⁴ 33 fere et Cartesianos inventis E⁴

3 f. *Historiam . . . scientiarum*: J. GLANVILL, *Plus ultra; or the progress and advancement of knowledge since the days of Aristotle*, London 1668.

appello, qui Cartesii principia sequuntur, ex quo numero magni illi viri Verulamius, Gassendus, Hobbius, Digbaeus, Cornelius ab Hoghelande etc. prorsus eximi debent, quos vulgus Cartesianis confundit, cum tamen vel Cartesio aequales vel etiam superiores aetate et ingenio fuerint, me fateor nihil minus quam Cartesianum esse. Regulam illam omnibus istis philosophiae Restauratoribus communem teneo, nihil explicandum in corporibus, nisi per magnitudinem, 5 figuram et motum. In Cartesio ejus methodi tantum propositum amo; nam cum in rem praesentem ventum est, ab illa severitate prorsus remisit, et ad Hypotheses quasdam miras ex abrupto delapsus est, quod recte etiam reprehendit in eo Vossius in Libro *de luce*.

Quare dicere non vereor plura me probare in libris Aristotelis¹³ ὑπερὶ φυσικῆς ἀκρόασεως, quam in meditationibus Cartesii; tantum abest, ut Cartesianus sim. Imo ausim addere 10 totos illos¹⁴ ὁκτώ libros, salva philosophia reformata ferri posse. Qua ratione illis ipso facto occurretur, quae¹⁵ tu, Vir clarissime de Aristotele irreconciliabili disputas.¹⁶ Quae Aristoteles enim de materia, forma, privatione, natura, loco, infinito, tempore, motu, ratiocinatur, pleraque certa et demonstrata sunt, hoc uno fere demto, quae de impossibilitate vacui, et motus in vacuo asserit. Mihi enim neque vacuum neque plenum necessarium esse, utroque modo rerum natura 15 explicari posse videtur.¹⁷ Pro vacuo pugnant Gilbertus, Gassendus, Gerickius; pro pleno, Cartesius, Digbaeus, Thomas Anglus, Clerk in libro *de plenitudine mundi*. Pro possibilitate utriusque Thomas Hobbes, et Robertus Boyleius. Et fateor, difficulter quidem, posse tamen sine vacuo rerum rarefactiones explicari. Vidi nuper Johannis Baptiste du Hamel, eruditu Galli, librum *de consensu veteris et novae philosophiae*, Parisiis non ita pridem editum, ubi celeberrimorum aliquot veterum et recentiorum hypotheses et exponit eleganter, et saepe acute dijudicat. Is quoque de divortiis circa vacuum non pauca habet.¹⁸ De cetero reliqua pleraque Aristotelis disputata¹⁹ in libb. VIII. Phys. et tota *Metaphysica*, Logica, et Ethica,²⁰ nemo fere sanus in dubium vocabit. Formam quoque substantialem nempe, id quo substantia corporis unius a substantia alterius corporis differt, quis non admittat? Materia prima nihil verius. Hoc 20 unum in quaestione est, an quae Aristoteles de materia, forma, et mutatione abstracte disputaverit, ea explicanda sint per magnitudinem, figuram, et motum. Id Scholastici negant, Refor-

¹³ In E¹, E²: Aristotelis, quam

¹⁴ In E¹, E²: illos Ὄλβος 8 Aristotelis¹⁷ salva

¹⁵ In E¹, E²: quae ὁ Aristotele irreconciliabili nunc etiam a doctis viris disputantur.¹⁸

Quae

¹⁶ In E¹, E²: videtur. De caetero

¹⁷ In E¹, E²: Disputata nemo

8 reprehendit . . . luce: I. VOSSIUS, *De lucis natura et proprietate*, Amsterdam 1662. 17 G. CLERKE, *De plenitudine mundi brevis et philosophica dissertatio*, London 1660. 20–22 J. B. DU HAMEL, *De consensu veteris et novae philosophiae*, Paris 1666.

matores affirmant. Reformatorum sententia mihi non solum verior, sed et Aristoteli magis consentanea videtur, de utroque breviter dicam.

16 || Ac primum de Aristotele. Nam Scholasticos ejus sensum mire depravasse cui magis est cognitum, quam Tibi, vir Clarissime, qui bonam partem hujus generis errorum primus¹⁸ ⁱⁿ lucem ⁷ produxisti? Id cum tecum in Metaphysicis Sonerus et Dreierus, in Logicis Viottus, Zabarella, Jungius; in Civilibus Jason Denores, Piccartus, Conringius, Feldenus, Durrius, multique alii fateantur; cur obsecro non eadem aut deteriora, in Physicis suspicabimur, cuius scientiae praesidia a sensu et experientia et Mathesi petenda sunt, quibus instrumentis scholastici Monachalibus claustris cohibiti, fere prorsus caruerunt. Satis igitur probabile est in 10 physicis eos deceptos esse, quid si hoc amplius, nimis id certum esse, ostendam?

Qua in re duplici rursus ratione versari licet. Nam vel ostenditur Philosophiam Reformatam Aristotelicae conciliari posse, et adversam non esse; vel ulterius ostenditur alteram per alteram explicari non solum posse, sed et debere, imo ex Aristotelicis principiis fluere ea ipsa quae a recentioribus tanta pompa jactantur. Priore via possibilitas, posteriore necessitas conciliationis conficitur, quamquam eo ipso si possibilis conciliatio ostenditur, confecta res est. Nam etsi utraque explicatio et scholasticorum et recentiorum esset possibilis, ex duabus tamen possibilibus Hypothesibus semper eligenda est clarior et intelligibilior, qualis haud dubie est hypothesis recentiorum, quae nulla entia incorporalia in mediis corporibus sibi fingit, sed praeter magnitudinem, figuram et motum assumit nihil.¹⁹ ^{Quam} ⁷ possibilitatem conciliationis 20 non possum melius ostendere, quam si petam dari mihi aliquod principium Aristotelis quod non per magnitudinem, figuram, et motum explicari possit.

Materia prima est ipsa massa, in qua nihil aliud quam extensio et ὀντιτυπία, seu impenetrabilitas; extensionem a spatio habet, quod replet; natura ipsa materiae in eo consistit, quod crassum quiddam est, et impenetrabile, et per consequens alio occidente (dum alterum 25 cedere debet) mobile. Haec jam massa continua mundum replens, dum omnes ejus partes quiescunt, materia prima est, ex qua omnia per motum fiunt, et in quam per quietem resolvuntur. Est enim in ea²⁰ ⁱⁿ mera homogeneitas, nulla diversitas ⁷ nisi per motum. Hinc jam omnes Scholasticorum nodi solvuntur. Primum de actu ejus entitativo ante omnem formam, quaerunt. Et respondendum est, esse eam ens ante omnem formam, cum habeat existentiam suam. Illud 30 omne enim existit, quod in aliquo spatio est, quod de massa illa omni licet motu et discontinuitate carente negari non potest. Essentia autem materiae seu ipsa forma corporeitatis consistit in ὀντιτυπίᾳ seu impenetrabilitate; quantitatem quoque habet materia, sed interminatam, ut vocant Averroistae, seu indefinitam, dum enim continua est, in partes secta non est, ergo nec

¹⁸ In E¹, E²: primus produxisti

35 ¹⁹ In E¹, E²: nihil. ⁱⁿ Nam ⁷ possibilitatem

²⁰ In E¹, E²: ea ⁱⁿ se spectata nulla diversitas, mera homogeneitas, ⁷ nisi

termini in ea actu dantur:²¹ extensio tamen, seu quantitas in ea datur: non de extrinsecis mundi seu totius massae, sed intrinsecis partium terminis loquor.⁷

A materia transeamus ad formam, per dispositiones. Hic si formam supponamus nihil aliud esse quam figuram, rursus omnia mire²² convenient.⁷ Nam cum figura sit terminus corporis; || ad figuram materiae inducendas, opus erit termino. Ut igitur varii in materia termini orientantur, opus est discontinuitate partium. Eo ipso enim dum discontinuae sunt partes, habet quaelibet terminos separatos (nam continua definit Aristoteles, ὅν τὰ ἔσχατα ἐν). Discontinuitas autem in massa illa prius continua dupli modo induci potest, uno modo, ut tollatur etiam simul contiguitas, quod fit, quando ita divelluntur a se, ut relinquatur vacuum, vel sic, ut maneat contiguitas, quod fit quando, quae sibi immediata manent, tamen in diversa moventur, v.g. duae sphaerae, quarum una alteram includit, possunt in diversa moveri, et tamen²³ manent⁷ contiguae, licet desinant esse continuae. Ex his patet siquidem ab initio massa discontinua seu vacuitatibus interrupta creata sit, formas aliquas statim materiae concreatas esse; sin vero ab initio continua est, necesse est, ut formae orientur per motum (nam de annihilatione certarum partium ad vacuitates in materia procurandas, quia supra naturam est, non loquor) quia a motu divisio, a divisione termini partium, a terminis partium figurae earum, a figura formae, ergo a motu formae. Ex quo patet, omnem dispositionem ad formam esse motum, patet quoque solutio vexatae de origine formarum controversiae. Cui vir Cl. Herm. Conringius peculiari dissertatione non aliter²⁴ satisfacere potuit, quam formas ex nihilo oriri. Nos dicemus,⁷ oriri ex potentia materiae, non aliquid novum producendo, sed tantum vetus tollendo, et per divisionem partium terminos causando, quemadmodum qui columnam facit, nihil aliud facit, quam²⁵ inutilia tollit, residuum caeteris sublatis eo ipso eam figuram nanciscitur, quam vocamus

²¹ In E¹, E²: dantur (non de intrinsecis enim mundi seu totius massae, sed intrinsecis partium terminis loquor), extensio tamen seu quantitas in ea datur.⁷ A materia

²² In E¹, E²: mire convenient.⁷ Nam

²³ In E¹, E²: maneant⁷

²⁴ In E¹, E²: aliter occurrit, quam concedendo formas ex nihilo oriri, sed meditationes istae compendiosiorem viam monstrant, ut illuc confugere necesse non sit. Dicimus enim formas⁷ oriri. In seinem Handexemplar von E¹ hat Leibniz die Passage concedendo . . . oriri unterstrichen und am Rand bemerkt: contrarium dixit Conringius.

²⁵ In E¹, E²: quam quod⁷ inutilia

7 definit: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, V, 4, 228 a 29–30 und VI, 1, 231 a 2. 19 dissertatione: H. CONRING, *Disputatio de origine formarum*, Leiden 1630; ebenfalls in *Introductio in naturalem philosophiam et naturalium institutionum liber*, Helmstedt 1638, S. 135–150.

columnnam, scilicet omnes figurae seu formae,²⁶ *«quae»* in ipsa massa continentur, indigent tantum determinatione, et actuali ab aliis adhaerentibus separatione. Hac explicacione admissa ludus et jocus sunt quaecunque contra originem formarum ex potentia materiae moventur.

Restat nunc ut ad mutationes veniamus. Mutationes enumerantur vulgo et recte: generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio et mutatio localis seu motus. Has omnes putant recentiores per motum localem solum explicari posse. Et primum de augmentatione et diminutione manifesta res est; mutatio enim quantitatis in toto fit, dum pars locum mutat, et vel accedit vel decedit. Restat ut generationem et corruptionem et alterationem explicemus per motum, et praenoto eandem numero mutationem esse²⁷ generationem et alterationem diversorum,²⁸ v.g. cum constet, *«putredinem consistere in vermis illis nudo visu insensibilibus, erit infectio aliqua putrida alteratio hominis, generatio vermis.* Similiter Hookius in *micrographia* ostendit, rubiginem in ferro esse subtilem sylvulam enatam; rubiginescere igitur erit alteratio ferri, generatio parvorum fruticum. Caeterum tam generatio et corruptio, quam alteratio explicari per subtilem partium motum potest, v.g. cum album sit, quod lucem plurimam reflectit, nigrum, quod parvam, erunt ea alba, quorum superficies multa parva specula continet; haec ratio est cur aqua spumescens sit alba, quia innumeris bullulis constat, quot autem bullulae, tot specula: cum ante tota fere aqua non nisi unum speculum fuerit; quemadmodum speculo || vitreo fracto quot partes tot specula fiunt: quae etiam eausa est, cur vitrum contusum sit albus integro. Similiter igitur aqua per bullulas in distincta²⁹ specula fracta, albedo oritur, quae ratio etiam est, cur nix sit albior glacie, et glacies aqua. Falsum enim est nivem esse aquam condensatam, cum sit rarefacta potius unde et levior aqua est et plus spatii occupat. Qua ratione sophisma Anaxagorae de nive nigra diluitur.³⁰ Ex his *«patet sola figurae et situs in superficie mutatione colores oriri, idem de luce, calore et omnibus qualitatibus, si locus pateretur, facile explicari posset. Jam vero, si qualitates per solum motum mutantur, eo ipso et substantia mutabitur: mutatis enim omnibus, imo et quibusdam, requisitis, res ipsa tollitur: v.g. si vel lucem vel calorem sustuleris, ignem sustuleris. Utrumque³¹ *«solo»* motu inhibito effeceris. Quae ratio est cur ignis clausus pabulo aëris deficiente moriatur, ut taceam essentiam a qualitatibus suis non nisi relatione ad sensum differre. Ut enim eadem civitas aliam sui faciem*

²⁶ In E¹, E²: formae in

²⁷ In E¹, E²: esse *«simul»* generationem

²⁸ In E¹, E²: diversorum, *«nam exempli causa [si] verum est,»* putredinem

²⁹ In E¹, E²: distincta *«velut»* specula

³⁰ In E¹, E²: diluitur. *«Et hinc jam»* patet

³¹ In E¹, E²: utrumque motu

11–13 *micrographia . . . fruticum*: R. HOOKE, *Micrographia: or some physiological descriptions of minute bodies made by magnifying glasses*, London 1665, bes. S. 123–125. 22 sophisma Anaxagorae: vgl. N. 3.

offert, si a turri³² in media urbe despicias (*in Grund gelegt*) quod perinde est ac si essentiam ipsam intueare; aliter apparet, si extrinsecus accedas, quod perinde est ac si corporis qualitates percipias; et ut ipse civitatis externus aspectus variat, prout a latere orientali³³ aut occidentali, etc. accedis:³⁴ ita similiter pro varietate organorum variant qualitates. Ex his jam facile patet, omnes mutationes per motum explicari posse. Nec obstat, quod generatio fit in instanti, motus est successivus, nam generatio non est motus, sed finis motus, jam motus finis est in instanti, nam figura aliqua ultimo demum instanti motus producitur seu generatur, uti circulus extremo demum momento circumgyrationis producitur. Ex his etiam patet, cur forma substantialis consistat in indivisibili, nec recipiat magis aut minus.³⁴ Etsi enim circulus circulo sit major, non tamen est circulus altero magis circulus, nam circuli essentia consistit in aequalitate linearum a centro ad circumferentiam ductarum, jam³⁵ aequalitas³⁶ consistit in indivisibili, nec recipit magis aut minus. Nec vero objici debet figuram aut magnitudinem esse accidentia, neque enim semper sunt accidentia, nam etsi v.g. fluxus sit accidens plumbi, fluit enim non nisi in igne; est tamen de essentia Hydrargyri; jam causa fluxus est haud dubie partium curvilineitas libera, sive globis, sive cylindris, sive ovalibus, sive aliis sphaeroeides constet: curvilineitas igitur subtillum partium est accidens plumbi, Hydrargo vero essentialis. Ratio³⁶ est,³⁷ quia omnia metalla oriuntur ex hydrargo per salia fixo, salium autem natura consistit in figuris rectilineis ad quietem aptis, hinc si salia in aqua soluta, sponte congelascere sinamus, alia uti chymicis notum est, tetraedrica, alia hexaedrica, octaedrica etc. nulla rotunda aut curvilinea³⁷ apparent.³⁸ Hinc salia sunt causa fixitatis; salia igitur illa acida in terrae visceribus hydrargo quasi per minima mixta impedit curvilineorum libertatem sua intersertione, et constituant metallum. In igne vero metallum redit ad naturam Hydrargyri, ignis enim se interserens subtilibus partibus, partes curvilineas hydrargyrinas a planilateris salinis liberat, hinc in igne fluxus. Ita patet vix quicquam in physica Aristotelica esse, quod ex || reformata non commode explicetur et illustretur.

Et haec quidem exempla mihi de meo inter scribendum succurrerunt, innumera alia ab aliis per totam philosophiam naturalem congeruntur.³⁸ Neque vero vereor, ut, quae dixi hactenus, ex Raeo descripta, aut hujus auctoritatem me sequi amplius putes. Dudum talia a me

³² In E¹, E²: turri media

³³ In E¹, E²: orientali vel occidentali dis-accedis,³⁷ ita

³⁴ In E¹, E²: minus. Nam et figura non recipit majus aut minus.³⁷ Etsi

³⁵ In E¹, E²: jam aequitas³⁷ consistit

³⁶ In E¹, E²: Ratio quia

³⁷ In E¹, E²: apparent.³⁷

³⁸ In E¹, E²: congeruntur. Huc ivit Clarissimus Raëus in *Clavis philosophiae naturalis*, ut Aristotelem recentioribus conciliaret, qui tamen ad manus non fuit. Neque Raëus³⁷ conciliatorum

27 ex Raeo descripta: J. DE RAEY, *Clavis philosophiae naturalis, seu introductio ad naturae contemplationem, Aristotelico-Cartesiana*, Leiden 1654; 2. ver. Aufl. Amsterdam 1677; vgl. N. 10.

cogitata sunt, antequam de Raeo vel audivi. Legi Raeum quidem, sed ita, ut nunc eorum, quae disserit, vix recorder. Neque vero Raeus³⁹ conciliatorum inter Aristotelem et recentiores primus solusque est.³⁹ Primus⁴⁰ Scaliger mihi viam stravisse videtur; nostris temporibus Kenelmus Digbaeus et ejus assecla Thomas Anglus, ille in libro *de animae immortalitate*, hic in *institutionibus peripateticis*, idem⁴⁰ longe ante Raeum⁴¹ ex professo egere. Nec ab ludunt tum Abdias Trew, tum in primis Erhardus Weigelius.

Hactenus posse tantum conciliari ostensum est, superest ut monstremus et debere. Scilicet Aristoteles in 8 phys. *Auditus* libris, quid aliud tractat quam figuram, magnitudinem, motum, locum, tempus? si ergo corporis in genere natura his absolvitur, corporis in specie natura tali figura, tali magnitudine etc. absolvetur. Et vero ait ipse lib. 3. text. 24 *Phys. aud.* omnem naturalem scientiam esse circa magnitudinem (cui scilicet connexa figura) motum et tempus. Idem Aristoteles passim ait, Ens mobile physicae subjectum esse, naturalem scientiam agere de materia et motu. Ipse quoque omnium quae in sublunaribus fiunt causam facit coelum. Jam coelum, ait, non agere in inferiora nisi per motum. Motus autem non producit nisi motum aut terminos motus, nempe magnitudinem et figuram, et ex his resultantem situm, distantiam,⁴¹ numerum,⁴² etc. Ex his igitur omnia explicari debent in naturalibus. Idem Aristoteles passim ait⁴² (ut⁴³ lib. 1. de phys. aud. text. 69) eam esse rationem aeris ad statuae figuram, quae materiae ad formam. Caeterum figuram esse substantiam, aut potius spatium esse substantiam, figuram esse quiddam substantiale,⁴³ probaverim⁴⁴ quia omnis scientia sit de substantia, Geometria autem quin scientia sit negari non possit.⁴⁴ Respondisti, citius a te locum afferri⁴⁵ posse quo Arist. Geometriam esse scientiam negaverit, quam ego producturus sim, quo dixerit. Ego vero non dubito,⁴⁵ Vir Cl.⁴⁶ esse aliqua loca Aristotelis, quae hoc trahi torquerive possint, sed tamen ea infinitis aliis ejus confessionibus obrui puto. Quid enim omnibus *Analyticorum* libris Geometrarum exemplis frequentius, ut videatur demonstrationes Geometricas velut mensuram caeterarum esse voluisse. Jam inepte ignobilis nobilioris mensura constituitur. Et vero tam

³⁹ In *E¹, E²*: est, ut quidam ei objiciunt. Princeps⁴⁷ Scaliger

⁴⁰ In *E¹, E²*: idem ex

⁴¹ In *E¹, E²*: distantiam, etc.

⁴² In *E¹, E²*: ait (in⁴⁸ lib.

⁴³ In *E¹, E²*: probaveram⁴⁹

⁴⁴ In *E¹, E²*: possit. Fuere qui responderent citius locum afferri a se⁵⁰ posse

⁴⁵ In *E¹, E²*: dubito, esse

4 K. DIGBY, *Demonstratio immortalitatis animae rationalis*, Paris 1651; 2. ver. Aufl. Paris 1655.

5 TH. ANGLUS, *Institutiones Peripateticae ad mentem summi viri clarissimique philosophi Kenelmi Equitis Digbaei. Item appendix theologica de origine mundi*, Lyon 1646. 10 f. ait . . . tempus: ARISTOTELES, *Physica*, III, 4, 202 b 30–31. 17 f. ait . . . formam: ARISTOTELES, *Physica*, I, 7, 191 a 7–12. 20 Respondisti: vgl. N. 10.

abjecte de Mathematicis scholastici primum senserunt, omni conatu id agentes, ut ex perfectarum scientiarum numero Mathesin excluderent:⁴⁶ eo praecipue argumento, quod non semper ex causis demonstret. Sed si rem cogitemus⁴⁷ ⁵ accuratius, apparebit demonstrare eam ex causis.

Demonstrat enim figuras ex motu:⁴⁸ ex motu puncti fit linea, ex motu lineae superficies, ex motu superficiei corpus. Ex motu rectae super recta oritur rectilineum. Ex motu rectae circa punctum immotum oritur circulus, etc. Constructiones⁴⁹ ²⁰ igitur figurarum sunt motus; jam ex constructionibus affectiones de figuris demonstrantur. Ergo ex motu, et per consequens a priori, et ex causa. Geometria igitur vera scientia est. Ergo non invito Aristotele⁵⁰ subjectum ejus, nempe spatium, substantia erit. Neque vero adeo absurdum est, Geometriam agere de forma substantiali corporum. Ecce enim locum Aristotelis 13. *Met.* text. 3. quo expresse dicit,⁵¹ ²⁵ *'Geometras'* abstrahere a materia, fine et efficiente; quo supposito sequitur, ut vel de forma substantiali vel accidentaliter agat. Sed non agit de accidentaliter, quia forma accidentalis in sua definitione reali involvit subjectum in quo est, seu materiam, cum tamen Aristoteles dicat Geometriam a materia abstrahere. Ergo Geometria agit de forma substantiali. Hinc mihi haec scribenti sub manibus nascitur pulchra quaedam scientiarum harmonia, nempe re exacte per pensa: Theologia seu Metaphysica agit de rerum Efficiente, nempe mente, Philosophia moralis (seu practica vel civilis, nam, ut a Te didici, una eademque scientia est) agit de rerum Fine, nempe Bono; Mathesis (puram intelligo, nam reliqua physicae pars est) agit de rerum forma⁵² ³⁰ *'vel idea,'* nempe figura, Physica agit de rerum Materia, et ex ejus cum ceteris causis complexu resultante unica affectione, nempe Motu. Mens enim ut⁵³ ³⁵ *'bonam'* gratamque sibi rerum figuram et statum obtineat, materiae motum praebet. Nam Materia per se motus expers est. Motus omnis principium, Mens, quod et Aristoteli recte visum.

⁴⁶ In E¹, E²: excluderent. *'Contra manifestum textum Aristotelis in libro I. posteriorum,* text. 31. *figurarum maxime scientialis est prima, quia Mathematicae ea faciunt demonstrationem, ut Arithmeticā, Geometriā et Perspectivā et omnes quae ipsius propter quid demonstrationem faciunt. Utuntur' eo*

⁴⁷ In E¹, E²: cogitemus *'curatius,'* apparebit

⁴⁸ In E¹, E²: motu, *'v.g. ex motu puncti oritur'* linea

⁴⁹ In E¹, E²: Constructiones figurarum

⁵⁰ In E¹, E²: Aristotele *'objectum'* ejus

⁵¹ In E¹, E²: dicit, *'Geometriam'* abstrahere

⁵² In E¹, E²: forma, nempe

⁵³ In E¹, E²: ut *'Bonum,'* gratamque

12 locum Aristotelis: vgl. etwa ARISTOTELES, *Metaphysica*, XIII, 3, 1078 a 22. 24 textum Aristotelis: ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, I, 14, 79 a 17–22.

Nam, ut huc quoque veniam, nullibi Aristoteles formas quasdam substantiales ejusmodi sibi imaginatus videtur, quae per se sint causa motus in corporibus, quemadmodum Scholastici capiunt. Definit quidem⁵⁴ [naturam], principium motus et quietis, et formam materiamque vocat naturam, formam autem magis quam materiam, sed hinc quod scholastici volunt non sequitur,
 5 formam esse⁵⁵ ³ens quoddam immateriale, ²⁴brutum tamen in corporibus, quod ipsum sua sponte sine externae rei⁵⁶ ³concursu ²⁴motum corpori verbi gratia lapidi deorsum praebeat. Nam forma quidem est causa et principium motus, sed non primum. Neque enim corpus movetur, nisi ab extrinseco moveatur, ut recte Aristoteles non dicit tantum, sed et demonstrat. Verbi gratia, sit globus in plano, is si semel quiescat per se in aeternum non movebitur, nisi accedente extrinsecō impulsore, verbi gratia, alio corpore. Eo jam allabente, alterum corpus principium motus impressi est, figura vero, nempe globositas, est principium motus suscepti, nam si globositas afuisset, forte pro re nata, corpus alteri corpori tam facile non cessisset. Ex hoc patet, conceptum⁵⁷ ³Scholasticum ex definitione formae Aristotelicae ²⁴non sequi. Forma igitur est principium motus in suo corpore et corpus ipsum est principium motus in alio corpore fateor; sed primum
 10 principium motus est prima et realiter a materia abstracta forma (quae simul est efficiens) nempe Mens. Hinc in solas mentes cadit libertas et spontaneum. Absurdum ergo non est,⁵⁸ unicam ex formis substantialibus mentem principium motus primum dici, caeteras a mente motum habere.⁵⁹ ³Et hoc ²⁴argumento adscendit ad primum motorem. Huic objectioni duplificiter⁶⁰ ³respondes; primum, hoc argumentum nihil posse apud Epicurum, qui suis atomis ||
 15 largiatur per se motum deorsum. Fateor, apud eum nihil posse ²⁴hoc argumentum, nisi ei praedemonstretur, hoc ipsum absurdum et impossibile esse, quod corpus habeat motum a se ipso,⁶¹ ³quod ²⁴et jam tum Cicero ni fallor in libris *de natura Deorum* facit, eleganter Epicurum

⁵⁴ In E¹, E²: quidem ³naturam ²⁴principium

⁵⁵ In E¹, E²: esse ³quiddam incorporeale, ²⁴brutum

²⁵ ⁵⁶ In E¹, E²: rei ³consensu ²⁴motum

⁵⁷ In E¹, E²: conceptum ³formae scholasticum ex definitione naturae Aristotelicae ²⁴non sequi.

⁵⁸ In E¹, E²: est ³(etsi mirentur quidam solam ex animabus formisque substantialibus activis relinquiri a recentioribus animam rationalem) ²⁴unicam

³⁰ ⁵⁹ In E¹, E²: habere. ³Et Aristoteles ut dixi pro certo habet corpus nullum in se solo principium motus habere, et hoc unico ²⁴argumento

⁶⁰ In E¹, E²: duplificiter ³aliqui responderunt, primum nihil apud eum posse ²⁴hoc

⁶¹ In E¹, E²: seipso. Et jam

³ quidem ³figuram ²⁴, principium E⁴ ändert Hrsg. nach E¹, E² ²⁴esse ³quoddam incorporale, ²⁴brutum E⁴

22–S. 33.1 eleganter . . . introducat: CICERO, *De natura deorum*, I, 25, 69.

irridens, quod quiddam sine causa et ratione in suis Hypothesibus hoc modo introducat. Nam in rerum natura nihil esse deorsum, sed quoad nos, neque igitur causam, cur corpus aliquod in hanc potius quam illam plagam moveatur. Epicuro igitur neganti quicquid movetur ab alio extra se moveri facile occurremus et laborantem existentiae Dei certitudinem vindicabimus. Alterum⁶² ὁμιλεῖ, Ἡρονταλημ videri non tam ex hoc axiome, quod omnis motus principium sit extra corpus motum, quam ex alio: non dari processum in infinitum, ratiocinatum esse. At vero, Vir Amplissime,⁶³ ἐπιθυμητη cogita, ἀνόνητης conjunctione opus sit. Nam nisi admittatur quod movetur ab extraneo moveri, plane ad nullum processum deveniemus, nedum ad infinitum; nam adversarius statim ab initio resistet, et datum aliquod corpus sibi ipsi ad motum producendum per formam suam substantiale sufficere, nullo igitur motore nedum primo, opus esse, respondebit. Concidet ergo scala illa primo statim gradu et velut fundamento subtracto. Deinde etiam Epicurus processum in infinitum admittebat, ergo non tam quid Epicurus admittat, vel non admittat, quam quid demonstrari certo possit, videndum est.⁶⁴

Ἡρονταλημ philosophiam reformatae [conciliasse mihi satis videor, verum reformatae] ipsius philosophiae inevitabilis eventus breviter attingendus⁶⁵ est.⁶⁵ Ἡστορικῶς, idem et philosophis agendum est. Scripturam sacram sancti patres optimis interpretationibus illustrarunt: mox monachi obscurarunt superstitionibus. Orta luce animorum, theologia reformata triplex est: alia haeretica, quae ipsas scripturas rejicit, ut fanaticorum; alia schismatica, quae priscos patres ecclesiae [rejicit, ut Socinianorum; alia vera, quae ecclesiae] doctores cum scriptura sacra et primitiva ecclesia conciliat, ut Evangelicorum. Similiter Heronem interpretes Graeci illustrarunt, scholastici obscurarunt nugis. Orta luce, philosophia reformata triplex est: alia stolida, qualis Paracelsi, Helmontii, aliorumque, Heronem prorsus rejicientium; alia audax, quae exigua veterum cura, immo contemptu eorum palam habito, bonas etiam meditationes suas suspectas reddunt, talis Cartesii; alia vera, quibus Heronem vir magnus, et in plerisque verus cognoscitur.

25

⁶² In E¹, E²: alterum ὁμιλεῖ, Ἡρονταλημ

⁶³ In E¹, E²: Amplissime, ἐπιθυμητη cogita, ἀνόνητης conjunctione opus sit. Nam nisi admittatur quod movetur ab extraneo moveri, plane ad nullum processum deveniemus, nedum ad infinitum; nam adversarius statim ab initio resistet, et datum aliquod corpus sibi ipsi ad motum producendum per formam suam substantiale sufficere, nullo igitur motore nedum primo, opus esse, respondebit. Concidet ergo scala illa primo statim gradu et velut fundamento subtracto. Deinde etiam Epicurus processum in infinitum admittebat, ergo non tam quid Epicurus admittat, vel non admittat, quam quid demonstrari certo possit, videndum est.⁶⁴

⁶⁴ In E¹, E²: videndum est. Ἡτέλειον, mihi satis videor Heronem philosophiam Reformatae conciliasse, verum ipsius philosophiae manifesta veritas breviter attin-³⁰ genda⁶⁵ est.

⁶⁵ In E¹, E²: est. Probandum

14 conciliasse . . . reformatae vermutlich versehentliche Auslassung des Schreibers; erg. Hrsg.
19 rejicit: . . . ecclesiae vermutlich versehentliche Auslassung des Schreibers; erg. Hrsg.

Nunc conciliata jam cum Aristotele philosophia reformata, restat, ipsius per se veritas ostendatur, prorsus quemadmodum religio Christiana, tum ex ratione et historia, tum ex scriptura sacra probari potest.⁶⁷ Probandum autem est, nulla dari entia in mundo: praeter Mentem, Spatiū, Materiam, Motum. Mentem voco ens cogitans. Spatiū est Ens primo-extensum, seu corpus mathematicum, quod scilicet nihil aliud continet quam tres dimensiones, estque locus ille universalis omnium rerum. Materia est ens secundo-extensum, seu quod praeter extensiōnem vel corpus mathematicum habet et corpus physicum, id est, resistentiam, || ὀντιτυπίαν, crassitatem, spatii-repletivitatem, impenetrabilitatem, quae consistit in eo, ut alio tali ente adveniente cedere, aut quiescere alterutrum cogatur; a qua igitur impenetrabilitatis natura fluit motus. Materia igitur est ens, quod est in spatio, seu ens spatio coextensum. Motus est Mutatio spatiī. Figura autem, magnitudo, situs, numerus etc. non sunt entia a spatio, materia, et motu realiter distincta, sed tantum habitudines inter spatiū, materiam, motum et earum partes a mente superveniente.⁶⁶ Figuram autem definio terminum extensi. Magnitudinem numerum partium in extenso. Numerum definio unum, et unum, et unum etc. seu unitates. Situs ad figuram reducitur, est enim plurium configuratio. Tempus nihil aliud est quam magnitudo motus. Cumque omnis magnitudo sit numerus partium, quid mirum Aristotelem definisse Tempus numerum motus? Sed⁶⁷ hactenus⁷⁰ termini tantum explicati sunt, expositumque, quo sensu iis utamur, nihil⁶⁸ adhuc⁷¹ probatum. Nunc⁶⁹ ostendamus,⁷² nullis aliis rebus ad explicanda mundi phaenomena et causas eorum possibles reddendas opus esse, imo nec alias res esse posse; quanquam si⁷⁰ ostenderimus⁷³ aliis rebus praeter mentem, materiam, spatiū et motum opus non esse, eo ipso satis confectum erit Hypotheses recentiorum, qui his solis rebus ad reddenda phaenomena utuntur, esse meliores. Vitium enim Hypotheses est non necessaria assumere. Jam vero explicari omnes totius Mundi res ex his solis posse, satis lectio recentiorum philosophorum docet, et ex his patet, quae paulo ante posui, cum possibilitatem conciliationis Aristotelicae ostenderem. Deinde quoque notandum est, eas Hypotheses esse meliores quae sunt clariores. Jam vero mens humana nihil aliud imaginari potest, quam mentem (quando scilicet cogitat seipsam), spatiū, materiam, motum, et quae ex his inter se comparatis resultant, quidquid superaddideris, verba sunt tantum, quae nominari, et inter se varie combinari possunt, explicari et intelligi non possunt. Quis enim imaginari sibi potest Ens quod neque extensionis neque cogitationis sit particeps? quid opus igitur animas brutorum,⁷¹ plantarum-

⁶⁶ In E¹, E²: superveniente factae.⁷⁰ Figuram

⁶⁷ In E¹, E²: Sed ita⁷⁰ termini

⁶⁸ In E¹, E²: nihil probatum

⁶⁹ In E¹, E²: Nunc ostendendum est⁷² nullis

⁷⁰ In E¹, E²: ostendimus⁷³

⁷¹ In E¹, E²: brutorum, plantarum⁷⁴ incorporeas

que⁷² incorporeas, formas elementorum,⁷² metallorumque⁷³ substanciales, extensionis⁷³ expertes ponere? Rectius⁷⁴ igitur⁷⁵ Campanella in libro *de sensu rerum et magia*, et Marcus Marci in *Ideis operatricibus*, falso quidem, congruenter tamen suis Hypothesibus formis istis substancialibus rerum inanimatarum,⁷⁵ extensione carentibus,⁷⁶ sensum, scientiam, imaginationem, voluntatem tribuerunt. Nec abludit Agrippae *occulta Philosophia* Angelum cuilibet rei ascribentis quasi obstetricatorem, nec quae Scaliger περὶ δυνάμεως πλαστικῆς ejusque sapientia disseruit. Ita redditur ad tot deunculos, quot formas substanciales, et gentilem⁷⁶ prope πολυθεϊσμόν.⁷⁷ Et certe omnes, qui de substantiis illis incorporalibus corporum loquuntur, non possunt mentem suam explicare nisi translatione a Mentibus sumta. Hinc enim⁷⁷ attributus⁷⁸ illis appetitus, et instinctus ille naturalis ex quo et sequitur cognitio naturalis, hinc illud Axioma: Natura nihil facit frustra, omnis res fugit sui destructionem,⁷⁸ similia similibus gaudent; materia appetit formam nobiliorum:⁷⁹ Cum tamen revera in natura nulla sit sapientia, nullus appetitus, || Ordo vero pulcher ex eo oriatur, quia est horologium Dei. Ex his patet, hypotheses philosophiae reformatae Hypothesibus Scholasticis eo praevalere, quod non superfluae, contra tamen clarae sunt.

Restat, ut subtiliore ratiocinio probetur, ne posse quidem alia Entia assumi in explicanda corporum natura, quam quae dixi: Id sic fiet: Corpus omnes id vocant, quod aliqua sensibili qualitate praeditum est, porro ex sensibilibus qualitatibus pleraque corpori adimi possunt, ita ut tamen maneat corpus. Nam etsi aliquod corpus omni colore, odore, sapore careat, tamen⁸⁰ vocatur corpus. Concedetis⁷⁸ enim, aërem v.g. esse corpus, etsi sit perspicuus, et⁸¹ ita non coloratus, praeterea careat sapore, plerumque et odore et⁷⁹ sono. Rejiciantur igitur qualitates

⁷² In E¹, E²: Elementorum Metallorum substanciales

⁷³ In E¹, E²: extensionis⁷⁵ et cognitionis⁷⁵ expertes,

⁷⁴ In E¹, E²: Rectius Campanella

⁷⁵ In E¹, E²: inanimatarum, sensum

⁷⁶ In E¹, E²: Gentilem tandem polytheismum.⁷⁷ Et

25

⁷⁷ In E¹, E²: enim⁷⁸ tributus⁷⁸ illis

⁷⁸ In E¹, E²: destructionem, natura appetit continuitatem,⁷⁹ similia

⁷⁹ In E¹, E²: nobiliorem; et alia id genus.⁷⁹ Cum

⁸⁰ In E¹, E²: tamen⁷⁸ dicitur esse Corpus. Concedunt⁷⁸ enim

30

⁸¹ In E¹, E²: et⁷⁹ careat saepe colore, odore, sapore; similiter aëris est corpus, etiam quando caret⁷⁹ sono

2 T. CAMPANELLA, *De sensu rerum et magia, libri quatuor*, hrsg. v. T. Adamus, Frankfurt 1620. 3 J. M. MARCI VON KRONLAND, *Idearum operatricium idea, sive Hypotyposis et detectio illius occultae virtutis quae semina foecundat*, Prag 1635. 5 H. C. AGRIPPA, *De occulta philosophia libri tres*, Köln 1533. 7 J. C. SCALIGER, *Exotericarum exercitationum liber XV., de subtilitate, ad Hieronymum Cardanum*, Paris 1557, 107, 17; vgl. VI, 2 S. 442.

visibles, audibles, gustabiles, odorabiles, tanquam minime constitutivae naturae corporis. Ad tactiles ergo res omnis rediit. Et quidem primae illae: calor, humiditas, siccitas, frigus, singulæ abesse possunt, calor potest abesse ab aqua, humiditas a terra, siccitas ab aëre, frigus ab igne, et tamen quodlibet horum⁸² est⁷ corpus. Caeteræ qualitates tactiles v.g. glabrities, levitas, 5 tenacitas etc. non esse naturae corporis constitutivae, etiam⁸³ a vobis⁷ agnoscuntur, eo ipso quia secundæ appellantur, et ita ortae⁸⁴ ab aliis,⁷ et praeterea, quia nulla earum est, quae non abesse possit a corpore. Restat igitur indaganda aliqua qualitas sensibilis, quae omnibus et solis corporibus competit, et ex qua velut signo homines corpus a non corpore dignoscant. Ea nimurum est Crassities seu ἀντιτυπία cum extensione sumta. Quidquid nimurum homines 10 sentiunt extensum esse⁸⁵ (quanquam revera semper sit corpus et habeat ἀντιτυπίαν, licet nobis insensibilem, perceptibilem tamen intellectu) id non statim vocant corpus, putant enim non-nunquam esse meram speciem et φάντασμα. Quicquid vero non vident tantum, sed et tangunt, id est, in quo ἀντιτυπίαν reperiunt, id vocant corpus, quidquid vero ἀντιτυπία caret, id negant esse corpus. In duobus igitur homines tam sapientes quam Idiotæ naturam corporis 15 collocant, in extensione et ἀντιτυπίᾳ simul sumtis, illam⁸⁶ sumunt⁷ a visu, hanc a tactu, unde⁸⁷ et⁷ ex coniunctione utriusque sensus certificari de rebus⁸⁸ solemus,⁷ quod non sint phantas-mata. Extensum autem esse nihil aliud est, quam esse in spatio; ἀντιτυπία est, non posse cum alio esse in eodem spatio, sed alterutrum moveri aut quiescere debere. Ex his patet, naturam Corporis constitui per Extensionem et Antitypiam, cumque nihil sit in rebus sine causa, nihil 20 etiam poni debet in corporibus, cuius causa redi non possit ex primis eorum constitutivis. Jam causa ex iis redi non potest, nisi per eorum definitiones. Nihil igitur ponendum est in corporibus, quod non ex definitione Extensionis et Antitypiae fluat. Fluunt autem tantum ex ea, magnitudo, figura, situs, numerus, mobilitas etc.⁸⁹ Motus ipse ex iis non fluit. Unde proprie loquendo non datur motus in corporibus, tamquam ens in iis reale, sed a me demonstratum est, 25 quicquid movetur, continuo creari, et corpora quolibet instanti in motu assignabili esse aliquid, quolibet tempore inter instantia medio in motu assignabili esse nihil. Quae res inaudita est || hactenus, sed plane necessaria, et atheis os occlusura.⁷ Ex his jam patet, omnium qualitatum et

⁸² In E¹, E²: horum potest esse⁷ corpus

⁸³ In E¹, E²: etiam vulgo⁷ agnoscuntur

⁸⁴ In E¹, E²: ortae ex aliis quae potius sunt constitutivae,⁷ et

⁸⁵ In E¹, E²: esse seu vident tantum⁷ (quamquam

⁸⁶ In E¹, E²: illam sumimus⁷ a

⁸⁷ In E¹, E²: unde ex

⁸⁸ In E¹, E²: rebus solent,⁷ quod

⁸⁹ In E¹, E²: etc. (Motus ipse ex iis non fluit, unde nec corpora motum habent nisi ab incorporeis).⁷ Ex his

mutationum explicationem ex magnitudine, figura, motu etc. sumendam. Et calorem, colorem, etc. non nisi subtile motus et figuræ esse. Quod superest illud confirmare ausim, Atheis, Socinianis, Naturalistis, Scepticis, nunquam nisi constituta hac philosophia solide occursum iri: quam ego profecto munus Dei credo senectae mundi datum velut unicam tabulam, qua se viri pii ac prudentes in incumbentis nunc Atheismi naufragio servaturi sunt.⁹⁰ Ego quantulacunque mihi fuit ab exiguo tempore virorum doctorum notitia, horresco tamen, quoties cogito, in quo simul et ingeniosos, et prorsus atheos inciderim. Et volitat per manus hominum Bodini liber ineditus (atque utinam, ut cum Naudaeo opto, nunquam edendus), grandis certe, quem ille vocat, *arcana sublimium*, in quo professus hostis est religionis Christianæ. Vanini dialogi ludus sunt, si comparentur. Legi non perfunctorie, et Deo ex animo gratias ago, quod iis me praesidiis philosophiae (in qua ingratus sim, si tibi multa debere negem) instruxerit, quibus ejus tela nullo negotio repuli. Laudandus est Cl. Spizelii labor, quem ille eradicando Atheismo nunc rursus impendit. Epistolam ejus de hoc argumento his nundinis emissam videris opinor. Accipe, quid mihi cum eo contigerit. Conscripteram aliquando per otium, tumultuaria tamen opera in

⁹⁰ Briefende in E¹, E²: sunt. Disserui hac de re in extemporanea quadam schedula, quam in suas manus delatam V. CL. Theoph. Spizelius nihil merentem licet, Epistolæ suæ ad Clarissimum Reiserum de Atheismo eradicando nuper editæ, velut pannum lacerum purpuræ assuit, hoc titulo: *Confessio Naturae contra Atheistas*. Quod superest, Vir Clarissime, ideo de toto hoc negotio fusius ad Te disserui, quod Judicem harum rerum et scientiorem et aequiorem nullum haberem. Quando et omnes veterum recessus lustrasti, et recentiorum inventa, quando merentur, non aspernaris; atque illos illustrare, hos examinare, unus omnium optime potes. Recte enim judicas, etsi novae sententiae proferantur, earumque veritas evidentissime ostendatur, a receptis tamen publice vocibus vix unquam esse abeundum, quod si fecissent Scholastici, non laboraremus. Vale, patriæ decus, et tua pœclare cogitata non absolve (pleraque enim et copta simul et perfecta sunt rara ingenii felicitate), sed ede.⁷

25

12 Laudandus Beginn des Teildruckes E³ 12 est Clar. Spizelii E³ 12 f. nunc rursum impendit E³
13 vidisse te opinor E³

7 f. liber ineditus: J. BODIN, *Colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis*; vgl. Leibniz' Excerpt VI, 2 N. 32. Obgleich sich Leibniz zunächst gegen eine Drucklegung des Bodinschen Werkes aussprach, so gegenüber Spizel (22. Dezember 1669, I, 1 N. 38, S. 81) und Arnauld (Anfang November 1671, N. 87, S. 282.27), befürwortete er später in Briefen an Sebastian Kortholt vom 21. Januar und 19. März 1716 eine gut kommentierte Ausgabe (vgl. VI, 2 S. 125). 8 cum Naudaeo opto: G. NAUDÉ, *Bibliographia politica*, Venedig 1633 u.ö. 9 dialogi: G. C. VANINI, *De admirandis naturae reginae deaeque mortalium arcanis libri quatuor*, Paris 1616. 13-S. 38.5 Epistolam . . . Atheistas : G. SPITZEL, *De atheismo eradicando ad virum pœclarissimum Dn. Antonium Reiserum . . . epistola*, Augsburg 1669; daran anonym und ohne Leibniz' Kenntnis angehängt LEIBNIZ, *Confessio naturae contra Atheistas* (VI, 1 N. 13).

divisorio duas circiter plagulas, quibus de demonstranda solito accuratius immortalitate animae, et existentia Dei agebam. Has communicaveram amico. Per hunc venere in manus Pl. Reverendi Speneri, Pastoris Francofurtensium, auctore tamen merito dissimulato. Spenerus Spizelio transmittit; Spizelius suae illi epistolae ad Ant. Reiserum, *de eradicando Atheismo* 5 nuperae fini adjecit, sub tit. *Confessio naturae contra Atheistas*. Sed ego non improbo, verum doleo, quod madosissime illud σχέδιον impressum est: in primis sorites ille, quo demonstrare conatus sum immortalitatem animae, mutatis linearum initialibus, mire perturbatus est. Spizelius fatetur, se auctorem ignorare. De ipsa demonstrandi ratione judicium exspecto. Neque vero laudem, sed examen peto, quando religionis interest, non perfunctorie defendi. Quanquam 10 interim in utraque longe altius penetrasse mihi videor. Neque enim, quae de perpetua creatione in motu, et intima entis cogitantis, seu mentis natura ab eo tempore erui, illic leguntur.

Scripseram aliquando tibi de societate, quam quidam Germani moliantur. Ita esse docebit scheda germanica aliquot plagularum, titulo *collegii Philadelphici* a Goezio bibliopola edita. Sed mihi suave somnium videtur, velut societas roseae crucis. Schurzfleischius ille, qui apud 15 vos est, mirum, quantam in *Parnasso seditio[n]em* excitaverit. Pervelle scire, quid magni viri apud vos de hoc specimine sentiant, a quibus ille provehi sperat. Boecklerus illi ab aula minitatur. *Itinerarii politici*, quod nunc prodit, auctor est haud dubie Burgoldensis ille commentator in *instrumentum pacis*. Obstupesco ad audaciam viri.⁷

2 communicaveram cum amico *E³* 2 manus Speneri, Pastoris Francofurtani, autore *E³* 5 *contra Atheos*. Id ego *E³* 6 illud schedion impressum *E³* 8 exspecto: *Ende des Teildruckes E³*

2 amico: d.i. Boineburg. 5–7 Sed . . . perturbatus est: Zu Leibniz' Kritik an den Inkorrektheiten des Druckes seiner Schrift, besonders an der Vertauschung der ersten Zeilen des Unsterblichkeitsbeweises zu Beginn des zweiten Teiles (*mutatis linearum initialibus*) vgl. auch VI, 2 S. 570 (Untersuchungen und Erläuterungen zu Band VI, 1). Der in VI, 1 N. 13 gebotene Text folgt der Version Spitzels von 1669. 7 f. Spizelius fatetur: vgl. Leibniz an Spitzel, 22. Dezember 1669 (I, 1 N. 38). 12 Scripseram aliquando: Leibniz an Thomasius, N. 9, 1. Absatz. 13 scheda germanica: T. M. GOTZ, *Collegium philadelphicum* (nicht nachgewiesen). 14–17 Schurzfleischius . . . minitatur: C. S. Schurzfleisch veröffentlichte 1669 mit fingiertem Druckort *Martismonte* (d.i. Wittenberg) pseudonym die Schrift *Judicia de novissimis prudentiae civilis scriptoribus ex Parnasso cum Eubulo Theodosato Sarckmasio, in secessu Alcipolitano ingenue communicata*. In dieser Schrift griff er fünfzehn bedeutende deutsche Rechtsgelehrte, u.a. Johann Heinrich Boeckler, scharf an, der ihm daraufhin mit einem Gerichtsverfahren drohte. Die Schriften in Zusammenhang mit diesem Streit wurden gesammelt und in Halle 1711 herausgegeben: TH. CRUSIUS, *Acta Sarckmasiana ad usum reipublicae litterariae in unum corpus collecta*. 17 f. *Itinerarii . . . pacis*: Das *Itinerarium Germaniae politicum* erschien 1669 unter dem Pseudonym Constantinus Germanicus und stammt von Philipp Andreas Oldenburger, der 1668 unter dem Pseudonym Burgoldensis eine *Notitia rerum illustrium imperii Romano-Germanici sive discursuum juridico-politico-historicorum ad Instrumentum pacis Osnabrugio-Monasteriensis pars prima (– tertia)*, Freistadt [fingiert] 1668–1670 veröffentlicht hatte.

12. JAKOB THOMASIUS AN LEIBNIZ

Leipzig, 6. (16.) Mai 1669. [11.13.]

Überlieferung:*E¹* KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 46–49.*E²* II, 1 (1926) N. 12. 5

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 26–27. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875,
S. 28–29.

Übersetzung:

BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 211–213. 10

Unser Brief antwortet auf N. 11.

|| Ignosce queso, si literis prolixis nihil minus, quam prolixas reddidero; non quod gratiam illis prolixitas abstulerit (addidit potius), sed quod otium exiguum, ac nundinarum strepitus non sinat de prolixitate cogitare, quam ipse quoque mihi ultro remittis. Commodum autem sic cecidit, ut ad disputationem illam tuam honeste silere possim, cui quemadmodum 15 satisfacerem, non reperirem. Quanquam enim, quae disseris, legenti mihi non plane excusserunt opinionem pristinam, labefactare tamen sunt visa, et parare me non mediocriter, vel ad abjiciendam sententiam, vel forte ad conciliandam cum tua aliquo modo. Sed verum ut fatear, nescio, si rationes computo meas, sitne consultum mihi, hoc in campo tecum congregdi, in quo non sum ita ego versatus, ut paria tecum audeam facere, praesertim cum res ipsa non mediocrem requirat artium mathematicarum peritiam, in quibus desipiam, si tecum congregiar. Adde, quo longe tu me es felicior, cujus vernantissima aetas in ea incidit tempora, in quibus prope debellatum foret: mea contra juventus omnis consumpta est in illis aevi barbari reliquis, e quibus utcunque paullatim emersisse satis habui ad qualemcunque eruditionis profectum. Quare feres aequo animo, si tecum ita jam paciscar, ut si maxime nihil umquam eruditissimae 20 disquisitioni respondero, feram impune sane; cum in proelium me voces plane insuetum mihi, liceat, quod cautorum est militum, intra vallum me continere. Si tamen erit otium cogitandi, rescribam aliquid fortasse aliquando.

De illustrissimo Boineburgio non reperio, quin gratias agam tibi, qui tanti herois non favorem mihi modo, sed amorem plane singularem conciliaveris. Quid enim quaeris? Scioppium suum donavit mihi ultro, cum alterius exempli copiam speret. Caetera prae pudore taceo. 30

12 literis: N. 11. 30 f. Scioppium: vgl. N. 10.

Te rogo, perficias apud eum, ut et in benevolentia perseveret (quamquam virtus ejus dubitare me non sinit), et in me laudando sit parcior. Quae nova mihi non pauca nuncias, gratissima fuerunt: Magis me tibi devincies, si per te cognovero, quemadmodum illa tua *confessio naturae contra Atheistas*, quam Cl. Spizelius edidit, emendanda sit.

5 De Sarcmasio quid alii sentiant, ipsi viderint. Apud nos quidem neminem scio, cui se insaniam hominis cum flagitiosa rabie conjuncta probet. Nec dubitare possumus, quin illi viri, quibus blanditur, malint eum de se siluisse in libello famoso. Nec enim unquam ipsi per calcatas aliorum ruinas emergere pulchrum putaverunt. Sed tanta hominem agit vesania, nescio dicam an malitia, ut adscito jam Xavierii Parani nomine, vindicias adversus Lentulum, Nas-

10 turtium, Burgoldensem emiserit. Imprimi haec talia nemine vetante, non possum satis mirari.

26 Nec spero futurum esse, ut ad se homo redeat, nisi majori vi coërceatur. ||

Haberemus cum his literis meam de origine animae humanae disputationem, nisi monuisset Freislebius, commodius a mercatoribus, si quid tale vellem, quam per postam fieri posse. Ipse interim et ejus curandae negotium suscepit. In ea, cum poscente arguento disputanda quaedam mihi fuerint adversus Pontificios doctores, nescio num et Illustrissimo Boineburgio mitendum sit exemplum, ne forte incivilitati imputet, si ea mittam, in quibus aliter de arguento gravissimo a me disputatur, quam ipse vellet. Promisi interim ad futuras nundinas disputationes quasi sex, σὺν θεῷ εἰπεῖν, quas jam diu affectas *de stoica mundi exustione* habeo. Tu optimum Maecenatem meo nomine humillime salutabis, proque egregio munere gratias una tecum ages.

20 Vale, et aridae scriptioni ignosce. Lips. d. 6 Maii, 1669.

De studiorum meorum ratione nondum potui fuse ad Illustrissimum Boineburgium disserere, angustia temporis paeclusus. Faciam id alias.

3 f. quemadmodum . . . emendanda sit: vgl. N. 11 und VI, 1 N. 13.

5 Sarcmasio: vgl. N. 11.

9 f. adscito . . . emiserit: Mit seiner Schrift *Initia vindiciarum, quas pro E. T. Sarcmasio suscepit*, o.O. 1669, verteidigte sich Schurtzfleisch unter dem Pseudonym X. Paranus gegen die Schriften von C. Lentulus (*Ὑπερασπισμός pro scriptis Cyriaci Lentuli adversus novum criticum judicia de politicis cerebroso e Parnasso proferentem*, Marburg 1669), P. Nasturtius (d.i. J. H. Boeckler, *Judicium de judiciis, quae in novissimos civilis prudentiae scriptores exercere voluit Eub. The. Sarcmasius. Accesserunt duae epistolae ejusdem argumenti*, Köln 1669) und Ph. A. Oldenburger (Th. F. C. A. V. F. de Francimont (Pseud.), *Satyra in Eubulum Theosdatum Sarckmasium*, Genf 1669), die von seiner zuvor unter dem Pseudonym Sarckmasius vorgetragenen Polemik gegen deutsche Rechtsgelehrte (vgl. N. 11, Ende) provoziert worden waren.

12 disputationem: JAK. THOMASIUS, [Praes.], *Disputatio physica de origine animae humanae*. [Resp.], J. Vake, Leipzig 1669.

17 f. Promisi . . . habeo: JAK. THOMASIUS, *Exercitatio de Stoica mundi exustione*, Leipzig 1676.

13. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Frankfurt, September 1669. [12.14.]

Überlieferung:*E¹* STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 61–62 u. 66–67.*E²* II, 1 (1926) N. 13.**Übersetzung:**BODEÜS, *Correspondance*, 1993, S. 227–228.

5

Die Datierung unseres Briefes ergibt sich aus den Bemerkungen bei Struve: »G. G. Leibnitius. Anno 1669. Francof. ad Moenum mense septembr.« und »G. G. Leibnitius. 1669. Septembr.« Er wird beantwortet durch N. 14. Aus dieser Antwort geht hervor, daß die bei Struve getrennt überlieferten Teile einen einzigen Brief 10 gebildet haben.

|| His locis mirifica somnia invalescunt. Becherus Medicus, homo ingeniosus, sed πολυπράγμων Comiti Hanoviae persuasit, esse in alio terrarum Orbe felices quasdam regiones, atque omnia velut divina quadam virgula fundentes, illuc duci Colonias fundarique grande imperium posse, et inde paulatim in omnem Americanam regionem. Ita inebratoi Comiti 15 pecuniolam extorsit, qua profectus ad Batavos a West-Indica societate totam Gujanam, qua mari alluitur, triginta milliarium latitudine, longitudine centum, feudi jure suo Comiti obtinuit. Reversus literas contractus eburneae capsulae inclusas praeferriri sibi jussit, et hac ridicula pompa velut ovans Hanoviam ingressus est. Jam parantur omnia itineri Americano.

:26

Quod me attinet, statui edere Librum aliquem hactenus oblitteratum, ingeniosum tamen, si 20 quid judico, Marii Nizolii, cuius *Thesaurum* et pueri norunt, et qui nondum aere lavantur, Librum nempe *de veris principiis et vera ratione philosophandi* Parmae An. 1553. 4^o editum, occasione Libri a Majoragio in eum scripti. Nimirum Caelius Calcagninus reprehenderat *officia*

12–19 Becherus . . . Americano: Johann Joachim Becher (1635–1682) hatte 1669 im Auftrag des Grafen Friedrich Casimir von Hanau in den Niederlanden von der Westindischen Kompanie ein dreitausend Quadratmeilen großes Territorium in Südamerika zwischen dem Orinoko und dem Amazonas erworben. Das Projekt eines 'Hanauisch-Indien' scheiterte jedoch, da dem Grafen die notwendigen Mittel fehlten. Vgl. J. J. BECHER, *Gründlicher Bericht Von Beschaffenheit und Eigenschaft, Cultivirung und Bewohnung, Privilegien und Beneficien Deß in America zwischen dem Rio Orinoque und Rio de las Amazonas an der vesten Küst in der Landschafft Guiana gelegenen . . . Landes: Welchen Die . . . West-Indische Compagnie . . . An den . . . Herrn Friederich Casimir, Grafen zu Hanaw . . . cedirt und überlassen hat . . .*, Frankfurt 1669. 20 statui: vgl. Leibniz an Spener, 10. Februar 1670 (I, 1 N. 34). Der Neudruck des Nizolius wird dort auf die Initiative Boineburgs zurückgeführt. 21 Der *Thesaurus Ciceronianus* (Basel 1559 u.ö.) ist eine vielfach erweiterte Neuausgabe der *Observationes in M. T. Ciceronem*, Brescia 1535; zu den verschiedenen Ausgaben vgl. VI, 2 S. 694, SV. N. 734.1. 21 *et . . . lavantur*: JUVENAL, *Satirae*, II, 152. 22 Librum: Zur Entstehungsgeschichte von *De veris principiis* vgl. auch VI, 2 N. 54, S. 406 f. 23 Libri a Majoragio: M. A. MAJORAGIO, *Reprehensionum libri duo contra M. Nizolium. Huc accessit recusatio*, Mailand 1549. 23 Calcagninus reprehenderat: C. CALCAGNINI, *Disquisitiones aliquot in libros officiorum Ciceronis, in Opera aliquot philologica et moralia*, hrsg. v. A. Musa Brasavolus, Basel 1544.

27

Ciceronis, Majoragius scripsit pro Cicerone, eumque Aristoteli conciliare conatur. Nizolius superveniens scribit contra utrumque, Calcagninum, quod Ciceronem impugnet, Majoragium, quod Aristotelem defendat, et conciliare Ciceroni nitatur. Majoragius Libro Nizoliano respondebat. Ita tandem Nizolius hos Libros quatuor *de vera ratione philosophandi* edidit. Quos solos 5 habeo, priora non vidi. Nizolius his Libris duo in primis fuse impugnat: 1.) universalia realia, in quo argumento se Nominalismus profitetur, 2.) terminos Scholasticorum. Ostendit enim fuse, nec minus eleganter quam subtiliter, scholasticos non tantum barbare, sed et parum accurate locutos fuisse. Nec vero aliorum more nudis inventivis in eorum barbariem detonat, sed et || praeterea substituit alias loquendi rationes ex Cicerone et aliis veteribus haustas, imo prorsus non 10 technicas, sed e medio sumptas, quibus ostendit, proprie, pure, atque accurate subtilissima quaeque enuntiari posse. Atque ita universam Logicam percurrit, illud urgens perpetuo, sic ubi res terminis popularibus aequa facile exprimi possit, technicis illis fictitiis tantum ad obscurandum factis esse abstinendum. Constitui prolixiusculam praefationem adjungere tum de usu hujus instituti, tum quomodo mitigari debeant, quae acrius justo dicit. Te vero rogo, si quid de 15 Nizolii Philosophia praeterea compertum habes, aut similis instituti scriptores occurrunt, id mihi suggerere ne graveris.

14. JAKOB THOMASIUS AN LEIBNIZ

Leipzig, 22. November (2. Dezember) 1669. [13.17.]

20

Überlieferung:

25

- E¹* NIZOLIUS, *De veris principiis*, hrsg. v. G. W. Leibniz, 1670, Bl. g4 r^o-g4 v^o.
- E²* NIZOLIUS, *Antibarbarus philosophicus*, hrsg. v. G. W. Leibniz, 1674, Bl. A-B.
- E³* KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 2, 1735, S. 143–144. u. Bd 3, 1738, S. 45–46. (Unsere Druckvorlage.)
- E⁴* II, 1 (1926) N. 14 (nach *E³*).
- E⁵* VI, 2 (1966) N. 54.

Weiterer Druck:

GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 29–30.

1 scripsit pro Cicerone: M. A. MAJORAGIO, *Decisiones XXV quibus M. T. Ciceronem ab omnibus C. Calcagnini criminacionibus liberat*, Lyon 1544. 2 f. scribit contra utrumque: M. NIZOLIUS, *Defensiones locorum aliquot Ciceronis contra disquisitiones Coelii Calcagnini*. Keine frühere Ausgabe zu ermitteln, später enthalten in CICERO, *De officiis*, Venedig 1554. 3 f. respondet: M. A. MAJORAGIO, *Reprehensionum libri duo*, 1549. 13 praefationem: *Dissertatio praeliminaris, De alienorum operum editione, de Scopo operis, de Philosophia dictione, de lapsibus Nizolii* (VI, 2 N. 54).

Übersetzung:

BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 237–238.

Den folgenden Brief hat Leibniz leicht geändert und gekürzt als *Excerpta* seiner Neuausgabe (Frankfurt a. M. 1670) von Nizolius' *De veris principiis et vera ratione philosophandi* (Parma 1553) vorangestellt; vgl. VI, 2 S. 444. Analog zu N. 11 hat Kortholt zunächst den Text der Nizolius-Ausgabe gedruckt (in Band 2), dann später separat die Abweichungen der Handschrift im Thomasius-Nachlaß (in Band 3), die Vorlage für die nicht gefundene Abfertigung gewesen sein muß. Wir rekonstruieren wieder aus beiden Drucken den mutmaßlichen Text der Abfertigung. Die wenigen Abweichungen zum Nizolius-Druck vermerken wir wieder in den Fußnoten und markieren ersetzte oder ergänzte Textpassagen durch Klammern ⁵ . . . ¹⁰. Unser Brief beantwortet N. 13 und wird durch N. 17 beantwortet.

||¹ Quo¹ die haec scribo, reddit a mihi est epistola tua, nescio, quam diu latens interim, cum diem illi adscribere fueris oblitus. Ego me statim, quod otium, res mihi alias insolita, faveret, contuli ad rescribendum. Illustrissimo Boineburgio cum praefatione observantiae meae, quaeso Te, a me salutem, ea, qua par est, submissione refer. Non possum non in sinu gaudere, quoties cogito, quanta me comitate per aliquot horas, cum superiori tempore apud nos heros ille fuisset, etiam mensae admotum sua, tractaverit. Caussae Schurzfleischianae tandem exitum exspecto. Dignum habeo, in quem grave exemplum edatur. Becheri nihil vidi hactenus: ubi video, spatiumque percurrendi habuero, non gravabor qualecunque judicium meum in sinum tuum, hominis amicissimi, effundere.²

De Marii Nizolii libro Te amo: fac ut non illum tantum, sed et praefationem Tuam videamus, quae quanto est futura prolixior, tanto plures nobis ab eximio ingenio tuo gazas spondebit. Excussi subito Bibliothecam meam, sed in ea parum deprehendi illorum, quae ad illam super *officiis Ciceronianis* a Calcagnino motam controversiam² ¹⁵ pertinent.³ Habeo tamen Majoragii *Reprehensionum libros duos contra Nizolium* impressos Mediolani 1549. in quarto, illos videlicet, qui Nizolio illos *de vera ratione philosophandi* expresserunt. Ex his porro Majoragii *reprehensionibus*, quae mihi quidem, tametsi autor urbanum se potius haberi postulat, quam mordacem, multo felle illitae videntur, intelligo post Majoragium *Ciceronis defensionem* quoque a Jacobo Grifolo susceptam fuisse, locus est p. 215. 216. Et ecce Grifoli quoque

¹ In E¹, E² fehlt: Quo . . . effundere.

² In E¹, E²: controversiam ¹⁰ pertinet.⁴ Habeo

:27

16 f. Zu Schurzfleisch vgl. N. 11 und N. 12. 17 Becheri . . . hactenus: Das in N. 13, erster Abschnitt, beschriebene Projekt Bechers ist nicht realisiert worden. 22–S. 44.8 Excussi . . . opinor: vgl. Leibniz' Anfrage in S. 42.14. 23 a Calcagnino: C. CALCAGNINI, *Disquisitiones aliquot in libros officiorum Ciceronis*. Basel 1544. 28 a . . . Grifolo susceptam: J. GRIFOLO, M. T. *Ciceronis defensiones contra Calcagnini disquisitiones*. Venedig 1546.

30

has disputationes invenio. Adjunctae sunt illae Hieronymi Ferrarii *Emendationibus in philippicas Ciceronis*, editis Lugduni (Gallorum) Anno 1562. in octavo. Ac video,³ illis ipsis quoque Calcagnini *disquisitiones σύντολεξεῖ* insertas esse: praefationem Majoragii in *Decisiones suas, quibus Tullium a Calcagnini criminibus liberat*, habes ultimo loco inter *praefationes Majoragii orationibus* ejus adjectas. *Decisionum ipsarum mentio in orationibus ejusdem pag. m. || 200.* et in *praefationibus* pag. 616. 658. editionis Lipsiensis Anno 1628. Haec ea sunt, quae loculos excutienti meos hac de controversia se obtulerunt. In eadem cum Nizolio sententia Ramum ejusque asseclas fuisse opinor. Certe quantum teneo memoria, malunt illi,⁴ ubi philosophicum expediendum certamen est, cum Cicerone, quam cum scholis loqui. Ego nec Technica scholarum, nec a vulgi usu repetita Ciceronis asperner, dummodo Lector, quid dicatur, intelligat. Intelligi autem fortasse potest, aequre utrovis modo loquaris, dummodo prius⁵ quis assueverit, si non assueverit, non intelligi.⁶ Ego quidem scholasticis loquendi formulis, hoc in genere, innutritus fui magis.⁷ Sed nolo tibi praejudicare. Vale. Lips. d. 22 Nov. 1669.

15. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

¹⁵ Mainz, 13./23. Januar 1670. [16.]

Überlieferung:

- L Abfertigung: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b 8 Leibniz. 5 Bl. 4°.
 7 1/2 S. (Kriegsverlust.) (Unsere Druckvorlage.)
- ²⁰ l Abschrift: LBr 171, Bl. 1–5. 5 Bl. 4°. 8 1/2 S.
- E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 158–163 (nach l).
- E² II, 1 (1926) N. 15 (nach L).

Unser Brief eröffnet die Korrespondenz zwischen Leibniz und Hermann Conring. Er war Beischluß zu Boineburg an Conring, 23. Januar 1670 (GRUBER, *Commmerc. Epist. Leibn.*, S. 1279 f.) und wurde durch den Hannoverschen Vizekanzler Otto Johann Witte an Conring übermittelt (vgl. Conring an Boineburg, 10. Februar 1670, S. 1280–1283; Conring an Witte, 12. Februar 1670, S. 1283). Conring war schon früher von seinem Freund Boineburg auf den jungen Leibniz aufmerksam gemacht worden (vgl. Boineburg an Conring, 26. April 1668, S. 1204–1210; ebenso 7. Juni 1668, S. 1217–1221, und 5. Juli 1668, S. 1221).

³ In E¹, E²: video illas ipsas quoque

⁴ In E¹, E²: illi cum

⁵ In E¹, E²: prius assueverit

⁶ In E¹, E²: intelligi. Sed

13 innutritus fui magis: Zu Thomasius' Einschätzung seiner Studienzeit vgl. N. 12, erster Absatz.

Leibniz hat, wie aus dem gestrichenen Datum in *L* hervorgeht, die Abfertigung am 12./22. niedergeschrieben und davon eine Reinschrift (*I*) durch einen Schreiber anfertigen lassen. Einen Tag später hat er unter Abändern des Datums das zweite, ausführliche Postscriptum in beiden Handschriften eigenhändig ergänzt und ferner einige wenige Eingriffe in *L* und *I* nachträglich vorgenommen.

Conrings handschriftlicher Nachlaß, der im Niedersächsischen Hauptstaatsarchiv Hannover aufbewahrt wurde, ist in den letzten Kriegstagen verbrannt. Er wird bei uns unter »Kriegsverlust« geführt. Er ist uns aber noch über das Arbeitsmaterial der Editoren von 1926 zugänglich, auf das wir gelegentlich für Datierung, Kommentierung und Textgestaltung zurückgreifen können. 5

|| Amplissime ac Nobilissime D^{ne}, Fautor Magne.


:28

Tentanti hoc vadum favoris Tui multa de Te meque praefari non necessarium duco. Neque 10 enim Germanorum quisquam est qualitercunque literis tinctus, ut de exteris nihil dicam, qui Conringii nomen ignoret, bono historiae patriae civilisque prudentiae velut natum: ut laudes Tuas apud alios praedicare supervacuum sit; apud Te, ineptum. De me dicere nihil, opinor, attinet, quando constat, generali affectu Te illis bene cupere, quorum voluntatem vides aliquo conatu tendere ad publicum bonum. Ne tamen prorsus improvisus atque importunus adsim, en 15 parium, quo majorem atque efficaciorem apud Te certe scio nec cogitari posse, Magnum nimirum illum Boineburgium cuius in me beneficia eo usque provecta sunt, ut mihi dudum visum sit nihil addi posse. Ille tamen incrementa semper nova invenit, ex quibus conciliationem favoris Tui nunc inter prima aestimo; nam et hortatus me est ad scribendum et calculum apud Te suum pollicitus. Sed ne omnino vacuae sint literae, consilium peto, id est beneficium ante 20 meritum; sed tanti est ad Te scribere, qui hoc Tibi proprium ac perpetuum habes, gratis prodesse.

Nimirum de cogitatis nostris ad Jurisprudentiam pertinentibus, aliquid fortasse, si modo digna sunt talia, doctorum virorum sermonibus volvi, inaudiisti. Cujus vero potius judicium expectari beat, quam ejus Viri, qui magna contentione animi de ordinando Germaniae nostrae 25 jure cognitionem suscepit, multa invenit, plura correxit, certe vasta ac late fusa mente cuncta pervasit, de quibus testimonium perhibent qui vulgo prostant libri Tui. Nimirum, si Te recte assequor, alia est quaestio quid nunc de jure sit respondendum; alia quomodo condendae Leges. Illud est prudentiae dicasticae, hoc nomotheticae. Porro ipsa prudentia dicastica duas rursum partes habet, scientiam et peritiam, scientiam juris naturalis, peritiam juris positivi; Jus enim positivum est facti potius quam juris. Consequentias autem ejus nosse, tam || est 30 juris naturalis, quam nosse consequentias contractus alicujus; etsi circumstantiae personarum ac temporum, ex quibus de mente legis constare debet, tam sint peritiae simplicis, seu historiae, quam circumstantiae contractus. Porro ut jus naturae habet respondens sibi jus positivum; ita scientia nomothetica habet respondentem sibi Notitiam Reipublicae qualis revera reperitur, 35 quae itidem est nudae peritiae tantum. Ut ita hoc schema prodeat:

27 quibus (1) judici (2) testimonium *L*

29



Nempe omnis prudentia agendi et ars operandi ex scientia et peritia componitur. Scientia autem juris naturae, de qua Grotius, Hobbes, Feldenus, Pufendorfius, Ethica est, de justo, eoque ut Grotius vocat stricte dicto; scientia Nomothetica de condendis Legibus, Politica est, de Utili, sed in commune, seu de aequo, vel ut Grotius vocat jure laxe dicto (ad quod in me est obligatio, sed in altero non est actio seu jus exigendi). Aequum nimirum est, quin et tenemur omnes in conscientia, ut Respublica quam optimo sit loco, sed si qui non conspirent, non possunt semper cogi. Verbi gratia si aequum esset (id est publice utile) tolli omnia telonia, non ideo principes absoluti possent ad hoc jure cogi. Video autem Tibi in editis hactenus scriptis magis propositam fuisse scientiam prudenter condendi leges, quam respondendi de Jure sive naturae sive civili. Et fateor majoris operae, ac fructus quoque esse scientiam nomotheticam de optima Republica, gradibusque ad eam accedendi, quam scientiam respondendi de jure quod est inter eos quos tenent nullae leges, vel omnino, vel in casu proposito, ubi lex civilis tacet. Fortasse tamen et Juris Naturalis scientia meretur ad certitudinem evehi quanta scientiam decet, quando ab erroribus in illa percrebrescentibus multum in res humanas damni, plurimum in theologiam confusionis fluxit. Et fortasse nec constitui scientia nomothetica seu politica perfecte potest, nisi fundamentis Ethicae seu Juris naturae praedemonstratis. Quaecunque autem hactenus in jure naturae praestita sunt, longe absunt a scientiae absolitione, maxime quod certum fundamentum ac velut norma justi non sit constituta. Vulgo fieri jubent quod honestum est, sed si honestatem a gloria id est opinione metiuntur longe absunt a vero. Aristoteles et Stoici convenientiam cum natura, id est metron, symmetriam, mediocritatem, fundamentum justi locabant, quibus etiam fundamentis insistit || Feldenus, nec abludit Pufendorfius, nisi quod Hobbiana contemperat, magno tamen judicio quo sane ille sano ac sobrio pollet, ab ingenio

29 etiam erg. L 30-S. 47.1 magno . . . instructissimus erg. L u. l

10 Grotius . . . Pufendorfius: vgl. H. GROTIUS, *De Jure belli ac pacis libri tres*, Paris 1625 u.ö.; TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, Paris 1642; J. VON FELDEN, *Elementa juris universi et in specie Justinianaei*, Frankfurt und Leipzig 1664; S. V. PUFENDORF, *Elementorum Jurisprudentiae universalis libri II*, Den Haag 1660 u.ö.

quoque atque eloquentia, quae dotes omnes raro in unum confluunt, instructissimus. Hobbius mensuram justi facit conatum pacis conservanda aut assequenda. Plerique vere, ut solet in divortiis opinionum, sed non καθολικῶς seu μεθοδικῶς. Ego suppono cum Carneade (et Hobbius consentit) Justitiam sine utilitate propria (sive praesente sive futura) summam esse stultitiam, longe enim absunt ab humana natura Stoicorum et Sadduceorum de virtute propter se colenda superbae jactationes. Ergo omne Justum debet esse privatim Utile. Sed cum Justitiae forma consistat in publica utilitate; sequitur quod non possit accurate demonstrari haec propositio: homo prudens debet semper agere quod justum est, nisi demonstretur esse quendam perpetuum vindicem publicae utilitatis (nam aliorum oculi metusque non ultra ligabunt prudentem, quam quounque juvare aut nocere possunt), id est Deum; cumque sensu manifestum sit eum non esse semper vindicem in hac vita, superesse aliam, id est esse aliquem Deum, et humanam animam esse immortalem. Horum duorum fundamentorum omnis efficaciae justi et aequi, accurata demonstratione opus est jus naturae tradituro, quam nescio an in ullo libro habeamus, ac si qua ullibi est, opto videre. Quare meopte marte omni animi contentione huc incumbens, videor mihi voto potitus. Interea tamen et illud fateor sufficere scientiae morali posse, si Existentiam Dei et immortalitatem animae probabiles, vel saltem possibles esse demonstretur, quod itidem, ut efficerem, operam omnem dedi. Regulae autem Justitiae fundamentales, seu Utilitatis publicae sunt duea: (1) ut ne cuiquam auferatur res (sine vitio) possessa (id est quam non ante et ipse alteri abstulerit) et (2) ut cuique tribuatur quantum ipsi opus est ad publicam utilitatem juvandam. Illuc pertinet praceptum juris de nemine laedendo, seu damno vitando, Huc praeceptum juris de suo cuique tribuendo seu lucro Juste captando. Illa regula juris stricti fundamentum est, haec aequitatis. Illa etiam naturali jure actionem, haec tantum exceptionem parit, illa est justitiae commutativa, haec distributiva. Illic proportio arithmeticā, hic geometricā. Illa homines discriminat in statu naturali (id est extra civitatem) positos, haec conjungit in civitatem. Illa jus naturae stricte dictum, haec scientiam nomotheticam multis consequentiis generat, illa est magis justitiae particularis, haec universalis. Sed quid tandem mihi propositum sit quaeris. Nimirum, Vir Ampl^{me}, demonstrare propositiones juris naturalis stricti per omne possessionum, conventionum, successionum etc. genus, et quidem adhibendo perpetuos Soritas, quae ratio mihi ex multis visa est aptissima rei in clara luce ponendae, quando nihil aliud est demonstrare, quam certitudinem alicujus rei claram, ac velut ocularem reddere. Huic curae cum dudum incumberem, deprehendi regulas juris naturalis stricti cum regulis juris Digestorum mirifice conspirare, atque in ea re dijudicanda veterum JC^{torum} incredibilem solertiam fuisse, cum postea Imperatores pro arbitrio, || praetextu aequitatis, Justinianeis innovationibus familiari, pleraque

31

1 quoque erg. L 1 omnes erg. L 2 aut aquirendae. Plerique 1 6 privatim erg. L 27 quid mihi tandem propositum 1 28 demonstrare Juris naturalis stricti propositiones per 1 33 dijudicanda (I) mirificam (2) veterum L

3 cum Carneade: vgl. LACTANTIUS, *De divinis institutionibus*, V, 16, 3.

turbaverint; et hodierni complures juris naturalis conditores (vel quod legibus Romanis nullam aut perfuctoriam operam dederint, vel quod aequitatis congruentias a juris stricti necessitate non satis distinguant) saepius a Romanis Legibus discesserint, quam erat necesse. Quotusquisque est qui sibi persuadeat juris naturae esse, ut pacta nuda non pariant actionem, ut aequitas 5 naturalis pariat exceptionem tantum, ut discriminem statuatur inter actiones bonae fidei et stricti juris, ut non pactis sed traditionibus rerum dominia transferantur? quae omnia JC^{torum} Romanorum acumini probata, Grotio tamen, Viro utique magno, displicerunt, rationibus parum demonstratorii ducto.

Cum igitur his contemplationibus ego non sine successu aliquo indulgerem; deprehendi 10 grandes saepe materias ac late fusas contrahi in regulas paucas, sed ita universales posse, ut has qui teneat, sive animo sive oculis objectas, decidere oblatos casus sine exceptione omnes queat. Hujus coepti utilitate illectus cogitavi an non possibile esset omnes juris nunc per Germaniam in usu versantis regulas decidendis casibus omnibus suffecturas duabus circiter tribusve tabulis grandibus, mapparum instar in pariete suspendendis, ita exhibere, ut oblatus 15 casus non solvi tantum e vestigio, sed et, velut in albo praetoris aut dodecadelto ostendi manifesta ratio decidendi posset. Hoc jam consilium, ne intra animum tantum stetisse putas, semiperfectum dicere audeo. Jus enim privatum, id est omnia privatorum jura obligationesque earumque constitutiones ac solutiones cum successu mihi in Tabulam ita redegisse videor, ut quaestione oblata, raro me consulentem dubium dimiserit. Pollio tamen eam magis magisque. 20 Nunc jus publicum addere cogito, profanum pariter ac sacrum (quatenus huic aliter quam in conscientiam executio est). Juri autem publico et processum judiciale an numero, officiis enim magistratum erga justitiam implorantes, constat. De caetero in jure publico fateor miras me tenebras sentire, praesertim cum fere tantum jure non scripto constet; et innumera sint magni momenti, usu tantum, quo nihil incertius et varium magis, definienda. Utinam tuo consilio regi 25 contingat. In libris tuis multum, fateor, luminis, sed sese subito proripientis, ac velut subterfugientis aspectum lectoris profani. Sed de his ad Te aliquando distinctius, nunc quod coepi exequar. Tabula fundamentorum Juris confecta universas Juris Romani Leges, ad suam singulas regulam, unde decidendi ratio pendet, reducere cogitat mecum Ampl^{mus} Lasserus Consiliarius Moguntinus, Cancellarii quondam filius, vir diligentissimus ac juris apprime gnarus. Nullam 30 Legem, nullum Paragraphum omitti, suo omnes loco collocari, Index velut proba quaedam assecutoria, ostendet. Ita habebitur Digestio aliqua non terminorum juris Romani (quales sunt digestiones seu methodi quae fiunt per divisiones et subdivisiones, Ramaeo more, quales

1 hodierni (1) plerique | (2) complures *erg.* | *L, l* 7 rationibus (1) ubique (2) parum *L* 13 in usu
erg. L 14 grandibus *erg. L* 16 consilium *erg. L* 19 eam | nunc *gestr.* | magis *L* 20 publicum (1)
 additur (2) addere cogito, (a) quo jus (b) profanum *L* 28 unde (1) ejus (2) decidendi *L*

28 cogitat . . . Lasserus: vgl. die mit H. Lasser 1668 in Mainz von Leibniz herausgegebene *Ratio corporis juris reconcinnandi* (VI, 2 N. 30).

Vulteji, Althusii etc.) sed propositionum; nec verbalis sed rationalis. Inter quas tantum interest, quantum inter methodum Rami et Euclidis, quarum illa tantum || disponit, haec simul demonstrat. Ex hac digestione rationali Legum omnium ex aliis legibus pendentium (quales sunt Digestorum pleraque, non tam juris novi constitutoriae, quam veteris interpretatoriae atque applicatoriae) rationes apparebunt. Ratio autem legis est instar mille commentariorum, quia hinc omnis ejus interpretatio pendet. Nam omnis interpretatio constat ampliatione (ut vocant) ad casus similes, et limitatione in ordine ad dissimiles. Jam ampliatio fit ob eandem, limitatio ob cessantem rationem. Ita habes Vir Ampl^{me} rationem consilii nostri, quod utinam regas Tuo! Saltem voluntatem nostram, boni publici cupidam, si quid auguror, auxilio dignam putabis.

III^{mus} Boineburgius cum nuper ad Te scripserit, nunc per me amice salutat, rogatque ut 10 quod potes, in sequenti negotio peragendo se adjuves: Dn. Joh. Henr. Pauli ipsi aliquando Catalogum selectorum MS^{orum} Augustae Bibliothecae attulit, in his duo nominantur, quos sibi describi admodum desiderat: (1) *De methodo conscribendae historiae Ecclesiasticae consultationes doctissimorum Virorum Balduini, Thaneri, Hyperii, Flacii, scriptae 1554 et 56 fol.* et (2) *Majestas Electoralis Venetae opposita seu de jure praecedentiae inter S.R.I. Archiprincipes 15 Electores et Remp. Venetam dissertation anonymi*, hoc si tua commendatione effectum dabitur, magni aestimabit.

Quod me attinet habeo sane deprecandi materiam, quasi non satis criminis in audacia esset, nisi prolixitate cumularetur, sed me erigit ille Tuus in summa eruditione candor, et humanitas publice nota. Vale Vir Ampl^{me}, ac fave

Cultori Tuo,

Mog. 13/23 Jan. 1670.

Gottfredo Guilielmo Leibnitio

J.U. Doctori.

P. S. Annum hunc cum longa fratrum serie Tibi felicem precor.

P. S. III^{mus} Boineburgius haec me praeterea addere jubet: Vigorii assertionem fidei catholicae ex conciliis Generalibus, librum in 8°, venisse a se ad Ampl^{mum} Schwarzkopfum Vestrum p.m. per hunc in manus Principis vere Augusti delatum, haud dubie nunc in

6 (ut vocant) erg. L 22 Leibnitio (1) Moguntiae 12/22 Jan. 1670 (2) Mog. . . . 1670 L

1 Vulteji, Althusii: vgl. H. VULTEJUS, *Jurisprudentiae Romanae a Justiniano compositae libri duo*, Marburg 1590 u. ö; J. ALTHUSIUS, *Dicaeologicae libri tres*, Herborn 1617. 10 scripserit: Boineburg an Conring, 15. Januar 1670 (GRUBER, *Commenc. Epist. Leibn.*, S. 1277 f.). 13 f. *De . . . 56 fol.*: M. FLACIUS ILLYRICUS, *Consultationes inter M. Flacium Illyricum et amicos de conscribenda accurata et erudita historia ecclesiae Christianae necnon Collectanea ad hoc propositum (i. e. Centurias, ut dicunt, Magdeburgenses) facta* (WOLFBENBÜTTEL, *Herzog August Bibliothek*, Codex Guelerbytanus, 11.20, Augsteus 2° N. 2141). 15 Majestas . . . anonymi: D. GRASWINCKEL, *Dissertatio de jure praecedentiae inter Serenissimam Venetam Rempubl. et Sereniss. Sabaudiae Ducem; opposita dissertationi jussu Sereniss. Sabaudiae Ducis evulgatae*, Leiden 1644. 24 S. VIGOR, *Assertio fidei catholicae ex quatuor prioribus conciliis oeconomicis et aliis synodis celebratis intra tempora quatuor praedictorum conciliarum*, Paris 1618 in 8° (*Opera omnia*, Bd 3, Paris 1683).

Bibliotheca (in qua magnus ille Princeps etiam ultra fata vivit) attineri. Eum recuperare optat; sin minus, videre saltem rursus in exigui temporis usum. Idque per Te effici et sperat, et petit. Addit, si quid sit ad se destinandum, mitti Ampl^{mo} Wittio Hannoveram posse.

Caeterum Lampadianas Tuas curas in publico videre ardentissime desiderat, et quis non
 5 cum ipso? Quanquam enim sciat Tibi propositum fuisse, exitum novissimorum Comitiorum expectare; credit tamen eam rationem morari diutius fructum communem non debere. Pleraque conclusa etiam ante Recessum conditum nota, Capitulationis negotium jam prope perfectum,
 33 Securitatis publicae affectum esse, et quod restet totam hypothesis non mutaturum, sed ||
 10 appendicis instar una cum ipso Recessu jam perfecto annexi posse. Idem et ego opto, in ordinandis juris publici regulis mihi magno lumini futurum. Iterum Vale.

Nobiliss^o, Ampl^{mo}, et cum Consultissimae Experientiae tum summae celebritatis Viro, Dn.
 Hermanno Conringio, Regio ac Ducali Consiliario, Prof. publ. Fautori Magno. Helmstädt.

16. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ

Helmstedt, 10./20. Februar 1670. [15.20.]

15

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 171, Bl. 6–9. 2 Bog. 4°. 6 $\frac{1}{4}$ S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
 k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 4, S. 439–446. 4 Bl. 4°.
 7 $\frac{3}{4}$ S. (Kriegsverlust.)
 20 E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 163–167 (nach K).
 E² II, 1 (1926) N. 16 (nach K).

Unser Brief antwortet auf N. 15 und wird beantwortet durch N. 20. Es handelt sich um einen Beischluß zu Conring an Witte, 22. Februar 1670 (vgl. GRUBER, *Commec. Epist. Leibn.*, S. 1283–1285); vgl. des weiteren hierzu Boineburg an Conring, 23. Januar 1670 (S. 1279 f.) und 22. April 1670 (S. 1285–1288).

:33 25 || Nobilissime Ampl. et Consultissime Vir.

Optime profecto Perillustris Boineburgius de me est meritus, conciliata mihi benevolentia Tua. Ut enim amo viros doctos et amantes studiososque veri, ita ab iis amari in magna felicitatis

2 rursum *l* 2 Id per *l* 4 curas Tuas *l*

4–9 Conring arbeitete an einer annotierten Lampadius-Ausgabe, die u.d.T. *De republica Romano-Germanica liber unus. Auctore Jacobo Lampadio JC. cum annotatis Hermanni Conringii* 1671 in Helmstedt erschienen ist.

parte colloco. Illius vero ordinis esse te, et jam tum ante acceperam, et ex literis, eruditionem pariter favoremque tuum eloquentibus, nunc ad amussim intelligo. Cum primis sane me delectat, quod Juris doctrinam, quae sane utilissima est humanae vitae, in justam artem redigere allabores: id quod tentavere hactenus pauci, praestitit quod sciam nemo. Quod meam in id operam advocare volueris, id amori quidem tuo facile ignosco; consilium tamen non possum 5 non improbare, quoniam agnosco vires ingenii tantae rei neutiquam suppare. Ut proinde omnino alius tibi adjutor, si quo egeas, fuerit adeundus: egere autem Te tali aliquo, haud videtur, spectata vel illa eruditione tua quam literae exprimunt. Nec tamen ego saltim hactenus tuo desiderio defuerim, ut paucis meam sententiam tuae aestimationi submittam.

Quod Prudentiam igitur δικαστικὴν (nisi enim fallor, haec tibi praecipue animo est) 10 attinet, est illa non uniusmodi sed alia universalis, alia singularis. Perinde atque ars omnis, omnisque prudentiae cuiuslibet species. Enimvero quae circa universalia occupatur sive ars sive prudentia, quodammodo scientiae est instar, neque ad singularia sese dimittit: eoque plurimum differt ab artibus jam in actu rerum occupatis, aut prudentia quavis jam pragmatica. Hanc Prudentiam judiciariam, adeoque scientiam judicandi respondendique de jure (quod reapse 15 idem est) communem sive universalem, nescio num quis apta methodo docuerit. Huc facientia tamen passim multa reperire est: ut proin non multum forte difficile fuerit omnem illam doctrinam in unum cogere. Et vero videtur exiguo id omne libello posse effici. Dixi ego breviter, de illa quid sentiam, cap. 3 libri *de Civ. Prud.* pag. 33. De jure naturae aut positivo aliquo civili agere, non est illius loci. Etsi enim in nullo judicio probe sese habente non sit 20 judicandum secundum utriusque illius juris normam; videtur tamen huic quidem doctrinæ δικαστικῆ satis esse, si doceatur in genere, hoc aut illud agendum esse, idque pro usu reipublicae cuiusvis. Cujusvis inquam; non solius optimae et omnibus numeris rectae, sed cuiuslibet etiam alterius ab illo perfecto gradu multum licet deflexae, imo omnium etiam pessimae: || quae legibus atque institutis non possunt non plurimum inter sese dissidere. Hanc 25 universalem δικαστικὴν, si singulatim docueris, rem profecto praestiteris utilem pariter publico et privatim aeternae laudi. 34

Ab hac vero longo intervallo dissidet Judiciaria prudentia singularis. Est enim haec non una sed pro diversa ratione singularum rerum publicarum alia atque alia; ideoque multiplex, imo tantum non infinita numero, ut res publicae quoque singulares fere sunt innumerae. Enimvero 30 requiritur quidem in judice aut Jurisconsulto ejusmodi pragmatico etiam illa scientia quam diximus judiciaria, neutiquam vero illam absolvit, sed juxta alia in ipso necessum est adesse peritiam omnis illius juris privati quod in singulari isthac republica obtinet, sive naturalis sive positivi, sive scripti sive consuetudinarii. Quod obtinet inquam: secundum enim hoc solum

8 spectata (1) saltim (2) vel *K* 22 aut illud *erg. K*

19 H. CONRING, *De civili prudentia liber unus*, Helmstedt 1662, cap. 3, S. 33.

et in foro est judicandum, et a Jurisconsulto respondendum. Nec enim Romanum aut quod aliud in singularis reipublicae usum sive conditum sive assumptum jus, semper et ubivis obtinet. Ne quidem Naturale jus in omni republica obtinet. Imo usus formae etiam cuiuslibet τῆς πολιτείας aliud atque aliud exigit δίκαιον: nec fieri potest, ut universa Naturalis juris praeepta in 5 omni sariantur reipublicae specie, sed imperat commodum publicum cuiuslibet status, connivere ad quam multa Naturali juri adversa, quaedam rerumpublicarum formae per mere bonas artes nec regi nec conservari possunt, ac proinde exigunt etiam multa iniqua, non vero solum permittunt. Quo tamen respublike sunt meliores eo plus observant Naturalis juris. Sola illa species quae omnibus est numeris perfecta etiam Naturae jus omne strictim colit. Verum 10 nusquam reperitur, nec fortassis unquam reperietur: nostrae certe omnes ab illo gradu absunt per quam multum. Dixi porro, ad hanc judiciariam prudentiam opus esse juris ejus quod obtinet peritiam. Enimvero ultra nudam peritiam non arbitror in judge qua tali, aut Jurisconsulto Practico, quidquam postulari. Satis nimurum esse, si teneat constituti juris mentem: utilitatem aut noxam ut sciat non est necessum; etsi Politico viro et qui architectum agit reipublicae nihil 15 ejus fas sit ignorare. Eapropter nec aliam notitiam Naturalis Juris Judex aliquis aut foro inserviens Jurisconsultus opus est ut sibi comparet: integra Juris illius Philosophia magno quidem ipsi est ornamento non tamen usui.

Cum vero haec forensis peritia juris constituti varia sit pro varietate rerumpublicarum, 20 indubie non propositum tibi est, nisi unius alicujus singularis reipublicae, et quidem fortassis solius Germaniae nostrae (quae tamen ipsa multos quasi complectitur per quam diversos status, adeoque et diversa jura) leges in fori usum digerere. Fieri hoc posse paucis, imo debere id paucis fieri, omnino tecum consentio. Jamque tum hanc sententiam meam non semel publice sum professus. Quin etiam ipse forte legeris quae disserui 1. *de orig. Juris Germ.* pag. 243. 25 Quoniam porro Imperii nostri Germanici respublica habet quidem et suum τὸ ἄδικον: in quam multis tamen imo in plaeisque sectatur id quod est rectum, hinc juris naturalis notitia || magno poterit huic scopo esse usui. Observandum tamen arbitror, cum legis cuiuslibet officium primarium sit vel jubere vel vetare: minus proprium autem permittere; itaque maxime attendenda esse illa Naturalis juris sive mandata sive vetita, horum autem numerum esse exiguum: quod reliquum autem apud nos est juris Germanici civilis illud mere esse positivum, adeoque 30 sola utilitate aestimandum, et respectu naturalis juris hactenus duntaxat justum quia non est injustum; esse denique horum numerum altero longe majorem. Omnino vero etiam tecum facio, posse hunc laborem multum compendifieri, si leges non de singulis rebus scribantur, sed generales quasi regulae constituantur, perinde ut in artium methodis fieri solet a praeclaris magistris. Sunt scilicet res singulares tantum non infinitae: itaque nec legum numerus ita

9 omne erg. K 20 solius erg. K 20 ipsa (1) multis quasi auctatur (2) multos K 24 τὸ erg. K
24 f. in (1) quantum (2) quam multis K 31 esse (1) (praecipue) (2) denique K

23 H. CONRING, *De origine juris Germanici commentarius historicus*, Helmstedt 1643, S. 243.

ampliandus. Per generales autem regulas, si recte sese habeant, quamplurima possunt definiri. Quam interpretandi Romani Juris Digestorum rationem apud nos summo cum commodo instituit Joannes Eichelius noster, comparata sibi exacta juris etiam Philosophia aut vera scientia.

Perquam postremo placet, quod ipsam quoque accuratam Naturalis Juris scientiam docere, 5 consilium ceperis. Et vero longe praestantissima est haec Philosophia, a nemine tamen hactenus pro dignitate satis exculta. Qui sane hoc in genere fecerunt pretium operae, illorum plaeisque non seorsim, ceu par erat, hoc egere; sed obiter, inter quaestiones civilis Romani aut Canonici juris: quod videmus factitasse et Juris civilis interpretes, et Casuistas Theologos quos appellamus. Primus Grotius separavit hanc doctrinam et digessit in singulare corpus. Quem secutus 10 est Pufendorfius, forte et Hobbius. In omnibus autem juxta mecum desideraveris, quod non ἀποδεικτικῶς suas sententias probaverint, contenti ἐνδοξα proposuisse et λογικῶς; quum vera scientia tamen non nisi demonstrationibus comparetur. Quod ab illis factum, non adeo multum miror; cum ab ipsomet Aristotele hac in re fuerit peccatum, non quidem imperitia Apodicticae artis, principiorum tamen moralium ignorantia quadam. Si tanti videbitur, poteris 15 querelas meas hac super re effusas, discere ex epistola ad S. Rachelium illa quae Operis Epistolici est sexagesima prima. Nescio, an non et qui hodie manum huic operi hactenus admoverunt, in principiorum, ex quibus formandae demonstrationes fuerint, justa cognitione multum aberraverint. Vereor quoque ut satis fuerint periti artis Apodicticae. Si non nihil otii a negotiis impetravero, singularibus libellis agam utrumque. Malim tamen illam operam tibi 20 relinquere, et aliis οῖς γόνυ χλωρόν. Et vero laudo observatum abs te, quod inter principia illa omnino admitti debeat cum immortalitas humanae animae, tum providentia divina judiciumque bene et male gestorum. Etsi haud dixerim tecum, sufficere morali scientiae, probabiles tantum et possibiles hasce assertiones agnoscisse. Nec enim scientia certa parari potest nisi ex principiis saltim aequae certis imo notioribus. Sed et esse in promptu veras et immobiles 25 demonstrationes assertionum illarum, equidem nullus dubito. ||

Forte addendum aliquid adhuc est, et de Juris publici scientia quid existimem. Illius universalem scientiam esse eandem cum Philosophia civili, ostendi nisi fallor in libro *de Civili prudentia* alibique sic satis. Jura publica singulare sunt numero aequae infinita pene, atque sunt respublike singulares. Non arbitror omnium illorum doctrinam uno volumine a quoquam 30 comprehendi posse. Certe horum notitia, ab universali quam modo dixi scientia Juris publici toto differt coelo. Ad notitiam juris publici Germanici (quod videris Juris publici voce intel-

36

³ Eichelius noster: J. EICHEL VON RAUTENKRON, *Commentaria in Tit. ff. de diversis regulis juris antiqui*, Helmstedt 1652 u.ö. ¹⁶ epistola ad S. Rachelium: *Epistola ad S. Rachelium, praefixa commentariis Graecorum interpretum in Ethica Nicomachia* (1662), in H. CONRING, *Epistolae hactenus sparsim editae, nunc uno volumine comprehensae*, Helmstedt 1666 (H. CONRING, *Opera*, Bd 6, Braunschweig 1730, ep. XXXVII, S. 407–411). ²¹ οῖς γόνυ χλωρόν: THEOKRIT, *Idyllen*, XIV, 70.

lexisse) neutiquam pertinet Rerum publicarum, sed unius nostrae hujus reipublicae cognitio. Hanc qui tenet sufficit: etsi ad res gerendas omnino requiratur notitia quoque rerumpublicarum illarum quibuscum nobis aliquid negotii intercedit, si non exacta inquantum tamen usus postulat qui alias est atque alias. Fateor vero, desiderare me plenam methodum cognoscendi singularem quamque rempublicam: ejusque ignorantiam conjunctam esse cum infinitis reipublicae regendae erroribus. Cui malo paro jam remedium singulari libello. Ut in compendium redigatur totum nostrum Jus publicum, recte observas ad solas leges scriptas non esse respiciendum: pleraque sane constant jure consuetudinario, cuius notitia aliunde accipienda est. In ordinem omnia talia concinnum redigere, non multum difficile fuerit illi qui civili 10 scientia universalis est instructus.

Sed quid Te, Nobilissime Domine, hisce meis moror? Quin potius Tu perge, ceu coepisti, felici pede progredi, in hoc campo, adscito in consilium illo, quem mihi laudas et vicissim abs me salutari peto, Lassero V. Ampliss. ut obtineat nempe etiam hic illud vetus: σύν τε δύο ἐρχομένων. Opto sane praeclaris illis conatibus felices successus, et otium valetudinemque illis 15 expediendis idoneum. Ita voveo, ita Deum veneror,

Nobiliss. et Ampliss. nominis tui studiosissimus

H. Conringius.

Helmstadii raptim, eodem quo tuae redditae die 10/20 Febr. 1670.

Nobilissimo Ampliss. et Consult^{mo} D. Gotfrido Wilhelmo Leibnizio JC^{to} Consiliario Moguntino Electorali Domino et Amico meo honorando.

20 16a. LEIBNIZ AN GOTTLIEB SPITZEL

10./20. Februar 1670. [19a.]

Überlieferung:

L Abfertigung: AUGSBURG, Staatsbibliothek, Cod. Aug. 2°, 408, Nr. 296, Bl. 415–416.
1 Bog. 2°. 4 S. (Vorlage für unseren Teildruck.)

25 E¹ BRUCKER, *Miscellanea*, 2, 1748, S. 276–280.

E² I, 1 (1923) N. 42.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 5, 1768, S. 344–346.

Aus der vollständig in Reihe I abgedruckten Korrespondenz mit Spitzel bringen wir zwei Briefe von 30 Leibniz aus dem Jahr 1670 partiell erneut zum Abdruck, in denen es um die Verteidigung des Christentums gegen den Atheismus und um eine enzyklopädisch angelegte Sammlung der wesentlichen Beiträge zur Wissenschaftsgeschichte geht. Unser Brief war Beischluß zu N. 16b und wurde am 25. Februar wiederum als Beischluß von

13 illud vetus: HOMER, *Ilias*, X, 224.

Phil. Jacob Spener in seinem Brief an Spitzel weitergeleitet (AUGSBURG, Staatsbibliothek, Cod. Aug. 2°, 409, Nr. 342); vgl. auch Leibniz an Spener (I, 1 N. 43, S. 87). Er antwortet auf Spitzel an Leibniz, Januar 1670 (I, 1 N. 41). Eine Antwort ist nicht belegt.

[...] Ad monstrum Atheismi debellandum, utinam quicquid eruditorum est vires conjungeret, nec pateretur serpere latius etiam inter ipsos hoc malum, a quo nihil praeter Anarchiam universalem atque eversionem Societatis humanae expectari potest. Cl^{mus} Conringius pec. tr. promisit *de veritate religionis Christianae* solito accuratius stabienda, emendandisque illis quae in Grotii libello ejusdem argumenti et ipso, et Episcopio dudum monentibus, desiderari possunt. Vidi nuper Gerardi van der Meulen librum *de veritate Religionis Christianae Reformatae*, cuius priora in Christianismo firmando, reliqua in Religione, quam Reformatam vocant, defendenda consumuntur; sunt tamen, quibus pretium operae magnum fecisse non videtur. In Anglia prodiisse accepi *Apologiam generis humani adversus accusationem Atheismi*, cuius autor Fabricius, tueri dicitur: nullam unquam uspiam gentem prorsus ἀθεού extitisse, quod et ego verissimum judico.

Cum vero operae sit latissime fusae, solide atque accurate elidere, quicquid religioni Christianae objici potest, praesertim cum ea res gravissimos quosque Theologiae Exegeticae, historicae, scholasticae ac polemicae nodos contineat; rationis est compendia sectari, donec sit qui justo opere tantam molem debellat. Id est praedemonstrari accurate debet religionis naturalis veritas, nimurum Existentia Entis Potentissimi et Sapientissimi, id est Dei, animaeque praetera nostrae inmortalitas. His confectis, cum rationi congruum sit Deum aliquam mortibus veram religionem aperuisse, nec caeterarum ulla cum Christianae rationalitate comparari possit, compendiosior erit ad victoriam via. Quanquam, ne quid hostium a tergo relinquatur, optem exoriri aliquando, qui omnigenae eruditionis, historiaeque ac linguarum, tum philosophiae quoque subsidiis instructus, illustrata omni Christianae religionis harmonia ac pulchritudine, discussisque objectionum innumerabilium, contra dogmata, textum, historiam, nebulis, plenam sine exceptione victoriam reportet. Cui operi utinam tantum Tibi temporis, quantum virium esset! [...]

13 Fabricius *erg. L*

18 religionis (1) christiana (2) naturalis *L*

21 nec (1) caeterum (2)

caeterarum *L*

7–9 pec. tr. . . . *Christianae*: Ein Traktat dieses Titels ist nicht nachgewiesen. Eine Ausgabe von H. GROTIUS, *De veritate religionis Christianae* (1627 u.ö.) mit ausführlichen Anmerkungen von Conrings Hand gab Joh. Chr. Köcher 1727 heraus (ebenfalls in H. CONRING, *Opera*, Braunschweig 1730, Bd 5, S. 1–105).
8 Episcopio: nicht nachgewiesen.

16b. LEIBNIZ AN PHILIPP JAKOB SPENER

Mainz, 10./20. Februar 1670. [33a.]

Überlieferung:E¹ GEDICKE, *Epist. inedit.*, 1752, S. 4–5.5 E² I, 1 (1923) N. 43.**Übersetzungen:**

1. H. LEHMANN, *Neue Einblicke in d. Entstehungsgesch. d. Leibnizschen Philos.* in Zeitschr. f. Philos. u. philos. Kritik, Bd 162, 1917, S. 23–24. – 2. H. LEHMANN, *Dokumente des Verkehrs zw. Spener u. Leibniz*, in Zeitschr. f. Brudergesch., 1917, S. 34–35.

10 Aus der vollständig in Reihe I abgedruckten Korrespondenz mit Spener bringen wir nur zwei Briefe von Leibniz im Teildruck, die sich mit Leibniz' Nizolius-Edition (unser Brief) und mit Fragen der juristisch-philosophischen Methode (N. 33a) befassen. Leibniz dankt mit unserem Brief Spener für ein Schreiben wohl vom Januar 1670, dem Spener einen Brief Spitzels (I, 1 N. 41) beifügte. Leibniz legt sein Dankesschreiben an Spitzer (I, 1 N. 42) unserem Brief bei. Eine direkte Antwort Speners, über den der Briefwechsel zwischen Leibniz und 15 Spitzer weitgehend lief, ist nicht überliefert.

[. . .] Suasu III^{mi} Boineburgii (qui Te amice salutat) dedi nuper Bibliopolae vestrati Nizolii libellum *de veris principiis et vera ratione philosophandi* recudendum, praemissa satis prolixa praefatione *de optima philosophi dictione* a barbarie, a tropis, ab inutili terminorum ultra modum coacervatione libera, sine qua nihil accurate demonstrari, nihil clare proponi potest. Credo in eo esse, ut absolvat. Quanquam autem Nizolius id ex professo agat, ut Scholasticos denigret, mihi tamen nimis acris nonnunquam visus est, tentavique rigorem illum notulis quibusdam marginalibus mollire. Addidi epistolam ad doctissimum quemdam virum aliquando a me scriptam *de Aristotele recentioribus* (id est Gassendo, Chartesio, Hobbio, Digbio aliisque id genus philosophiae restauratoribus) *reconciliabili*. Qui Syncretismus mihi et 25 rectior theologico et tutior videtur. Sententiam Tuam coram audire desidero. Vale.

16 Bibliopolae: d.i. Hermann vom Sande, Buchhändler und Verleger in Frankfurt. 17 M. NIZOLIUS, *De veris principiis et vera ratione philosophandi contra pseudophilosophos libri quatuor*, Parma 1533; hrsg. v. G. W. Leibniz, Frankfurt 1670 u. 1674 (VI, 2 N. 54). Die Ausgabe erschien zur Ostermesse 1670; vgl. N. 30. 22–25 epistolam: Neben der sehr ausführlichen *Dissertatio praeliminaris* hat Leibniz seiner Nizolius-Neuausgabe je einen Brief an (vgl. N. 11) und von Jakob Thomasius, den *vir doctissimus* (N. 14), vorangestellt, vgl. VI, 2 N. 54, S. 433–444. Den Brief an Thomasius hat Leibniz gegenüber der Abfertigung (N. 11) leicht geändert und gekürzt wiedergegeben. Zur Nizolius-Edition insgesamt vgl. VI, 2 N. 54, S. 398 (Erl.).

17. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Frankfurt, 6./16. April 1670. [14.29.]

Überlieferung:*E¹* STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 68 u. 70 (Teildruck).*E²* KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 52–54. (Unsere Druckvorlage.)*E³* II, 1 (1926) N. 17 (nach *E²*).

5

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 29–30. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875,
S. 31.

Übersetzungen:

10

1. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 22. – 2. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993,
S. 245–246.

Unser Brief antwortet auf N. 14.

|| Literae tuae tempestive ad me delatae sunt. Cum enim in eo esset, ut ederetur Nizolius, opportune accidit, ut nonnulla circa ejus Calcagnini et Grifoli lites a te docerer: quae et ex literis tuis excerptorum titulo, libello addidi. Si quid in praefatione mea displicet, aut liberius dictum videtur, id ut moneas, atque emendes, etiam atque etiam rogo. Addidi et epistolam, quam ad te, de Aristotele recentioribus conciliabili scripseram, immutatis nonnullis, ut res || ferebat; te tamen non nominato, quemadmodum nec meum nomen alicubi adscriptum est. Henrici Horbii *historia Origeniana* Francofurti edita est, ab eodem promittitur *historia Manichaeorum*, et *Unitariorum, seu Antitrinitariorum*. In Belgio Isaacus Vossius novam editionem Laertii, tum Catulli, Tibulli, Propertii molitur. Octavius Ferrarius scripsit contra Rubenium (qui de lato clavo aliquid ediderat), aliasque *rei suae vestiariae* impugnatores. Prodiit et liber Chimentelli *de sellis*. Joh. Webbe, eques Anglus, scripto Anglo tueri conatus est, linguam Sinicam esse primitivam. Et quid mirum, postquam Georg. Stierhelm orbi persuadere conatur, 25

:36

37

17 f. epistolam: N. 11, nur leicht verändert in die Nizolius-Vorrede aufgenommen (VI, 2 N. 54, S. 433–444). 20 J. H. HORB, *Historia Origeniana*, Frankfurt 1670. 21 *historia . . . Antitrinitariorum*: Die beiden für 1670 bzw. 1671 angekündigten Werke *Historia Manichaeorum* bzw. *Historia Unitariorum* sind nicht erschienen. 21 novam editionem: Diese Edition ist ebensowenig nachgewiesen wie Ausgaben des Tibull und Properz durch I. Vossius. Eine von ihm besorgte Catull-Ausgabe erschien London 1684. 22 Ferrarius scripsit: O. FERRARI, *De re vestiaria libri septem*, 2 Tle, Padua 1654; *Analecta de re vestiaria sive exercitationes ad Alberti Rubenii Commentarium de re vestiaria et lato clavo*, 2 Tle, Padua 1670. 22 f. Rubenium . . . ediderat: A. RUBENS, *De re vestiaria veterum, praecipue de lato clavo libri duo, et alia ejusdem opuscula postuma*, Antwerpen 1665. 23 f. liber: wohl gemeint V. CHIMENTELLI, *Marmor Pisanum de honore Bissellii. Parergon inseritur de veterum sellis, synopsis appenditur de re eonatica antiquorum, quam brevi spondet*, Bologna 1666. 24 f. Joh. . . primitivam: J. WEBB, *An historical essay endeavoring a probability that the language of the empire of China is the primitive language*, London 1669. 25–S. 58.1 Georg. . . priorem: G. O. STIERNHIELM, *Magog arameo-gothicus*, Upsala um 1643.

linguam Suecicam, cui Scythicam veterem eandem facit, esse Hebreia priorem. De Gronovii in Tacitum curis quaedam expectantur. Graevium Ciceroni novam operam impendere audio. Cl. Bosius de Reinesianis edendis spem facit: Quid tibi de Barthianis reliquiis, certe non minus aestimandis constat? Cl. Boeclerus inter cetera in eo est, ut Aeneae Sylvii vitam Friderici III. ex 5 MS^{lo} edat; in eo sum, ut copiam ei procurem, alterius MS^{ti} ejusdem libri. Velle scire, si quod forte eximum MS^{tum} qualemque Lipsiae latet: fateor enim, me, etsi Lipsiensem, haec ignorare: Robertus Keuchenius, is qui Cornelium Nepotem, aliasque veteres edidit, nescio quo infortunio, patria Batavia extorris, huc illuc vagabundus discurrit, seque etiam deridendum nonnunquam propinat. Quidam Sandius, homo Arianus libellum *de scriptoribus ecclesiasticis* 10 sane eruditum edidit, qui fallere incautos possit. Francof. 6/16 April. 1670.

18. LEIBNIZ AN JOHANN GEORG GRAEVIVS

Frankfurt, 6./16. April 1670. [44a.]

Überlieferung:

- 15 L Abfertigung: KOPENHAGEN, Kongelige Bibliotek, Thott 4° 1263 N° 102. 1 Bog. 4°. 2 S.
 E¹ II, 1 (1926) N. 18.
 E² I, 1 (1923) N. 44.

1 f. De Gronovii . . . expectantur: wohl gemeint die Tacitus-Edition (Amsterdam 1672) von Jakob Gronovius, der Vorarbeiten seines Vaters Johann Friedrich Gronovius mit verwertet haben darfte. 2 Graevium . . . audio: Graevius gab in späteren Jahren eine Reihe von Cicero-Editionen heraus, so *De officiis libri tres*, Amsterdam 1688, *Orationes*, 6 Tle in 3 Bdn, Amsterdam 1695–1699. 3–5 Bosius . . . libri: vgl. Leibniz an Bose, 19. April 1670 (I, 1 N. 46). 3 de Reinesianis edendis: Th. REINESIUS, *Epistolae ad Cl. V. Christianum Daumium: in quibus de variis scriptoribus disseritur . . . Accedunt alii ejusdem, et ipsius Daumii epistolae ad Reinesium*, hrsg. v. J. A. Bose, Amsterdam 1670. 3 de Barthianis reliquiis: Thomasius bereitete eine Ausgabe der Briefe des Plinius unter Benutzung handschriftlicher Vorarbeiten Barths vor: PLINIUS D. J., *Epistolae ex recensione M. Jacobi Thomasii: Qui multis inter se comparatis editionibus textum emendavit, variorum partim integras, partim excerptas notas, et in his hactenus ineditas Casp. Barthii digessit*, Halle u. Leipzig 1675. 4 f. Cl. Boeclerus . . . edat: AE. S. PICCOLOMINI, *Historia rerum Friderici tertii imperatoris ex Mscto optimae notae, nunc primum edita, cum specimine annotationum Jo. Henrici Boecleri in eandem*, hrsg. v. J. G. Kulpis, 5 Tle, Straßburg 1685. 5 alterius MS^{ti} ejusdem libri: nicht ermittelt. 7 Robertus . . . edidit: Robert Keuchen gab neben dem Cornelius Nepos (Leiden 1658 u.ö.) noch die Werke des Sextus Julius Frontinus (Amsterdam 1661) und von Quintus Serenus Sammonicus die Schrift *De medicina paecepta saluberrima* (Amsterdam 1662) heraus. 9 de scriptoribus: CHR. SAND, *Nucleus historiae ecclesiasticae, exhibitus in historia Arianorum, cui praefixus est Tractatus de veteribus scriptoribus ecclesiasticis*, Amsterdam 1669.

Leibniz wird veranlaßt, Kontakt zum Utrechter Professor für Rhetorik Johann Georg Graevius aufzunehmen, nachdem ihn Johann Heinrich Horb über dessen positive Reaktion auf seine Gedanken zur Reform der Jurisprudenz informiert hat. Beigeschlossen waren zwei Briefe für Lambert van Velthuysen (N. 19) und Johann van Diemberbroeck (nicht gefunden). Der holländische Buchhändler van Aaken hat die Briefe nach Utrecht transportiert (siehe I, 1 N. 71, S. 123). Der »statim« geschriebene Antwortbrief von Graevius, dem ein Brief von Velthuysens an Leibniz beigeschlossen war, erreichte Leibniz offensichtlich nicht, wie aus einem späteren Brief von Graevius hervorgeht. (I, 1 N. 82, S. 141.16). Den verlorengegangenen Velthuysen-Brief ließ Graevius Leibniz in Form einer Abschrift des noch vorhandenen Briefkonzepts Velthuysens erneut zukommen (N. 21).

|| Illustris et Amplissime Domine.

:37

Cum non ita pridem ad doctissimum virum Joh. Henr. Horbium de cogitatis quibusdam 10 meis ad jurisprudentiam pertinentibus nonnulla perscrispissem, atque is Tibi ea, nescio quam consulta rerum mearum fiducia, fortasse monstrasset; supra spem meam evenit, quod scripsit, Tibi nimirum neque ingrata fuisse, neque prorsus contemnenda visa esse. Hoc ego nuncio accepto nihil differendam putavi grati animi significationem, ac nisi Tu aliter judicas, satis 15 etiam excusatam hanc scribendi audaciam puto.

Quod ad rem ipsam attinet, animus est Ampl^{mo} Lassero Consiliario Moguntino mihiique, tentare quoisque in Jurisprudentia Rationali profici possit, ita tamen ut nihil conjecturarum immisceatur. Hoc igitur velut exploratum sumsimus, certas quasdam haberi posse atque habendas esse Juris naturalis demonstrationes, quibus stetur, quotiescumque manifesta non est facta legibus mutatio. Has autem demonstrationes non erravero si dixerim hactenus || nusquam 20 38 haberi. Evidem data est a me diligenter opera, ut legerem, quicquid fere ab excitatioribus ingenii in hoc argumento scriptum est.

Apud Grotium, cui quidem summae doctrinae atque omnigenae lectionis laudem nemo sanus adimat, paucissima ex veris certa redditia sunt, falsa vero prorsus et multa et magna. Et deprehendi, amore quodam libertatis, captata ab JC^{tis} Romanis, aequitatis quadam specie, 25 dissentiendo occasione, saepe intima naturalis Jurisprudentiae adyta turbata esse, ut cum juris realis personalisque discrimen, quantum in se erat, effectu sustulit, cum pacta nuda naturali jure actionem parere posuit, cum contractuum bonae fidei et stricti juris differentias subvertit, quae tamen a JC^{tis} Romanis summa ratione recepta, a Francisco Connano aliisque rectissime defensa sunt. Utinam vero Thomas Hobbes subtilitate sua pene divina in durissimas sententias abusus 30 non esset! Poteramus magna laboris parte levari, sed dum ille mira calliditate simul omnia et dat et adimit Reipublicae, et nulla vitae sequentis cura, licentiam, si apud homines latere speres, quidvis agendi relinquit, abstinentendum fuit nobis a sententiis in sola Nusquamia Atheorum

29 ratione (1) defensa (2) recepta L

11 perscrispissem: Leibniz an Horb, nicht gefunden. 12 f. scripsit: Horb an Leibniz, nicht gefunden.
29 Connano: CONNANUS (Fr. de Connan), *Commentariorum juris civilis libri X*, 2 Bde, Basel 1557.

valituris. *De Sharrokii Officiis, de Pallavicini Bono, de Thomae Angli Statera, de Ivonis Parisini Jure naturali, de Caramuelis meditationibus ut ipse vocat audacibus, dicere hujus loci non est, nisi hoc unum, nullum eorum ejus quod justum est, scientiam condidisse aut etiam mediocriter adumbrasse.*

5 Ita nobis ipsa primum Elementa constituendi difficillimus labor relictus est, spero tamen effecturos nos, si ita Deo visum erit, quod animo concepimus, ut Elementorum ejusmodi propositio nulla, indemonstrata assumatur, demonstrationes autem omnes perpetua quadam atque inviolabili Soritarum Catena firmatae, non animum magis quam oculos convincant. Porro quae est Juris Romani ad Naturale ratio, ea juris localis ad Romanum, quando plerumque 10 receptum est ut statutis tacentibus juri Romano stetur. Pariter igitur illud inter prima artis judicandi fundamenta ponendum est: quotiescumque lex Reipublicae de qua quaeritur quaestio 15 nent propositam diserte non definit, toties quasi nulla lege extante recurrentum esse ad indubitabilem normam juris naturalis, quod consultorem suum nunquam sine responso dimittit. Juris Romani autem pars multo maxima prorsus naturalis est. Reliqua quae arbitraria sunt, tametsi verbis multiplicata, sensu ac vi ipsa non ita vasta atque immania sunt, ut videntur. Pleraque enim leges, etiam quae praeter naturalem rationem aliquid continent, corollaria sunt potius juris constituti, quam constitutrices novi. Adeo ut res in arctum satis compingi posse videatur, si brevi quadam tabula ea omnia exhibeantur, quae neque ex naturali ratione, neque alia lege pendent. Haec enim pauca et solvendis omnibus quaestionibus, et reddendis omnium 20 legum rationibus, addito naturali jure, sunt suffectura. Ex his derivare, in haec digerere leges Romanas universas, id vero est, quod nos potissimum agitare profitemur.

39 || Atque haec de Consilio nostro, cui ut faveas, Vir magne, si meretur, ut fautores, ut adjumenta suppeditare ne negligas, etiam atque etiam rogo. Si quid vicissim jubes, quod in mea potestate est, factum puta.

25 Profundiores Literas pudendum per Germaniam frigus occupavit. Intellexi tamen Reinesianorum postumorum editionem in se recepisse Cl^{mum} Bosium, ac praeter *inscriptiones*, ejus additiones ad Vossium *de Historicis Graecis*, Onomasticon inscriptionum, Collectanea de glossis seu verbis peregrinis, observationum in scriptoribus sacris ac profanis ac speciatim

16 aliquid (1) constituere (2) continent *L*

1 R. SHARROCK, Ὑπόθεσις ἡθική *de officiis secundum naturae jus*, Oxford 1660 u.ö. 1 S.
 PALLAVICINO, *Del bene libri quatuor*, Rom 1644; lat. Übers.: *Philosophia moralis P. I. seu de bono libri quatuor*, Köln 1646. 1 THOMAS ANGLUS, *Institutionum ethicarum, sive staterae morum . . . tomii duo*, London 1660.
 2 IVO PARISINUS, *Jus naturale rebus creatis a Deo constitutum*, Paris 1658. 2 meditationibus: wohl gemeint
 J. CARAMUEL Y LOBKOWITZ, *Praecursor logicus complectens grammaticam audacem*, 2 Tle, Frankfurt
 1654–1655. 25 f. Intellexi . . . Bosium: vgl. Leibniz an Bose, 5. Oktober 1669 (I, 1 N. 36).
 26 *inscriptiones*: TH. REINESIUS, *Syntagma inscriptionum antiquarum, cum primis Romae veteris, quarum
 omissa est recensio in . . . J. Gruteri opere, cuius isthuc dici possit Supplementum, Opus posthumum*, Leipzig u.
 Frankfurt 1682. 27 additiones: G. J. VOSSIUS, *De historicis graecis libri quatuor*, Leiden 1624; 2. verb. u.
 erw. Aufl. 1651. Reinesius' Zusätze hierzu sind nicht ermittelt.

medicis miscellanea, annotationes ad Patinum *de familiis Romanis*, Epistolarumque multas Centurias expectari. Et eduntur nunc quas ad Daumium dedit, cum nonnullorum aliorum specimine.

Josephus Bosii in eo est, ut prodeat. Nicolaus Schaten S.J. jussu principis *monumenta Paderbornensia* edidit, credo optima quaeque operis ipsi principi deberi. Balbinus S.J. *Historiam Bohemicam* Archi-Episcopi Pragensis autoritate atque auspiciis molitur, qui literis circularibus suffraganeos suos ad symbolam monumentorum conferendam hortatus est. Ericus Mauritius invenit compilationem Feudorum Antonii de Prato Veteri Goldasto et Rigaltio frustra quaesitam, Cuspiniano potissimum memoratam, quam jussu Friderici III. imperatoris Bononiensis Academiae nomine confecit. Ordo ejus plane alias est a vulgari vel etiam Haloandrina 10 aut Cujaciana Feudorum editione, multaque magni momenti, alia aliterve, quam hactenus prostant, ibi ut ajunt continentur. Sed quid ego Tibi aut notissima, aut parum digna scribo. Vale faveque,

Vir Magne	Cultori Tuo	Gottfredo Guilielmo Leibnitio
Francof.	6/16 April. 1670.	J.U.D. 15

P. S. Si rescribere dignaris, operculum literarum dirigi potest Moguntiam ad III^{mum} Bar. Boineburgum et maximis negotiis, et incredibili eruditione notissimum, qui Te magni facit, atque etiam meis verbis salvere jubet.

16 Moguntiam erg. L

1 Patinum: F. ORSINI, *Familiae Romanae quae reperiuntur in antiquis numismatibus*, Lyon 1592; hrsg. v. C. Patin, Paris 1663. 2 eduntur . . . dedit: TH. REINESIUS, *Epistolae, ad Cl. V. Christianum Daumium: In quibus de variis scriptoribus disseritur . . . Accedunt alia ejusdem, et ipsius Daumii epistolae ad Reinesium*, hrsg. v. J. A. Bose, Hamburg 1670. 4 Josephus: J. A. BOSE, *Exercitatio critica ad Flavii Josephi Periocham de Iesu Christo, quae legitur libro XIX. originum Judaicarum*, Jena 1668. 4 f. monumenta . . . edidit: Die Ausgabe der *Annales Paderbornensium* von Schaten erschien erst 1693 posthum. 5 f. *Historiam . . .* autoritate: B. BALBIN, *Vita Venerabilis Arnesti, vulgo Ernesti, primi archiepiscopi Pragensis . . . Additae sunt accuratissimae notae, quibus eorum temporum, totius[que] regni Bohemiae historia multum illustratur*, Prag 1664. 8 invenit: Das unveröffentlichte Manuskript kam nach Mauritius' Tod in den Besitz seines Neffen, des Kieler Syndikus Erich Hennings, und wurde erstmalig 1695 durch Johann Schilter in Straßburg herausgegeben. Vgl. auch VI, 2 N. 54, S. 402 f. 10 f. Haloandrina: wohl gemeint KAISER JUSTINIAN I., *Novellarum Constitutionum D. Justiniani principis quae extant et ut extant volumen. Appositi sunt item Canones sanctorum apostolorum per Clementem in unum congesti . . . Accesserunt et haec: Feudorum libri duo; Constitutiones Lotharii, Conradi, Friderichi secundi et Henrici imp., De pace Constantiae facta inter Friderichum impera. et Henricum filium*, hrsg. v. G. Haloander, Paris 1542. 11 Cujaciana: J. DE CUIAS (Cujacius), *De feudis libri V*, Köln 1588.

19. LEIBNIZ AN LAMBERT VAN VELTHUYSEN

Frankfurt, 6./16. April 1670. [21.]

Überlieferung:

- 5 *L* Abfertigung: Privatbesitz. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage für Anfang und Ende des Briefes.)
- A* Abschrift der Abfertigung: PARIS, *Bibliothèque de la Sorbonne, Collection Victor Cousin, Lettres autographes de Leibniz*, Bl. 119–121. 2 Bog. 4°. 6 S. (Unsere Druckvorlage für den mittleren Teil des Briefes.)
- 10 *E¹* GROETHUYSEN, *Trois lettres de Leibniz*, in *Revue Philosophique de la France et l'Étranger*, 98, 1924, S. 6–8 (nach A).
- E²* II, 1 (1926) N. 19 (nach *E¹*).

Mit unserem Brief wird die insgesamt nur kurze Korrespondenz zwischen Leibniz und dem Arzt und Philosophen Lambert van Velthuysen in Utrecht eröffnet. Leibniz hat diesen Brief mit zwei weiteren dem holländischen Buchhändler van Aaken zur Weitervermittlung über Graevius mitgegeben (vgl. Leibniz an Graevius, 28. Februar 1671, I, 1 N. 71). Van Velthuysen antwortet mit N. 21.

Wir drucken Briefanfang (Nobilissime . . . aestimem.) und -ende (paulo inquietoris . . . facit.) nach einem aus dem Katalog der Stuttgarter Antiquariatsmesse 1997 stammenden Teilstück des in Privatbesitz befindlichen Abfertigungen, das 1926 noch nicht vorlag, die übrigen Partien nach A.

:39

|| Nobilissime atque Amplissime Domine.

20 Miraberis literas ab ignoto, sed non et affectum; credo enim quod ego de me profiteor, idem et alios dicturos, se cum primum libros tuos inspicere datum est, protinus Tui admiratione captos esse. Vidi a Te, ita enim ajunt, *Dissertationem de principiis justi et decori Epistolicanam*, vidi *specimen Crellianarum objectionum in satisfactionem Christi refutatarum auctore L.V.* id est Te. Vidi *initia primae philosophiae*, sed et quae *de generatione ac Liene* scripsisti ac 25 praefatus es. Reliquorum nihil hactenus in manus meas pervenit, sed quae tamen ex visis aestimem. Nolo apud te tua laudando adulatoris suspicionem incurrire: illud dicere necesse est,

26 Mit aestimem endet das Faksimile des Briefanfangs.

-
- 22 L. VAN VELTHUYSEN, [anonym], *Epistolica dissertatione de principiis justi et decori, continens apologiam pro tractatu Clarissimi Thomae Hobpii de Cive*, Amsterdam 1651 (*Opera*, 1680, S. 955–1012). 23 L. VAN VELTHUYSEN, *Specimen refutationis libri Crellii de satisfactione Christi auctore L. V.*, Utrecht 1648.
 24 L. VAN VELTHUYSEN, *De initia primae philosophiae juxta fundamenta clarissimi Cartesii, tradita in ipsius Meditationibus. Nec non de Deo et mente humana*, Utrecht 1662 (*Opera*, 1680, S. 847–954). 24 L. VAN VELTHUYSEN, *Tractatus duo medico-physici, unus de Liene alter de Generatione*, Utrecht 1657 (*Opera*, 1680, S. 1201–1362).

inter paucos saeculi nostri te numerandum qui contra torrentem plebeium generoso nisu surrexerunt. Procul illi sunt, qui mutata senectute pro Aristotele nobis Cartesium substituunt, qui Gassendum, qui Hobbius, qui omnium unum, ut numen venerantur. Utinam vero meditationes publico ne invideas, quas haud dubie multas et magnas alias animo concepisti, saltem ut habeamus systema philosophematum tuorum, multo solidiore scientia nos beaturum, quam si pro parte tantum nobis felicibus esse liceat. Scintilla illa lucis, quam in re medica dedisti, utinam in flammam emicet. Tu inter paucos es, qui ei scientiae artem demonstrandi attuleris. Non potes genus humanum melius demereris, quam si institutiones medicas ex tuis hypothesisibus conscribas. Et vero nosti ipse ac demonstrasti, id maxime Deo gratum esse, quod publice utilissimum. Sed nec animae medicinam omittes, in qua facienda satis constat, quanto [apparatu] officina tua instructa sit.

De jure naturali condi aliquando scientiam, omnium in universum interest, sed talem in qua nihil addi nec claritati, nec veritati possit, certum enim definio, cuius veritas clara est. Non ignoras quid Grotio, Hobbio, Sharrokio, Pallavicino, Ivoni [Parisino], Caramueli, Thomae Anglo in *statera morum*, atque adeo ipsi Aristoteli desit. Cartesius haec raro attigit, et fere in Epistolis tantum. Grotii summa eruditio, sed impar philosophia. Hobbius et intra generalia nimium subsistit, et ea principia ponit institui, quae si sola sunt, licebit latere speranti quidvis agere, tunc enim pax non violatur, ultimum juris apud Hobbius principium. Sed hoc non ideo dico, ut virum incomparabilem sugillem, quem ego prope ante omnes nostri saeculi || philosophos admiror et colo, sed ut appareat, in negotio philosophiae moralis omnia fere de integro resumenda esse. Expendi libellum *de Cive* diligenter, videoque esse alicubi hiatus catenae demonstrationis. Ad has autem curas necessitate quadam deveni. Cum enim diu agitaverim animo Rationalia Juris romani, multa versatione deprehendi, haec nisi scientia juris naturalis instituta frustra quaeri. Quando exploratum est prope dimidiam partem Digestorum juris naturalis esse, atque plerasque propositiones ab Jurisconsultis Romanis tanta subtilitate demonstratas, ut cum Euclide certare possint, reliquae leges Juris romani, etsi non naturalis Juris, tamen aliarum legum cum naturali jure combinatarum consequentiae haberi debent. Hoc igitur ostengo, digestisque eo ordine legibus, quo se demonstrant aut consequuntur, eadem opera Rationalia juris Romani, corpus juris reconcinnatum, jus romanum naturali collatum, ipsa legum interpretatio ex ratione ea[ru]m velut animo pendens, denique scientia juris naturalis accurate demonstrata habebuntur. Grotius Hobbiusque in multis solida juris naturalis stricti principia aut subvertunt aut transiliunt, ut cum jus reale personali, contractus bonae fidei stricti juris contractibus, pacta nuda conventionibus cum causa jure gentium aequipollere aut conten-

10 f. apparata A ändert Hrsg. 14 Sansino A ändert Hrsg. 26 possint Reliquae A 30 eam A ändert Hrsg.

12 condi: *Elementa juris naturalis*, 1669/70 (VI, 1 N. 12). 13 certum . . . est: vgl. VI, 1 N. 12₃, S. 457. 15 THOMAS ANGLUS, *Institutionum ethicarum, sive staterae morum . . . tomi duo*, London 1660. 21 TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, Paris 1642.

dunt aut innuunt. Utinam sententiam tuam discere liceat. Clarus Horbius spem mihi favoris tui non exiguum fecit. Amplissimus Vir Er[icus] Mauritius literis Chilonio datis honorificantissime de te judicavit, quae omnia mihi jam tum in notitiam tuam ardentи stimulus addiderunt.

Germania nostra viris quos tu aestimes non admodum multis instructa est. Joh. Lud.
5 Fabricius, Heidelbergus Theologus, ostendit erectionis se animi esse quam vulgo solent, certe
ejus Meditationes satis argumentum rei praebent. Joh. Joach. Becherus, medicus apud Elec-
torem Bavaram (nisi nuperrime mutaverit) vir est maximi ingenii, sed paulo inquietioris, quod
ei passim odia accersivit. Hermannus Conringius solidae utique doctrinae vir est, sed jam senio
gravatur. Paucissimos habemus a quibus aliquid magni sperandum videatur: Literatores multos,
10 philosophos aut paucos aut nullos.

De Tractatu Tuo *de Superstitione et idololatria* multa apud nos feruntur, ipsummet nondum videre datum est. Utinam si rescribere dignaris, mentionem facere ne graveris eorum virorum quos Tu in Belgio potissimum aut alibi ex solida philosophiae, naturalisque scientiae, aut matheseos cognitione novisque cogitationibus maxime aestimes. Si quid vicissim mihi imponis, nihil in me diligentiae desiderari patiar. Vale, volanti calamo ignosce, faveque

Vir amplissime Cultori Tuo Gottfredo Guilielmo Leibnitio.
Francof. 6/16 April. 1670.

P. S. Literae, si me responsione dignaris, dirigi possunt Moguntiam, operculo illis circumdato ad Illustrissimum Bar. Boineburgum etc. maximis negotiis et incredibili eruditione
notissimum qui Te magni facit.

Nobilissimo et Amplissimo Viro Domino Lamberto Velthusio. Ultrajecti.

⁷ Mit paulo beginnt das Faksimile des Briefendes. 11 *idolatria A* 19 Bar. erg. L

2 f. literis: Erich Mauritius an Joh. Christian Boineburg, Kiel, 24. März 1670 (GRUBER, *Commerc. Epistol. Leibn.*, S. 1303–1314, hier S. 1311). 6 Meditationes: vgl. u.a. J. L. FABRICIUS, *Meditatio de controversia circa personam Christi inter Evangelicos agitata*, Frankfurt 1664 u.ö. 11 Tractatu: L. VAN VELTHUYSEN, *Tractaet van de afgoderye en supersticie*, Amsterdam 1670 (*Opera*, 1680, S. 373–490). Diese Schrift wurde durch vier *Apologien* von van Velthuysen in den Jahren 1669–1670 erweitert (*Opera*, 1680, S. 495–608).

19a. LEIBNIZ AN GOTTLIEB SPITZEL

7./17. April 1670. [16a.]

Überlieferung:

L Abfertigung: AUGSBURG, *Staatsbibliothek*, Cod. Aug. 2°, 408, Nr. 297, Bl. 417–418.
1 Bog. 4°. 3 S. (Vorlage für unseren Teildruck.)

5

A Abschrift: AUGSBURG, *Staatsbibliothek*, Cod. Aug. 4°, 215, S. 61–64. 1 Bog. 4°. 2 1/4 S.

E' BRUCKER, *Miscellanea*, 2, 1748, S. 280–283.

E² I, 1 (1923) N. 45 (nach L).

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 5, 1768, S. 346–348.

10

Unser Brief, der einen nicht gefundenen Beischluß für Welsch enthielt, war selbst Beischluß zu einem nicht gefundenen Brief an Spener und wurde am 23. April von diesem wiederum als Beischluß zu seinem Brief an Spitzel weitergeleitet (AUGSBURG, *Staatsbibliothek*, Cod. Aug. 2°, 409, Nr. 344). Unser Brief antwortet auf einen nicht gefundenen Brief Spitzels (vgl. I, 1 N. 45, S. 90) und wird beantwortet durch einen ebenfalls nicht gefundenen Brief Spitzels (vgl. I, 1 N. 48).

15

[. . .] Esset igitur optandum magnopere, ut extaret aliquis qui meritissimos de re literaria viros inde usque ab inventa Typographia recenseret ordine temporum; annotaretque illud maxime: quid quisque potissimum in Rempublicam contulerit. Ita fiet ut multi licet doctissimi sint fortasse initio praetereundi (neque enim simul omnes dari possunt), qui tamen nominare non possunt, quid potissimum iis eruditio debeat. Nominandi igitur illi, quibus primae autorum veterum eruderationes debentur, qui difficiles in antiquitate, in Chronologia Geographiaque nodos primi solverunt, quicunque proprias nobis meditationes suas, easque si non veras, saltem ingeniosas reliquere; qui novum aliquod dicendi genus, novam sectam orsi sunt, quibus in medicina ac mathesi, sed et artibus mechanicis utilia reperta debentur, qui historias non aliunde descriptas, sed earum rerum quibus interfuerere ipsi, earumque memorabilium scripsere: breviter, illi, qui si non vixissent, caeteris rebus in eo qui secutus est statu manentibus, aliquid Res literaria detrimenti passa esset. Hos annotari, non est res adeo vasta, utilis tamen, sed et non nego, recondita, et profunda. Neque enim tanti esset de patria eorum, de varia fortuna, de exitu inquire quam de iis meritis, quibus aeternum memorandi sunt.

Ac vereor ne plerique illi qui vitas nobis dedere hoc non satis attenderint. Quotusquisque enim est qui in vitis Erasmi, Rhenani, Melanchthonis, Camerarii meminerit, quos illi autores e tenebris primi eruerint. Quis est qui eum IC^{tum} nominet, qui primus Jurisprudentiam in artem

20 f. illi (I) debent (2) , quibus (a) primi (b) primae autorum | veterum erg. | eruderationes L

redigere aggressus est, qui fere dixerim Apelles fuit. Ubi nominatur qui primus in re nautica accurate philosophatus sit, ostenderitque cursum navis, si magnetem sequatur, necessario esse rhomboeidē non κυκλοειδῆ. Ubi est catalogus compositionum apud Medicos celebriorum atque usitatorum, suis autoribus, a quibus saepe denominantur, vindicatarum. Quis refert 5 primum prope eorum qui Mathesin ad Physicam applicarunt, fuisse Joh. Suisset Calculatorem ideo Scholasticis appellatum, primos Circuli pseudo-quadratores fuisse Bovillum et Orontium; et ut ad Theologica transeam, primum omnipraesentiam carnis Christi docuisse Fabrum Stapulensem; M. Ant. de Dominis et Arminianis primum praelusisse Acontium, quaeque sunt alia id genus, oppido multa, quae etsi sparsim nonnulla habeantur, nullibi tamen collecta sunt. Ex 10 hoc demum opere, quod talia complecteretur, vera ac solida historia literaria esset expectanda, qua omnis verae eruditionis origines et progressus ostenderentur. Quemadmodum audi Josephum Glanvillum Anglum nuperime de incrementis scientiarum inde usque ab Aristotele auctarum scripsisse. Sed sufficeret nunc quidem, qui recentes, id est inde usque ab inventa Typographia editos percurreret eosque demum qui aliquid de suo ad augendam supellectilem 15 publicam contulere, instar Monasteriorum benefactoribus suis, quantum in se est non ingratiorum, in Necrologia, ut sic loquar referret, suaque cuique merita ascriberet. Huic instituto arbitror conferre aliquid posse Pinacothecas Nicii, vitas Germanorum Adami, Gallorum per Sammarthanos, Orientalizantium per Colomesium, Mathematicorum per Blancanum, Medicorum per Lindium, et Meybomium (quanquam Meybomius hactenus tantum expectetur), 20 Theologorum per Bismarcum. Huc pertinent singulares vitae, ut Tychonis per Gassendum,

9 quae . . . collecta erg. L

5 Joh. Suisset: RICHARD SWINESHEAD (Suisset), *Liber calculationum*, Padua 1477 u.ö. 6 Bovillum: C. BOVILLUS, *Liber de quadratura*, in J. LEFÈVRE, *Epitome compendiosaque introductio in libros arithmeticos divi Severini Boetii*, Paris 1503. 6 f. Orontium: O. FINÉ, *Quadratura circuli tandem inventa et clarissime demonstrata*, Paris 1544. 7 docuisse Fabrum Stapulensem: vgl. J. FABER STAPULENSIS, *Commentarii initiatorii in quatuor evangelia*, Basel 1523; Köln 1541. 8 de Dominis: vgl. M. A. DE DOMINIS, *De republica ecclesiastica libri X*, Heidelberg 1617–1620 u. ö. 8 Acontium: vgl. J. ACONTIUS, *Satanae stratagemata, libri octo. Accessit eruditissima epistola de ratione edendorum librorum, ad Johannem Wolfium, . . . eodem authore*, Basel 1565 u.ö. (hrsg. v. W. Köhler, München 1927; vgl. S. 71). 12 Glanvillum: J. GLANWILL, *Plus ultra; or the progress and advancement of knowledge since the days of Aristotle*, London 1668. 17 Nicii: G. V. ROSSI (Janus Nicius Erythraeus), *Pinacotheca imaginum illustrum doctrinae vel ingenii laude virorum*, Köln 1643. 17 Adami: M. ADAM, *Vitae Germanorum theologorum, qui superiori seculo ecclesiam Christi voce scriptisque propagarunt et propugnarunt*, Heidelberg 1620. 18 Sammarthanos: S. u. L. DE SAINTE-MARTE, *Histoire généalogique de la maison de France*, Paris 1619; 3. verm. Ausg., 2 Bde, Paris 1647. 18 Colomesium: P. COLOMIÈS (Colomesius), *Gallia orientalis, sive Gallorum qui linguam Hebraeam vel alias orientales excoluerunt vitae*, Den Haag 1664 u. 1675. 18 Blancanum: G. BIANCANI, *Clarorum mathematicorum chronologia*, [Padua 1615]. 19 Lindium: J. A. VAN DER LINDEN, *De scriptis medicis libri duo*, 3. Ausg. Amsterdam 1662. 20 Bismarcum: J. BISMARCK, *Vita, et res gestae praecipuorum theologorum . . . Liber primus. Continens vitam et res gestas Theol. Viteberg.*, Halle 1614. 20 Gassendum: P. GASSENDI, *Tychonis Brahei, Equitis Dani astronomorum coriphaei Vita, itemque Nicolai Copernici, Georgii Peurbachii, et Joannis Regiomontani, celebrium Astronomorum*, in *Opera omnia*, hrsg. v. S. J. de Sorbière, Bd 5, Lyon 1658, S. 365–496.

Peireskii per Gassendum, F. Pauli per Fulgentium, Cartesii per Borellum, Gassendi per Sorberium; Cardani, Campanellae, Thuani, per se ipsum. Utinam Tibi vacet, Vir Ampliss^e, tanti momenti instituto Te accingere, aut saltem initio scripta extantiora dare! Fracta enim semel glacie, non deerunt, sive Tu sive alii qui et veteres addant, et suppleant recentiores. [. . .]

20. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

5

Frankfurt, 9./19. April 1670. [16.40.]

Überlieferung:

- L* Abfertigung: LBr 171, Bl. 11–12. 1 Bog. 4°. 4 S.
E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 168–171.
E² II, 1 (1926) N. 20.

10

Unser Brief ist ein Beischluß zu Boineburg an Conring, 22. April 1670 (GRUBER, *Commenc. Epist. Leibn.*, S. 1285–1288). Er antwortet auf N. 16. Conring antwortet aus Zeitmangel nicht auf den Brief, übermittelt Leibniz jedoch ausdrücklich Grüße über Boineburg (Conring an Boineburg, 23. Mai 1670, S. 1291). Von diesem Brief hat Leibniz eine eigenh. Abschrift genommen (LBr 171, Bl. 10 v^o). Die Fortsetzung der Korrespondenz erfolgt erst am 26. Februar 1671 mit N. 44.

15

Bei unserer Textgrundlage *L* handelt es sich, ungeachtet der Tatsache, daß sie sich im Leibniz-Nachlaß und nicht im Nachlaß Conrings im Niedersächsischen Staatsarchiv Hannover befindet, um die Abfertigung.

|| Nobilissime, Amplissime, atque Experientissime D^{ne}, Fautor Magne.

:41

Acceptis literis Tuis non mediocriter gavisus sum, tum quod intelligerem tanti Viri sententiam, tum quod ille non prorsus improbaret meam. Qui possem igitur non triumphare 20 judicio Tuo, qui causam nostram a tot annis tanto cum applausu publico egisti, praeparastique animos melioribus paulatim accipiendis, neque enim ubique deliratur. Illud igitur prorsus assentior: Prudentiam dicasticam, seu artem judicandi in genere, paucissimis regulis absoluvi, esse enim nihil aliud quam Logicam ad moralia applicatam. Porro ut Ars experimenta faciendi 25 alia est a physica, ita ars quaestiones juris definiendi alia a Jurisprudentia; tantum enim haec

25 ars (1) casus (2) quaestiones *L*

1 Peireskii: P. GASSENDI, *Viri ill. Nicolai Cl. Fabr. de Peiresc, senatoris Aquisextiensis vita*, Paris 1641; Den Haag 1651 u.ö. 1 Fulgentium: F. MICANZIO, *Vita del padre Paolo*, Leiden 1646; Venedig 1658. 1 Borellum: P. BOREL, *Vitae Renati Cartesii . . . compendium*, Paris 1656. 1 f. Sorberium: S. J. DE SORBIÈRE, *De vita et moribus Petri Gassendi*, London 1662. 2 Cardani: G. CARDANO, *De propria vita liber . . . cum G. Naudaei de Cardano judicio*, hrsg. v. G. Naudé, Paris 1643. 2 Campanellae: T. CAMPANELLA, *De libris propriis et recta ratione studendi syntagma*, hrsg. v. G. Naudé, Paris 1642. 2 Thuani: J. A. DE THOU (Thuanus), *Perroniana et Thuana*, Köln 1669.

distant inter se quantum Logica serviens (ita enim appellare malo, quam cum Scholasticis Logicam utentem) a Scientia utente. Nihil enim aliud est haec generalis Prudentia dicastica, quam vera dialectica juris; prorsus ut Logicam Theologicam non pauci, Logicam Medicam Methodistae, Logicam Mathematicam Algebraici, Vieta, Oughthredus, Cartesius, 5 dedere. Praeter artem igitur interpretandi, probandi, ratiocinandi, conjectandi, separatim ipsas ratiocinationes, ipsa juris theoremata, ipsas Jurisprudentiae conclusiones quaeri atque haberi debere, egregie animadvertisi, easque non singulares, non in personis, non in temporibus, sed in ipsa causa positas, id est ut pro Titio substitui Maevius vel Cajus, vel quilibet alias; pro Roma, Carthago, Hispalis, vel quaelibet urbs alia, possit, nisi scilicet vel personae vel loco 10 singulare aliquod jus esse probetur, quod cum facti sit, nostra nunc quidem nihil refert, nisi cum oblato casu, de illa persona illove loco sermo est.

Porro quantum differat Legislatoria prudentia a judiciaria, prudentissime a Te ubique animadvertisitur; neque enim ita pronunciandum est judici, ut Leges essent scribendae, sed ut sunt scriptae. Sed quid si lex de proposito casu sileat, id est, ut neque ea expresse contineatur, 15 neque inde consequentia erui possit. Tum quidem, opinor, non diffiteberis, ita esse judici pronunciandum, quasi extra Rempublicam, lectus arbiter inter duos, nulla communione juris civilis colligatos sententiam ferre deberet. Cum igitur in Republica Germanica ita sit comparatum, ut cessante jure municipali, standum sit Juri Imperii nostri Universalis scripto vel non scripto recenti; cessanteque Jure Imperii nostri universalis recenti (quo id omne comprehendo, 20 quod a tempore constitutae hujus quam nunc retinemus Reipublicae, sive id ab Ottonibus, sive a Carolo M. repetendum sit, ei placuit, ad quem spectavit summa potestas) standum sit juri Romano, a Justiniano promulgato, testante ipso jure nostro hodierno scripto ac non scripto, id est Recessibus Imperii et usu judiciorum; ac denique cessante Jure Romano standum sit juri 42 naturali (sed ei tantum quod Grotius facultatem, vel stricte dictum vocat, id est || quod non tantum unius conscientiam astringit, sed et alteri potestatem facit exigendi, sive vi sive legis actione), haec inquam, gradatio, cum sit verissima, ac, ni fallor, Tibi ipsi approbata, credo non improbabis consilium nostrum synthetico ordine a Juris Naturalis culmine per gradus descendendi. Illud enim verissimum est: Jus naturae exacte tradi posse, nulla facta mentione Romani, non contra: Et jus Romanum exacte tradi posse nulla facta mentione hodierni, non contra: 25 30 Tradi inquam, non tamen cognosci, prorsus ut universalia ex singularibus eruuntur ordine analytico, etsi sine iis sint tradenda synthetico. Accedit quod Jus Romanum fere non minus ac naturale, per Europam pene universam commune habetur in privatorum controversiis.

1 quantum (1) scientia (2) Logica L 15 consequentia erg. L 19 recenti erg. L 25 tantum (1) unam (2) unius L 25 alteri | astringendi gestr. | potestatem L 29 exacte (1) cognosci (2) tradi L

Ne Anglia quidem, quod judicia maritima attinet, excepta, ut mihi ab ipsis Anglis narrari memini. Sed quicquid sit de Magna Britannia, Dania, Suecia, Polonia; illud tamen extra controversiam est, per Germaniam, Galliam, Italiam, Hispaniam juri Romano inhaereri, quoque mutatio non probatur. An hoc sit utile in illis sive Regnis sive Rebuspublicis, non disputo; aliam prorsus hanc quaestionem esse non ignoras; manet enim nihilominus, quamdui a Legislatoribus aliter non praecipitur, jus Romanum, locali silente, obtinere. Nisi Tu quidem, Vir Amplissime, dissentis. Quae cum ita sint, et appareat jus Germaniae, quod usu fori servandum est, plene constitui non posse, nisi naturali ac Romano praeformatis, sitque praeterea amplioris usus hoc jus quod commune vocant, quam quod Germaniae proprium est; merito a jure naturali ac Romano digerendis initium nobis sumendum duximus. Deprehendimus autem in 10 vastissima Legum Romanarum sylva grandem Juris Naturalis materiem contineri, quantam, sat scio, in nullo alio opere ab orbe condito, quod quidem extet; ac proinde credidimus eadem fere opera Elementa Juris naturalis ac Digesta Romani (etsi illa etiam separatim datur simus) condi posse. In Digestis autem Romani Juris, seu ejus quod extat Corporis Reconcinnatione, ita versabimur, si Deus coeptis aspiraverit, ut primum quicquid toto ejus complexu continetur, 15 paucis quantum licet, propositionibus primis, irresolubilibus, atque uno verbo, legum omnium Elementis comprehendamus, sic ut qui has teneat definiendis omnibus quaestionibus propositis (ex naturali ac Romano jure) sufficiat, habereque omnia ad sententiam ferendam necessaria unius velut Mappae aspectu possit; deinde ut Leges Corporis nostri universas, suae quamlibet Regulae, unde pendet ejus ratio, cum omnibus propagationibus, ramis, filiabus, id est 20 aliis Legibus ex ea lege fluentibus, perpetua quadam Catena demonstratoria, subjiciamus, fortasse hoc modo non legum tantum digestionem, sed et rationem, addo et interpretationem, velut aliud agendo, sed et ex naturali jure supplementa daturi. His demum absolutis de locali jure cogitandi locus erit.

Si quid in hac designatione Tibi displicet, id ut liberrime admoneas, vehementer etiam 25 atque etiam rogo. Si Ampl^{mi} Eichelii quoque discere sententiam possem, nihil mediocre inde accederet conatibus nostris. Ei me magnopere commendari peto. Illud nunc a Te illoque || cognoscere opto, quid potissimum in Romano jure praeter naturale introductum notaveritis, tum quid de Grotio aliisque circa jus naturae ratiocinatoribus sentiatis, tum quae vobis in 30 summa digerendi methodus placeat. Scriberem ad Ampl^{um} Virum, si mihi commoda compellandi occasio suppeteret, nunc ad Te scripsisse, in tanta vestra animorum conjunctione, perinde esse puto. Idem de Amplissimis Viris Ludolpho Hugone, ac Sam. Rachelio, a Te rectissimis judiciis penitus imbutis sentio. Horum omnium favorem, ac candidas sententias, quibus nullum

5 enim (1) qua, | (2) nihilominus erg. | L 7 f. quod . . . est erg. L 20 ratio, (1) subjicimus (2) cum L
21 lege erg. L 33 penitus erg. L

in me nunc quidem conferre beneficium majus possunt, a Te, Fautor Magne, data occasione
exspecto.

Cl^{mum} Feldenum Giessam vocari audio. Operis ejus quod de Jure Naturali ingeniosissimus Sam. Pufendorfius de integro molitur, designationem scriptam vidi; per placet, ut ejus Viri
5 omnia. Ampl^{mus} Vir David Maevius de jure naturali ac gentium librum omnigena lectione
distinctum in promtu habere fertur. Audio et Cl. V. Erhardum Weigelum, libello de aesti-
matione mox prodituro, plurima ex jure nostro, quae ad quantitates gradusque voluntatis,
scientiae, diligentiae, malitia, poenae, damni, certitudinis, praesumptionis, probabilitatis, alio-
rumque, quorum in re morali crebra mentio est, delibaturum. Quod superest, vale faveque,

10 Vir Amplissime Cultori Tuo
Francof. 9/19 April. 1670. Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D.

P. S. Nic. Heinsium quaedam Photiana in Muscovia reperisse narrant. Cl. V. Ericus
Mauritius edet compilationem Feudalem, jussu Imperatoris Frid. III. nomine Scholae Bono-
niensis ab Ant. de Prato Veteri, elaboratam, a Goldasto et Rigaltio frustra quaesitam, a se
15 feliciter repertam. In Re Medica prodiere his nundinis observationes Theod. Kerckerinck
Batavi, multiplici doctrina refertae. Sed quid refert, multa quotidie detegi, si ad usum, id est
methodum medendi, non transferuntur? Ampl^{mus} Lasserus Te vicissim officiose salutat.

8 malitia, (1) sceleris (2) poenae, L 9 crebra erg. L

3 Feldenum Giessam vocari: Von einer Berufung Johann von Feldens nach Gießen ist nichts bekannt.
4 de integro molitur: S. VON PUFENDORF, *De jure naturae et gentium libri octo*, Lund 1672. Das Buch, aus dem
Leibniz später Auszüge angefertigt hat (VI, 3 N. 17), erwartete er schon seit längerem (vgl. I, 1 S. 109, 127, 147,
156). 5 de ... librum: wohl gemeint D. MEVIUS, *Prodromus jurisprudentiae gentium communis, pro
exhibendis ejusdem principiis et fundamentis*, Stralsund 1671. 6 libello de aestimatione: wohl gemeint E.
WEIGEL, *Universi corporis pansophici caput summum, a rebus naturalibus, moralibus et notionalibus, denominativo simul et aestimativo gradu cognoscendum abstractum*, Jena 1673. 12 Heinsium ... narrant: Welche
Photius-Handschriften Heinsius bei seiner diplomatischen Mission 1669 in Moskau fand, ist unklar.
12–15 Ericus ... repertam: Erich Mauritius hat das Werk von Antonius Mincuccius de Prato Veteri, das später
u.d.T. *De feudis libros sex* veröffentlicht wurde, nicht herausgegeben. Dies geschah erst 1695 durch Johann
Schilter, vgl. I, 7 S. 53. Zum Hinweis auf Melchior Goldast und Nicolas Rigault (Rigaltius) im Zusammenhang
mit der Mincuccius-Edition vgl. Leibniz' fast wörtlichen Hinweis in VI, 2 N. 54, S. 403 (*Marii Nizolii de veris
principiis et vera ratione philosophandi libri IV*) vom Frühjahr 1670. 15 f. In Re Medica: unter Beachtung
des Hinweises »his nundinis« wohl gemeint das wenig später erschienene Buch von TH. KERCKRING, *Spicilegium
anatomicum, continens observationum anatomicarum rariorū centuriam unam nec non osteogeniam foetuum*,
Amsterdam 1670.

20a. LEIBNIZ AN ATHANASIUS KIRCHER

Mainz, 16. Mai 1670. [23.]

Überlieferung:

- L Abfertigung: ROM, Archivio della Pontificia Università Gregoriana 559, Bl. 166. 1 Bl. 4^o.
2 S.
- E P. FRIEDLÄNDER, *Ath. Kircher u. Leibniz in Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia*, XIII, 1937, S. 229–231.

5

Auf unseren Brief, der erst durch die Veröffentlichung von Paul Friedländer 1937 bekannt wurde, antwortet Kircher am 23. Juni 1670 (N. 23).

Vir Magne.

10

Quidni enim ego Tibi privatim publicum elogium tribuam? Sed non est nunc tempus in laudes tuas nunquam intermorituras digrediendi: ad causam potius scriptionis meae veniam. Cum neminem hactenus mortalium altius Te videam in arcana artis combinatoriae, vel quod idem est partis Logicae inventoriae penetrasse, quae sola Tibi tot aeterna inventa, tot incomparabilia monumenta peperit: ego vero pene a prima pueritia usque subitaneas nonnunquam de hoc negotio meditationes agitaverim, non potui quin tui compellandi mihi audaciam facerem, quam et auxit Excell^{mus} atque III^{mus} Boineburgius, notum Tibi, notum omnibus eruditis nomen, qui mihi tuam inter tantas curas incredibilem humanitatem non potuit satis praedicare. Nimirum Anni sunt quasi quatuor quod edita est a me XI. circiter plagularum dissertatio de *Arte combinatoria*, in qua dedi operam, ut aliqua si non bona saltem nova afferem. Inter alia multa 15 de novis modis syllogisticis utilibus pariter atque inutilibus disserui, ostendi utiles in universum modos nulla figurarum ratione habita esse 88. Cujuslibet figure modos esse 6. primae secundae et quartae non minus quam tertiae: Computare variabilitatem dati versus Protei: Hexametrorum species esse 76, si solam scansionis varietatem consideres; rationem idem in aliis vel carminibus vel melodiis indagandi. Qua ratione perfectissima et realissima Scriptura Universalis excogitari possit: Constructis praedicamentis artis combinatoriae dato quolibet praedicato omnia ejus subjecta et dato quolibet subjecto omnia ejus praedicata in materia necessaria invenire. In quo consistant vera artis combinatoriae praedicamenta; specimen exiguum extemporaneum praedicamentorum artis combinatoriae in Geometria; Ictum Paulum in tit. Digest. *de Grad. et Affin.* errasse nonnunquam in supputando numero personarum dati 20 25 30

21 disserui (1) *<aliaque>* (2) ostendi L 30 nonnunquam erg. L

20 LEIBNIZ, *Dissertatio de Arte combinatoria*, Leipzig 1666 (VI, 1 N. 8). 23 LEIBNIZ, a.a.O., Problema II, 27 (VI, 1 N. 8, S. 184). 23–25 versus Protei: vgl. LEIBNIZ, a.a.O., Problema VI u. Problema IX–XII (VI, 1 N. 8, S. 219 u. S. 222–228). 30 *de Grad. et Affin.*: Dig. 38, 10 l. 10.

gradus consanguinitatis, v.g. in gradu V. pro 192. posuisse 184. et qua ratione breviter sine molesta enumeratione ab ICto ibi adhibita facililimeque iniri computatio queat. Quaeque alia sunt id genus plura minutiora, in quorum nonnullis et errasse me nunc agnosco, sed quae nihil ad rerum summam pertineant; et quid mirum cum vicesimum tunc annum egerit Scriptor lapsus obrepisse. Fortasse fuit tam felix dissertatiacula, ut in manus tuas devenerit; quare non est cur de ea nunc quidem fusius loquar.

Ego interea Jurisprudentiae, cuius me studio dedi potissimum, incubui, advertique in ea magnum artis combinatoriae usum esse supra quam vulgo credatur. Deprehendi enim innumera ejus praecepta per corpus Juris sparsa reduci posse in Elementa quaedam pauca et regulas infallibles, quas qui teneat sola earum combinatione decidere omnes casus possit: et nunc Moguntiae, postquam Eminentissimum favere his conatibus video, cum Amplissimo Lassero Consiliario Moguntino Cancellarii quandam filio rem ad praxin deducere aggressus sum. Incidi autem anno abhinc felicissime in expectatum tamdiu opus tuum *de Arte magna sciendi seu Combinatoria*; hausi, legi, volvi, avidissime, nec nisi absolutum deposui, quid quaeris? totum me et admiratione et amore Tui impleveras, nec poteram indignari multas praxes reconditiores Tibi servatas; cur enim hominum ingratitudini omnia prostitueres. Cumque mentionem etiam Te facere vidissem Cistularum Combinatoriarum quibus pene omnia omnium scientiarum fundamenta, Mathesin, Medicinam, Jurisprudentiam, Theologiam, et quid non, complexum te memorabas, incredibili haec videndi cupiditate exarsi, quam saepe usuram colloquii tui vel una hora duraturi mihi optavi, sed frustra. Quid agerem? restabat hoc unum, ut Te per literas compellarem, quod et nunc facio, audeoque a Te vehementer contendere, homo ignotus licet, ut mihi grandia quidem sed tamen publice profutura sine vanitate conanti consilium opemque ne deneges. Si quid in jurisprudentia, si quid alibi, monere, docere, communicare, etiam dignaberis habebis perpetuum beneficium si infacundum certe calidum praecolum; si quid etiam perscribi de rebus nostris literariis per Germaniam praesertim jubeas, promptissimum corresponsorem. Nec est quod Te scribendo respondendoque oneres, satis erit si quem virum doctum, promptum, curiosum apud vos substituas, quicum quasi Tecum per literas conferre, qui mihi sensa tua nunciare possit, qui mea ad Te referat.

Haec nisi displicant, fac significari, ego nihil diligentiae reliquum faciam. Finirem, nisi unum hoc incideret dignum interrogatu.

In *Arte Tua magnetica*, divino opere lib. 3. parte 5. cap. 4. problem. 1. memoras Te anno 1633. Massiliae apud Mercatorem Arabem reperisse materiam quandam admirabilem, quae etiam tecta se ad solem vertat, quale Heliotropium hactenus nullum cognitum est, Teque partem

3 minutiora (1) <. Ab eo tempore> (2) , in L 19 saepe (1) mihi (2) usuram L

1 in . . . 184: vgl. LEIBNIZ, a.a.O., Probl. III n. 28 (VI, 1 N. 8, S. 210 f.).

etiam aliquam accepisse experimentumque aliquoties sumsisse, sed materiam fuisse corruptioni obnoxiam, teque ejus correctionem non desperasse. Hac de re si fas est quaero quod materiae nomen, mineralisne an alterius regni, et ex qua potissimum Arabiae parte Mercator aut materia oriundus oriundave fuerit; item an conservandarum ejus virium rationem repereris.

Imo subit adhuc aliquid animum, crescente paulatim audacia, quasi non initio satis magna esset. Nimirum in *arte tua Magnetica* editionis Romanae secundae lib. 2. part. 5. sect. prop. 1. legi inventum R.P. Grandamici terrelam super alterutrum polorum perpendiculariter ad horizontem constituendi, quo facto terrella librata praecise sine omni declinatione et variatione meridianum loci meridiano suo monstratura sit. Sed quoniam verba sunt obscuriuscula, quaerere ausus sum, an experimentum sumtum, ac tunc deprehensum sit, aliquoties, in diversis 10 locis, omnem praecise declinationem et variationem cessare.

Sed quo progredior inconsultae prolixitatis non tantum, sed et in interrogando licentiae? Quam si condonaveris, si dignum me praeceptis monitisque Tuis sapientissimis, dignum favore, auxilio, consilio habueris, non parum accessisse fortunae meae credam: Ego hoc contra unum repromittere ausim, sensurum Te, beneficium neque in ingratum, neque in prorsus indignum 15 collatum esse. Quod superest, vir immortalitate digne, Tibi quanta in hominem cadere potest, pro fausto nominis omine *in viridi crudaque*, ut Virgilius vocat, *senectute*, ἀθανασίον precor. Vale faveque Vir Maxime Vestrae pl. Reverendae Paternitatis Admiratori Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U. doctori Moguntiae 16 Maji 1670.

P. S. nondum desino ineptire: didici virum quandam illustrem maximis peregrinationibus 20 et sumtibus omnium prope orbis Linguarum radices collegisse easque in unam Harmoniam ac velut Linguam Universalem contulisse, de quo quid Tibi videatur opto scire, qui incredibili mentis capacitate haec omnia complexus es. Quare et digna duxi quae Tibi significantur.

Viro incomparabili Adm. R.P. Athanasio Kirchero Societatis Jesu Sacerd. Romam.

6 *arte tua Magnetica*: A. KIRCHER, *Magnes sive de arte magnetica opus tripartium*, Rom 1654, S. 310–312. (1. Aufl. Rom 1641, S. 420–425). 7 inventum Grandamici: vgl. N. 22, N. 46 u. bes. N. 64 (mit Erl.). 17 *in . . . senectute*: VERGIL, *Aeneis*, VI, 304. 20 desino ineptire: Anspielung auf CATULL, *Carmina*, VIII, 1: »Miser Catulle, desinas ineptire«. 20 f. didici . . . collegisse: vgl. Leibniz an Oldenburg, 23. Juli 1670 (N. 26, S. 96.16). 23 significantur: vgl. Kirchers Antwort vom 23. Juni 1670 (N. 23, S. 81.22).

21. LAMBERT VAN VELTHUYSEN AN LEIBNIZ

[Utrecht, Mai 1670.] [19.56a.]

Überlieferung:

- 5 *k* Abschrift von einem Konzept der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 953, Bl. 1–3. 3 Bl. 2°.
 4 ½ S.
 E II, 1 (1926) N. 21.

Unser Brief antwortet auf N. 19 und wird durch N. 61b beantwortet. Die ursprüngliche Abfertigung, die van VelthuySEN wohl bald (*statim*) nach Erhalt des Leibnizbriefes vom 16. April 1670 anfertigte, wurde von Graevius einem Brief an Leibniz beigeschlossen und Gerhard Mylius, der nach Genf reiste, zur Weiterleitung übergeben, erreichte Leibniz jedoch nicht (vgl. Graevius an Leibniz, 22. April 1671, I, 1 N. 82, S. 141). Daher hat Graevius die hier vorliegende Abschrift von einem Briefkonzept van VelthuySENS anfertigen lassen und Leibniz zugeschickt, wofür dieser ihm am 7. Juni 1671 dankt (I, 1 N. 90, S. 157).

:43

|| Goldfredo Guilhelmo Leibnitio
 illustrissimo et amplissimo viro S.P.D. Lambertus Velthusius.

15 Multis nominibus mihi gratulor de commercio litterarum, quod inter nos instituis; et ad
 quod tam officiose in praesenti me provocas. Nihil in me comperio quod tam praeclarri viri
 studium in me movere aut aliquam de me aestimationem excitare possit; sed hoc totum tribuo
 benevolentiae, qua me prosequeris, et qua tam honorifice de me sentis. Nulla ferme lucubratio a
 44 me in lucem unquam prodiit, quae non invenerit reprehensores, mihiique invidiam non ||
 20 exiguum conflaverit, quia a communi et trita via recedunt paulo longius; et novarum opinionum
 calumniis traducuntur ab iis, qui nolunt adulti dediscere, quod perperam adolescentes didic-
 runt. Hoc autem me confirmat, quod solus amor veritatis, qui omnibus honestus et laudabilis
 videri debet, me ad aliquid scribendum et commentandum impulerit; nec unquam detrectavi
 25 quodvis odium subire pro illius defensione; et ad depellendam illam servitutem, quam nobis
 imponere student illi, qui cum fugerint laborem, aut industria destituti fuerint, per quam in
 studio litterarum illis non licuit supra vulgus eniti, tamen non sustinent aequo ferre animo nova
 doctorum virorum cogitata publicari, sed statim simulac aliquid ipsis invisum atque inauditum
 emersit, tamquam ad novi astri exortum, aut ad inauspicatae avis volatum, magnis clamoribus
 ingentes calamitates mundo incubituras praedicant; et eorum authores in odium et invidiam
 30 inducere student; nil nisi haereses libertinismum et atheismum increpantes. Sed didicimus in
 hisce liberis provinciis hujusmodi bruta fulmina contemnere: nec meminimus cuiquam honesto
 animo veritatis patrocinium suscipienti istud male evenisse, sed omnes pulchre stetisse contra
 inimicorum conatus et insidias. Et quamvis doctorum virorum numero censeri nolim, tamen

conscientia recti propositi magis magisque obfirmat animum ad ea tuenda, quae cum vera esse arbitror, pravorum tamen obtrectationibus plebis odio exponuntur.

Quod tractatum, quos edidi, et tibi adhuc latent, inscriptionem et titulum tibi a me indicari postulas, facile te hac in re voti damnare possum, quamquam nonnihil renitatur animus ea propalare, quibus cognoscet, quam mihi sit curta supplex. Edidi *tractatum de justitia divina et humana*, in quo naturam poenarum explicare labore; ibique ea tractantur, quae affinitatem habent cum iis, quae tu Vir Clarissime enucleatus tradere instituisti. Prodiit etiam ante aliquot annos libellus bellico idiomate conscriptus: cui titulus *De malis, quae Magistratus in sua jurisdictione impunita tolerare et transmittere potest*. Qui eo praecipue spectat, ut Magistratus recte imbui possit de iis, quae ipsi agenda incumbunt circa tolerantiam diversarum sectarum, quae ubique in mea patria sunt; nec tamen in singulis civitatibus iisdem legibus et poenis coercentur. Neque ita diu est quod publici juris feci cogitata mea *de usu rationis in Theologia*, quae eam ob rem elaboravi, et edidi in publicum, ut a me amolirer suspicionem, quam de me conceperant nonnulli Theologi, quasi operam meam contulisset ad publicandum tractatum, cui titulus *Theologus paradoxus* etc.; et in quo Author docet rationem esse Scripturae interpretarem. Intercessit mihi etiam lis cum Theologo Leidensi de terrae motu: sed ea, quae ibi tractantur, plane aliena sunt ab iis, in quibus amplissimus vir industriam suam collocare statuit.

Intellexi ex tuis litteris ea, quae ab Hobbesio de jure naturali traduntur (nam quae de religione habet ab omnibus damnantur) tibi non satis probari. Est equidem in nullius potestate efficere, ut omnes, qui lectioni alicujus Authoris operam dant, conspirent in eundem sensum || 20 45 in interpretanda Authoris sententia: neque profiteri ausim, me de illius Authoris sensu probe edocum, sed lectio et meditatio libri *de Cive*, tales de jure naturali mihi ingessit sensus, et per eos talia mihi videor parasse praesidia in enodandis difficultatibus, quae ubique se offerunt in tractatione rerum, quae jus naturale spectant, ut mihi persuadeam me facile aliis principiis carere posse. Non tamen hoc ausim affirmare mea omnibus partibus congruere doctrinae 25 Hobbesii; quia jam a longo tempore ille Auctor mihi non est lectus: neque operae pretium duxi explorare, utrum ea quae trado, consentiant illius Viri scriptis; quia hoc in indaganda veritate nullum praestat usum. Videor tamen cognovisse, omnes ferme, qui Hobbesii principia de jure naturali impugnant, aut minus probant, iis rationibus ductos, quae Hobbesium parum attingunt:

⁵ L. VAN VELTHUYSEN, *Tractatus de justitia divina et humana, in quo adstruitur necessitas satisfactionis Christi, et jus christianissimum belli gerendi*, Utrecht 1664 (*Opera*, 1680, S. 1–95). ⁹ *De . . . potest: Ondersoeck of de christelijcke overheydt eenigh quaedt in haer gebiedt mach toe laten*, Middelburg 1660 (*Opera*, 1680, S. 609–692). ¹² L. VAN VELTHUYSEN, *Dissertatio de usu rationis in rebus theologicis*, Utrecht 1668 (*Opera*, 1680, S. 97–159). ¹⁵ *Theologus paradoxus*: L. MEYER, [anonym], *Philosophia Scripturae interpres*, [Amsterdam] 1666. Gegen diese Schrift hat sich van Velthuysen noch im selben Jahr mit seinem *Specimen retrorsionis calumniarum sibi a mendacissimo tenebrione impactarum* (*Opera*, 1680, S. 829–846) gewandt. ^{16 f.} lis . . . statuit: Velthuysen bezieht sich hier auf seine Auseinandersetzung mit J. du Bois; vgl. L. VAN VELTHUYSEN, *Bewys [Nader bewys] dat noch de leere van der sonne stilstant, en des aertryx beweging, noch de gronden van de philosophie van Renatus des Cartes strijdig sijn met Godts-woort*, 2 Bde, Utrecht 1656–1657 (*Opera*, 1680, S. 1037–1118, 1119–1200).

quia ea ex ejus scriptis conficiunt, quae ego puto illi Viro temere attribui. Et sumpsi quandam impetum ostendendi aberrationes eorum, qui Hobbesii dogmata eo nomine male traducunt: sed institutum per negotia persecui non licuit. Habeo tamen paratum tractatum exiguum, in quo insistens principiis Hobbesii, expono¹ jus naturale, et principia constituendae Reipublicae; et 5 simul Auctorem vindico ab incommodis, quae cum ejus sententia conjuncta videntur: sed illum tractatum edere mihi usus facto non est. Quid alii de illius Auctoris principiis statuant aut indicent, praestare non possum: id tamen gratiarum illi auctori habeo, et libenter hunc animum in illum virum testor, quod ex nullius Auctoris lucubrationibus majores in studio Ethico collegerim fructus; nullaque majora mihi pararim praesidia ad decidendas de jure naturali 10 controversias. Nihil detrecto de fama incomparabilis Viri Hugonis Grotii: qui unus plus reliquis omnibus praestitit qui hoc studium excoluere, et quorum scripta conspicere licuit. Attamen mihi nullum dubium est, quin si summo illi viro oblatus fuisset tractatus Hobbesii *de cive*, ea tempestate, qua aetas hominis adhuc idonea est addiscendis novis principiis, nonnulla solidiora nobis traditurus fuisset. Post Grotium mihi praecipue placent duo tractatus physici, Cartesius *de 15 passionibus*, et Mons^r de la Chambre *des characteres des passions*: iis tractatibus plurima continentur, quae apparant ingenium nostrum ad penitus ea intropiscienda, quae a morali philosophia non sunt aliena: quod tu quoque Vir Excellentissime pro tua eruditione procul dubio olim quoque cognovisti. Memini etiam, cum studiis in Academiis operam darem, me cum fructu versatum in lectione quorundam Auctorum et Theologorum Scholasticorum, qui aut 20 commentati sunt in Thomam; aut qui propria, et ex se nata principia sequuti, multum laboris in illud studium contulerunt. Sed vereor ne ineptum et vanum me prodam, qui Clarissimo viro viam monstrare instituo in iis, quae ipsi tritissima sunt; sed malui hac in re tuae obsequi libidini, quam non adire periculum parum servatae modestiae. Ceterum non possum non summopere 46 laudare tuum propositum de tradendis certis principiis, quibus || jus naturale et civile innitatur, 25 nec dubito quin pro facultate, qua es instructus, egregiam et fructuosam in iis collocaturus sis operam: sed vereor ne in eruendis principiis decori et pudicitiae plus satis desudandum tibi sit; nec tamen despondendus est animus, cum in his regionibus viri eruditи reperiantur, qui sibi persuadent se totam hanc controversiam ab omnibus difficultatibus posse deliberare: sed ex illorum sermone et congressu didici, eos non eadem via insistere; nec mihi adhuc exploratum 30 est quid de illorum sententia pronunciandum sit. Incubui quidem aliquando in hanc rem, et ea occasione quaedam in chartam conjeci, sed non perduxI ea ad finem, et exitum; ideoque judicium suspendo, donec mihi plus luminis affulserit, quod confido te abunde sparsurum in suscepto tuo tractatu, quem videre omnibus votis expeto; adhortorque ut quo coepisti ire,

¹ Anstreichung am Rande von expono bis Auctorem

14 f. R. DESCARTES, *Les passions de l'âme*, Paris 1649 u.ö.

15 M. C. DE LA CHAMBRE, *Les*

characteres des passions, Paris 1640 u.ö.

pergas, nec nos frustreris: aut de spe quam de insigni tua eruditione concepimus dejicias; utque feliciter defungi possis de labore, valetudinem, et constantem obfirmatumque animum tibi precor; atque ita diu nobis sis superstes. Vale, Vir illustrissime atque amplissime, meque amare perge.

22. ADAM ADAMANDUS KOCHAŃSKI AN LEIBNIZ
Prag, 7. Juni 1670. [69.]

5

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 487, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 2 $\frac{1}{2}$ S. Eigh. Aufschrift. (Unsere Druckvorlage.)
A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 4, Bl. 1–3. 3 Bl. 2°. 4 $\frac{2}{3}$ S.
E¹ BODEMANN u. DICKSTEIN, *Koresp. Kochańskiego Leibniza*, XII, 1901, S. 226–228 (nach K).
E² II, 1 (1926) N. 22 (nach K).

10

Mit unserem Brief, der auf ein nicht gefundenes Schreiben von Leibniz antwortet, beginnt die bis 1698 dauernde Korrespondenz zwischen Leibniz und dem seit 1670 in Prag lehrenden Jesuiten und Mathematiker Kochański. Wie aus Kochańskis Brief vom 1. Juli 1671 (N. 69) hervorgeht, ist Leibniz' Antwortschreiben, von 15 dem auch kein Konzept vorhanden ist, beim Adressaten nicht eingetroffen.

|| Nobilis et Consultiss^e D. Doctor, Vir Clar^{me}

:46

Acceptissima¹ mihi extitit Epistola Tua multis nominibus; Argumento, humanitate, meamet propensione in omnes illos qui studiis iisdem ducuntur: quod experiere semper, quoties id explorare Tibi lubitum fuerit. Leges scriptionis, quas prudenter tulisti, lubens accepto; nam et 20 mihi per occupationes prolixo esse non licet. Hinc ad singula humaniss^{ae} Tuae Epistolae capita nunc strictim respondeo, pluribus acturus de iis, ubi negotia quaedam, quae me nunc sibi vendicant, expedivero.

¹ Am Kopf des Briefes von Leibniz' Hand: 7. Jun. 1670.

19 studiis: Kochańskis Untersuchungen zu den Prinzipien der Bewegung, zusammengefaßt in einer auf 1660 in Mainz datierten *Epistola theoretica*, hat C. Schott u.d.T. *Analecta mathematica, sive theoreses mechanicae novae de natura machinarum fundamentalium; et de novo motionum machinalium principio universali et unico* in seinen *Cursus mathematicus*, Würzburg 1661, S. 621–657, aufgenommen.

De Controversia Hugenium inter et Wrennum nihil hactenus mihi innotuerat, cuperemque de re tota melius edoceri; si praesertim extent quaedam ab alterutro eorum typis data: maxime vero de primo Motus Principio ejusdem Hugenii. Difficultas illa circa duo Mobilia inter se concurrentia etc. non absimilis est huic. An si globus A impellatur directe et perpendiculariter in s globum B ejusdem Molis et ponderis, quiescentem, tota vis globi A ita transeat in B globum, ut A post percussionis instans, plane immobilis persistat, altero B moto velocitate illa, quae ipsi A inerat. Non defuerunt Viri docti, qui oppositas tuerentur sententias, rationibus in speciem sat solidis. Ego jam nunc de causa hac pronunciare nolo, id alteri temporis servaturus, ex hac enim lite decisa, prior facile mihi videtur componenda.

10 Experimenta Florentina, quae eleganti sermone Etrusco conscripta Lucem viderunt, 47 inscripta sunt hoc fere titulo. *I Saggi delle Naturali Esperienze etc. fatte dall' Academia di Cimento* etc. hoc est Probationes Experimentorum Naturalium factorum ab Academia Velitationis, sub directione Ser^{mi} Principis Leopoldi Cardinalis Medicei. Hujus sumptibus facta, conscripta, et impressa sunt, et Exemplaria omnia ab eo solo dispensata, donoque missa ad 15 varios Principes, et eruditos Viros. Latinitate donanda erant, sed necdum Latine redditia erant exeunte Januario, quo ego Florentia abii, et vix hoc Anno speranda est Editio haec Florentiae, nisi fiat alibi. Plura etiam, rebus Florentiae sic stantibus, ab ea Academia non sunt expectanda, nisi Principis animus eo rursum propendeat, et impedimenta, quae intercesserant, amoveat.

P. Kircherus noster Senex Antiquitatibus suis nunc videtur impensius affici, et iis quae 20 Polyglottiam sapiunt: Mathematica enim ab eo tractari non possunt, ut quae applicationem aliquam requirunt, quam ille obtinere non potest, quotidianis visitationibus Exterorum, et interpellationibus Magnatum Curiae Romanae distractus. Dabit is in Lucem proxime Arcam Noë, *Turrim Babel*, et alia similis argumenti. Contra ea quae in *Mundo suo Subterraneo* disceptavit de Lapide Philosophorum ut vocant, sive Tinctura Metallorum transmutatoria, 25 multas habuit oppositiones ex Italia et aliunde, et mihi met coram constanter in eadem sententia

1 Controversia . . . Wrennum: der durch die frühere Veröffentlichung der Bewegungsgesetze Wrens in den *Philosophical Transactions* ausgelöste Prioritätsstreit mit Huygens; vgl. CHR. WREN, *Theory concerning the same subject* [d.h. General laws of motion] (enth.: *Lex naturae de collisione corporum*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 43, 11. Januar 1668/9, S. 867 f., u. CHR. HUYGENS, *A summary account of the laws of motion* (enth.: *Regulae de motu corporum ex mutuo impulsu*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 46, 12. April 1669, S. 925–928 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 6, S. 429–433), sowie Leibniz' Auseinandersetzung mit diesen Theorien in den Vorarbeiten zur *Theoria motus abstracti*, bes. *De rationibus motus* (VI, 2 N. 38.). 11 f. *Saggi di naturali esperienze, fatte nell' Accademia del Cimento . . . descritte dal segretario* [d.i. F. Magalotti] *di essa accademia*, Florenz 1666 [erschienenen 1667]. 15 Latinitate donanda erant: Eine lat. Übersetzung erschien erst 1731 u.d.T. *Tentamina experimentorum naturalium captorum in Academia del cimento*. 16 abii: Kochański verließ Florenz im Januar 1670, um einen Posten als Mathematiklehrer in Prag anzutreten. 23 A. KIRCHER, *Arca Noë in tres libros digesta*, Amsterdam 1675. 23 A. KIRCHER, *Turris Babel, Tomus I., quo structura turris, nec non aliarum prodigiosarum fabricarum monumenta exponuntur*, Amsterdam 1673 [mehr nicht erschienen]. 24 disceptavit: A. KIRCHER, *Mundus subterraneus*, 2 Bde, Amsterdam 1664–1665; zum *Lapis philosophorum* vgl. Bd II, S. 250–284. 25 oppositiones: Als Kritiker führt Kircher in seinem Brief an Langenmantel vom 1. März 1679 Salomon de Blauenstein (pseudonym), Valerianus Branicini, Johannes Zwelfer und Gabriel Clauder an; vgl. H. A. LANGENMANTEL, *Fasciculus epistolarum Adm. R.P. Athanasii Kircheri Soc. Jesu, . . . complectentium materias philosophico-mathematico-medicas*, Augsburg 1684, S. 35 f.


perstare visus est affirmando impossibilem: Tu autem Cl^{me} Vir quid ea de re pronuncias? Lubens audiam; ut qui ea in difficultate, Philosopho non indigna, penitus perscrutanda aliquid operaे collocavi.

P. Honorati Fabry *Physica Experimentis innixa jam lucem vidit Lugduni: vidique unum exemplar illius nuper Venetiis, sed nonnisi obiter, ut itinerantibus licet. Crede mihi visurum Te* 5
rem tanto viri ingenio non indignam, aut certe conatu. Ego quamprimum potero curabo mihi Opus istud Francofurto huc adferri. Promittit in eo plura similia, prout ea de re ab illo plenius edocebor Epistola quam expecto.

Accipiam etiam, ut spero, brevi Epistolam, et nuncium de Opere Physico-Mathematico P. Francisci Lana qui Bresciane prodibit Lingua Italica, quanquam Author mihi Florentiae mon- 10
straverit conscriptum a se Latina. Habebit is pariter non pauca curiosa; est enim ejus fere genii,
quo Schottus meus extitit, et fortassis plus arridebit palato Curiosorum aevi nostri.

Inventum Grandamici quoad Meridianum Magneticum Universalem, sunt qui probent, sunt qui rejiciant. Loquor de Italis; qui tamen demonstrative falsi convicerit vidi neminem. Mihi defectu Magnetis validi sphaericice conformati rem Experimento probare non licuit. 15
Expecto Olyssipone Magnetes ab uno e meis quondam Florentiae discipulis, ibi nunc degente,
*qui optimos quos ibi reperire poterit Orientales, mihi huc Amsterodamo vel Hamburgo miss- urum se pollicitus est. Observatio porro Grandamici sic habet. Magnes Sphaericus Raticulae e subere, vel alteri vasculo aquis innatanti imponatur ea ratione, ut Polus ejus *b* Borealis, hoc est ille qui sibi relictus Borealem Coeli plagam, sive verius Telluris polum *B* spectat, in raticula 20 48
*vergat deorsum Nadir versus, adeoque ad Centrum Telluris; Australis autem *a* respiciat Zenith:*
*Hoc enim modo constitutus Magnes, post aliquot hinc et inde reciprocationes in Liquido *cd**
Horizonti parallelo disponet quasdam suas partes constanter in Austrum, et oppositas in Boream: Quare si in Terrella sic consistente, ope Lineae Meridianae accurate repertae, per aliquod e Problematibus Astronomicis, designetur in superficie Terellae Meridianus Circulus, 25
erit is universalis pro omnibus Terrae locis, citra usitatam illam Declinationem Magneticam,
*tantopere variam et inconstarem. Haec fere Grandamicus in Libello quem inscripsit: *Nova**
Demonstratio Immobilitatis Terrae etc. Flexiae in 4^{to} A^o 1645. Et Inventum hoc esset sane
*pulcherrimum si sibi constaret; verum ego videor mihi Demonstrationis illius Paralogismum**

⁴ H. FABRI, *Physica, id est, scientia rerum corporearum in decem tractatus distributa*, 4 Bde, Lyon 1669–1671. Zum Zeitpunkt unseres Briefes, durch den Leibniz auf Fabris Schrift aufmerksam gemacht wird, lagen nur einzelne Trakte gedruckt vor, von denen Leibniz wenig später umfangreiche Exzerpte erstellt hat (VI, 2 N. 39). ⁸ Epistola: nicht nachgewiesen. ⁹ Epistolam: nicht nachgewiesen. ^{9 f.} Opere: F. T. DE LANA, *Prodromo overo saggio di alcune inventioni nuove premesso all' arte maestra*, Brescia 1670. ^{10 f.} monstraverit: wohl das Manuskript von F. T. DE LANA, *Magisterium naturae et artis. Opus physico-mathematicum*, 3 Bde, Brixen u. Parma 1684–1692. ^{13–28} Inventum Grandamici: vgl. J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magneticā*, La Flèche 1645, cap. III, S. 44 f. ^{18–27} Magnes . . . inconstarem: vgl. Leibniz' Anfragen an Oldenburg vom 11. März 1670 (N. 46) u. 9. Mai 1670 (N. 57). Die Beschreibung des Experiments, die er am 18. Juni 1670 Oldenburg gibt (N. 64), hat er fast wörtlich von Kochański übernommen.



jam nunc, dum haec scribo, deprehendisse. Sed ea de re pluribus alias. Tu interim Cl^{me} Vir haec quae multas inter occupationes festinato exaravi, aequi bonique consule; malui enim nunc a Te in hac prima Epistola mea plenitudinem in respondendo, quam promptitudinem desiderari. Vale. Praga 7. Junii 1670.

Nobilis et Clar^{mae} D. V^{rae} Addictissimus
Adamus Adamandus Kochanski Soc^{tis} Jesu.

Nobili, Clar^{mo} Consultissimoque Viro, D^{no} Gottfredo
10 Guilielmo Leibnitio U. J. Doctori mihi plurimum observando. Moguntiam.

23. ATHANASIUS KIRCHER AN LEIBNIZ

Rom, 23. Juni 1670. [20a.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 473, Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 1 1/2 S. (Unsere Druckvorlage.)
15 A Abschrift (von der Hand Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 56–57. 1 Bog. 2°. 3 1/2 S.
E¹ II, 1 (1926) N. 23 (nach A).
E² P. FRIEDLÄNDER, *Ath. Kircher u. Leibniz in Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia*, XIII, 1937, S. 232–233 (nach K).

20 Kircher antwortet mit unserem Brief, dem er ein nicht gefundenes Verzeichnis seiner Schriften beifügt, auf N. 20a. Ein weiterer Briefwechsel lässt sich nicht belegen, jedoch durch Fabris Brief an Leibniz vom 14. November 1671 (N. 90, S. 297.8) nachweisen, wo es heißt: »Dedi R.P. Kirker, uti jusseras, Epistolam tuam, et hortatus sum illum, ut aliquid responderet«. Fabri bezieht sich damit auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz an Kircher, der einem ebenfalls nicht gefundenen Brief von Leibniz an Fabri, wohl vom Mai 1671, 25 beigeschlossen war.

:48 || Praenobilis et clar^{me} Vir¹

Insigni animi mei voluptate legi, quas dederas, omni humanitatis genere confertas literas.

Unde tanto mihi acciderunt gratiories, quanto ex abdita quadam et magnetica ingenii mihi simillimi συμφύσει mihi magis arridebant. Gaudeo itaque tibique intime congratulor de

30 ¹ Auf Bl. 2 v° von Leibniz' Hand: P. Kircher. Romae 23. Iun. 1670

insolita ingenii tui foecunditate, quae eam tibi vel in primo juventutis flore, artium scientiarumque saturam peperit; quae vel in isthac aetate modum excedere videatur. Opusculum tuum *de legibus artis combinatoriae*, jam dudum luci datum necdum vidi, nihil tamen mihi antiquius foret, si eo quandoque frui liceret. Quod vero mea hucusque opera luci commissa nonnihil apud innatam tibi benignitatem, esse patiaris, id nequaquam propriis meis viribus, sed superno 5 luminum Patri, cuius gratia vivo et morior, adscribas velim; quae si viro literato defuerit, caeteros omnes humani ingenii conatus et labores puram petam vanitatem esse tibi || persuadeas. Rhabdologiae pantosophae quod desiderabas secretum, quo ex tabellarum varie combinatarum, translatione, idiotae quoque ad quaelibet quaesita respondere possint, necdum luci dare licuit; tum ob ingentes labores, in tabellis inscribendis tolerandos, tum ob continuam 10 negotiorum heteroclitorum farraginem; librosque praelo parandos, quibus ita distineor, ut vix respirandi mihi tempus supersit; satagam tamen ut unus ex discipulis meis, memorata arcana suo tempore in lucem ducat. Porro quae de heliotropica materia in *Arte magnetica* proposita scire desiderabas; nihil aliud scias fuisse, quam doronici herbae quam Pardalianchen Botanici vocant Florem; qua et etiamnum felici sane successu ad horas monstrandas non sine intuentium 15 admiratione utor; hoc tamen habet vitii ut corrupto flore, veluti indignabunda a pericyclosi se subtrahat. Utrum vero sub vestro climate frigidiori eundem effectum praestitura sit, vos videbitis. De terrella magnetica vel etiam acu longiori, quam exactissime librata, sese ad polorum elevationes depressionesque accommodante, quod attinet; non duntaxat verum est, sed etiam a NN Patribus, in Indiam orientalem ultra citraque commeantibus, ita magno Nautarum 20 modo comprobatum fuit, ut de eo nullum amplius dubium supersit. Quod tandem mihi videatur de nova omnium linguarum radice, ex qua universalis lingua constitui possit, aperte tibi dicam. Ego sane plurimum et circa hoc argumentum jussu Ferd. III. Caesaris si ullus alias me laborasse fateor; sed frustra; idem feci, quod illi, qui aquam cribro haurire stolidius conantur. Unde ne tempus inutili labore consumerem; institutum sub ἀδυνατίᾳ chao veluti desperatum 25 reliqui. Affaniae sunt istae insolentium Thrasonum. Verum cum hujusmodi thema in novo opere, quod *Turris Babel* inscribitur, sequenti forsitan anno praelo subdendo (Utrum nimur lingua universalis ex radicibus primiarum linguarum deduci possit) quam exactissime exco-

1 quae (1) tamen (2) eam tibi | vel erg. | K

3 LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig 1666 (VI, 1 N. 8). 13 A. KIRCHER, *Magnes sive de arte magnetica opus tripartitum*, lib. III, p. V, cap. 3, 3. Aufl. Rom 1654, S. 505–511. 26 Affaniae . . . Thrasonum: vgl. TERENZ, *Eunuchen*. Thraso ist dort ein schwatzhafter Soldat. 27 Kirchers *Turris Babel* erschien erst 1673 in Amsterdam u.d.T. *Turris Babel*, Tomus I., quo structura turris, nec non aliarum prodigiōsarum fabricarum monumenta exponuntur; vgl. die Ergänzungen von Leibniz zu einem *Index Kircherianus* (VI, 3 N. 14, S. 210 f.). Leibniz erwartete Kirchers Buch schon länger (vgl. N. 40, S. 132.28); weitere Bände sind nicht erschienen.

lam; eo Te suo tempore remitto. Cum itaque Caesareae curiositati satisfacere nequirem, occasione ejus aliam methodum detexi quam *Polygraphiam universalem* inscribo; qua modum demonstro, quo quilibet etiam non nisi vernacula lingua instructus cum totius orbis Nationibus et populis, reciproco literarum commercio correspondere queat; Quae cum παράδοξα vide-
5 rentur; primus omnium Alex. VII. Pont. Max. me praesente, cum desiderato successu, periculum fecit; quod et Caesarem fecisse, se ipse, literis ad me datis significavit. Non dubito quin jam librum videris et legeris; post primam enim editionem, Lugduni Gallorum statim recusus fuit et a Jansonio 10 linguarum additamento suo tempore, Deo dante, sub magno tomo luci dabitur. Ex quo, quanta sub Arte Combinatoria arcana lateant, cognosces. Mitto tibi hisce
10 catalogum librorum meorum, ut quid hucusque a me in Reip. lit^{iae} bonum operum² prodierit, aut proditum sit, comperias. Vale doctissime vir, amicitiae meae decus, et gloria, et uti coepisti, me amare ne cesses.

Praenob. et clar^{mæ} Dⁿis Tuae Servus prompt. et studios^{mus}
Romae 23 Junii 1670.

Athanasius Kircherus.

15 24. LEIBNIZ AN JEAN CHAPELAIN (?)

[1. Hälfte 1670.]

Überlieferung:

- l* Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LH II, 2, 4, Bl. 1–5. 5 Bl. 2°. 9 Sp.
E II, 1 (1926) N. 24.

20 Unser nur in einer Abschrift (von fremder Hand) der nicht gefundenen Abfertigung überlieferter Brief war Beischluß zu einem verschlossenen Brief von Philipp Jakob Spener an Chapelain und wurde wohl vor dem 1. Juli 1670 abgesandt. Leibniz schreibt am 21. Oktober 1670 an Johann Heinrich Boeckler, er habe über Spener »tecto nomine« an Chapelain geschrieben, aber keine Antwort erhalten (I, 1 S. 106). Schon am 1. Juli 1670 hatte ihm Horb mitgeteilt (I, 1 N. 49), Chapelain habe von Leibniz keinen Brief erhalten, worauf sich Leibniz in seinem
25 Brief an Spener vom 10. September (I, 1 N. 52) bezieht. Auch Carcavy bemerkte noch ein Jahr später im Juni 1671 (N. 61), er habe keinen Brief an Chapelain zu Gesicht bekommen. Von da aus ist es fraglich, ob der Brief seinen Adressaten erreicht hat. Da der Briefwechsel zwischen Leibniz und Spener Ende 1669/Anfang 1670 beginnt und Horbs Feststellung vom 1. Juli 1670 ist, kann unser Brief auf die erste Hälfte 1670 datiert werden.

² In A: Zusatzbemerkung wohl vom Schreiber: Habetur catalogus ille bibliothec. Soc. Jesu.

2 A. KIRCHER, *Polygraphia nova et universalis ex combinatoria arte detecta*, Rom 1663. 7 f. Lugduni
... fuit: Eine in Lyon erschienene Ausgabe der *Polygraphia* ist nicht bekannt. Johannes Janssonius von
Waesberge brachte erst in Amsterdam 1680 eine zweite Auflage der *Polygraphia* heraus. 10 catalogum
librorum: Es handelt sich wohl um den *Catalogus librorum a P. Athanasio Kirchero S.J. hucusque editorum*,
Rom 1657.

Daß es sich bei unserem Brief um dieses an Chapelain gerichtete, aber bei ihm wohl nicht eingetroffene Schreiben handelt, machen auch die Angaben zu seinem Inhalt in den erwähnten Briefen von Horb und Spener sehr wahrscheinlich. Die in der hier als Fußnote wiedergegebenen Bemerkung von Leibniz vermutete Zugehörigkeit zum Briefwechsel mit Ludolf dürfte daher nicht zutreffend sein, zumal die Korrespondenz mit dem Sprachgelehrten Hiob Ludolf erst Ende 1687 (I, 5 N. 10), die mit dem Rußland- und Orientforscher Heinrich 5 Wilhelm Ludolf erst 1697 (I, 15 N. 114) beginnt.

Bl. 5 unserer Abschrift ist linksseitig so ausgeschnitten, daß oben lediglich ein dreieckiges Stück stehen gelassen wurde, auf dem sich die Bemerkung von Leibniz befindet. Am unteren Ende des Blattes blieb ein Streifen übrig, auf dem sich zwei Zeilen des Textschlusses befinden, die aus Raumgründen über die gesamte Breite der Seite geschrieben wurden. Am Fuß der Seiten finden sich Zitatbeginne, die während der Mainzer Zeit 10 10 wohl für eine Bearbeitung des *Corpus juris* (vgl. VI, 2 N. 30) eingebracht worden sind.

Die Abschrift weist eine Reihe von gravierenden Verlesungen oder sogar Lücken auf, die vom Herausgeber gekennzeichnet und korrigiert oder ergänzt wurden.

|| Vir Amplissime¹

:50

Quod ad Te sine veniae praefatione scribo, id Tibi ipsi imputandum est, cujus in ea 15 dignitate ac doctrina notissima humanitas ad me usque hominem alioqui rerum personarum non admodum peritum pervenit. Sed nec moranda sunt tempora Tua, quibus sine damno publico detrahi nihil potest. Quod res est igitur, cujusque causa hanc mihi scribendi audaciam sumpsi, breviter eloquar. Ex quo Jurisprudentiae animum appuli, ita tamen ut sine aliarum scientiarum viatico accedendum non putarem, a solidiore philosophia recens, quae praeter experimenta aut 20 demonstrationes, id est sensus rationisque stabilimenta admittit nihil, eadem quantum materia caperet, in hac justi injustique scientia inquirere coepi: tanto impatientius, quanto mihi magis operae pretium videbatur animi quam corporis motibus regulam dare posse. Cumque videmus, duo enim nunc in hanc rem consensimus, quod in Naturae cognitione experimenta sunt, [id] in hoc negotio esse leges, utrobique enim sensus, facti, historiae res agitur, et quod illic 25 sunt abstractae, a solis definitionibus pendentes, ac sine sensus adminiculo certae, de magnitudine seu numero partium, figura, et motu demonstrationes, Arithmeticae, Geometricae et [Phoronomicae]; id hoc loco esse invictas, atque omni Exceptione majores, nisi quas ipsae sibi invicem complicatae faciunt, regulas ac ratiocinationes Juris aequitatisque

¹ Leibniz hat in späteren Jahren bemerkt: Gehört glaub ich zum briefe ad Ludolphum, 30 ist bey juridicis.

24 f. ut l ändert Hrsg.

28 Phoronoticae l ändert Hrsg.

19 Ex . . . appuli: Schon 1664 erschien in Leipzig als erste größere juristische Schrift Leibniz' *Specimen quaestionum philosophicarum ex jure collectarum* (VI, 1 N. 4). 24 duo enim: Leibniz arbeitete zusammen mit dem kur-mainzischen Hofrat Hermann Andreas Lasser an der Verbesserung des *Corpus juris civilis*.

(quanquam haec duo longe lateque differunt) naturalis: dandam nobis operam censuimus, ut utriusque tractationis conjunctione existere aliquod artis σύστημα posset, solvendis quaestionibus, quibuscumque dictis indictisve suffecturum. Sed cum infinitum esset (non minus fere quam in pactis privatorum) ad locorum omnium consuetudines, ac Jura singularia (velut 5 conventiones publicas) se dimittere, quibus singulae fere villae variant, incipendum nobis ab illo Jure censuimus, quod vulgo etiam commune vocatur, quodque tradi sine localibus illis potest, non contra localia sine ipso. Tale autem Europae pene totius consensu Romanum habetur, recepto passim usu judiciorum, ut silentibus locorum moribus, in casu proposito, Romanis legibus stetur, non ulla parendi necessitate, sed evidentissima commoditate suadente.

10 Cum enim tanto melius sint constituta judicia, quanto minus arbitrio judicis relictum est, id est quanto magis lex ipsa affectibus vacua pro judge est: nullus autem extet liber legum in orbe terrarum, qui plures dubitationes definierit, in quo plus ubertatis, cum subtilissimae profunditatis incredibili velocitate conjunctum sit, quam in Romani Juris Corpore, Digestis praesertim, || cernimus et mirum non est potissimas Gentes Europaeas tamdiu eo se jure regi passas 15 esse. Neque enim nudius tertius invaluit haec ejus authoritas, aut ab Irnerio referenda est Juris Romani existimatio, cum Codex Theodosianus, quanquam interpolatus a Gothis, inde usque a Barbarorum irruptionibus in sacris pariter ac civilibus negotiis apud omnes judices prudentes (Westphalica illa, ac nescio quae alia repentina ab ipsis rusticis exercita, unde Germanis *Goh[gerichte]* dicuntur, ipsa barbarie oblitterata judicia semper excipo) in summo fuerit 20 honore, eique et decreta sacrorum Conciliorum, et Capitula Regum Imperatorumque, et ipsae feudorum consuetudines sese accommodaverint, donec integris Justiniani voluminibus repertis, majori luce a populis avide arrepta, Theodosianus Codex obfuscaretur, ac prope interiret, quae omnia locis scriptorum medii aevi adductis firmare doctis superfluum, pro caeteris [nimis] operosum.

25 Cum igitur haec Juris Romani commoditas, casus etiam orituros, propemodum incredibili copia praeveniens, usum surgentibus persuasisset, mox intervenit causa, quae prope nos sperato fructu fraudaret. Cum enim leges istae adeo copiosae, ideo receptae essent, ut vel difficillima de [jure] inquisitione levaretur, vel inconsulta temeritate, aut malitiosis gratificationibus prohiberetur Judex, factum est e contrario, earum obscuritate et confusione, ut neque in tanta rerum 30 sylva in promtu esset, quaerenti etiam quae extaret decisio, neque reperta, prae reconditarum vocum ac rituum veterum tenebris satis intelligeretur. Ita propemodum deterius actum cum Jud[icibus] est, quam si nulla unquam lex scripta extisset, pari utrobius Juris incertitudine, hoc solo majore reorum commodo, et quod hinc sequitur auctiore civium depravata tamen libertate, quod excogitatis processus anfractibus ipsi Juri Romano incognitis, tueri se diutius 35 liceret Juris scripti specie, at *{si nulla}* lex extaret, soli judicantis libidini submittenda confessim voluntas esset. Sed hic libertatis civium gradus, ut frustrari jura liceat, non minus, quam

impunitas scelerum exosus legum conditoribus esse debet, reperiendumque inter tyrannidem et licentiam medium est, ut neque nullis, aut justo paucioribus legibus [existentibus, Turcico ritu promptissimis quidem,] at sordidissimis atque improbissimis Judicum Barbarorum sententiis stetur; neque prae legum obscuritate ac confusione, innumeris tergiversationibus, etiam veri Juris executio eludatur. Hoc autem ut consequamur, duo in Republica bene constituta satis manifestum est necessaria esse, nimirum ut et legum et judiciorum habitus, huic fini sit aptatus. Quod fiet, si utrobique ordo, claritas, promptitudo obtineatur, obtinebitur autem non nisi Rectores Rerumpublicarum hanc curam ad animum suum revocant. Ac sane agnoscit orbis, maximum Regem vestrum, sapientissimosque ejus ministros, magnam jam tum partem hujus emendationis foeliciter assecutos, postquam nuper Ludovici Vestri Adeodati Codice ordo 10 Judiciorum eam formam accepit, cui parem nescio an facile liceat nunc tota Europa reperire, atque illud effectum est, ut primo hoc in saltu (neque enim simul omnia agi possunt) magna sit pars prostrata ac pulsa pessimae depravationis. ||

Superest igitur, ut in ipsas leges nunc emendandas aliquid solito efficacius tentetur, adimaturque potestas improbis hominibus, innumerabili densorum sophismatum agmine, velut 15 pulvrea nube objecta, perspicacissimis etiam Judicibus usum oculorum adimendi. Cum autem sine summa rerum perturbatione novae de integro, absque ulla ad Jus Romanum relatione condi leges commode non possint, nisi velimus omnem scriptorum, commentatorum, tractatorum, et quod est gravius, Arestorum, Praejudiciorum, Observationum antea editarum, ubique se ad Romana Jura referentium, usum e Republica velut uno ictu tollere, et certum sit, si novae leges 20 sapienter condantur, non usque adeo a Romanis discrepaturas, ut novatione quadam atque universali commutatione opus sit, ac praeterea ordinato jure Romano succurri omnibus Europae Rebuspublicis, vinculumque gentium non leve conserva[ri] possit, ut de usu scholarum, studiorumque ratione aliquoquin prorsus immutanda, de Juris Canonici Romani firmantis catholica latitudine nihil dicam: manifestum est, ut ad prima redeamus, a legibus Romanis Reconcin- 25 nandis, ac cum naturali Jure foederandis ordiendum esse, cum frustra futurum sit, leges Gentis cujusque [habere] ordinatissimas, Romanis confusionem retinentibus, quamdui illis silentibus, ad Romanas recurrere in foro permissum permittendumque est. Nec refert, quod multa conti- nentur Jure Romano Rerumpublicarum statui adversa, nam et illa passim a populis sponte naturae mutata sunt, summa nihilominus salva, et ut omnino omnia [eliminentur], necesse est 30 primum, quid sit tandem Juris Romani, ita plene perfecteque, sed tamen et breviter constet, ut uno velut ictu oculi percurri fundamenta ejus omnia, atque inter se cum Republica nostra

2 f. promptissimis quidem, existentibus Turcico ritu, *l ändert Hrsg.*
30 eluminentur *l ändert Hrsg.*

23 conservare *l ändert Hrsg.*

2 Turcico ritu: vgl. *Breviarium* (IV, 1 N. 16). 9 maximum Regem: d.i. Ludwig XIV. 10 f. Ludovici . . . accepit: wohl gemeint der Erlass Ludwigs XIV. die Reform der Justiz betreffend: *Ordonnance de Louys XIV. roy de France, et de Navarre. Donnée à S. Germain en Laye au mois d'avril 1667*, Paris 1667.

comparari possint. Legum autem Romanarum verba singula hoc tempore expositionem aliam magnopere non desiderant, post immortales Cujacii, aliorumque maxime Vestratium, et hos ipsi Corpori κατὰ πόδα accommodantis Dionysii Gothofredi labores, quam mens, ordo, connexio, lux mutua, regulaeque universales, decisionum omnium matres, quibus tanta singularium 5 casuum copia, in pauca ac rationi omnium reddenda suffectura Elementa reducatur; hoc demum est, quod paucissimi suspiciuntur, tentavere vix ulli, nemo effecit, sed quo tamen diutius careri non potest, si quidem praesens lux eruditissimi saeculi etiam in Jurisprudentiam diffundi debet.

Nimirum Vir Amplissime, nos illud profitemur, quidquid in Toto Romani Juris Corpore 10 constitutum est, redigi posse in exigua quaedam Elementa, ac paucas propositiones, aliquot velut Geographicis Chartis, uno obtutu lustrabilibus, tabulas Chronologicas [Pe]tavianas non multum excedentibus, clarissimas, popularissimas, omnibus terminis technicis quos vocant carentes, rustico linguae, qua scribuntur perito intelligendas, quas qui vel memoria teneat, vel oculis objectas habeat, ipsa velut oculari applicatione (prorsus ut olim ab actore aut Reo 15 commonstranda in albo Praetoris actio, aut exceptio erat, qua volebat uti) solvere ex Jure Romano casum quemlibet propositum, exiguo ad meditandum spatio sumpto possit. Illis || propositionibus leges Romanae quantae quantae sunt, virtute continebuntur, ita ut si omnes perditae essent, posset mens earum, ex solis illis propositionibus superstibus restituiri, [ac] assignari, vel paragraphus quidem, iis cognitis, ipse sponte consequatur. Operosissima res, adde 20 et multae et profundae meditationis, sed certissimi tamen eventus, si insistatur, nam ubique ita comparatum est, ut prima Principia ac velut Alphabeta sciendi non sint vasta, non speciosa, non difficultia, quorum tamen combinatione infinitae propemodum varietates oriuntur, quas quidem Analythica Methodo ad minima usque dissolvere, in ipsa centra ac summa tot undique permeantium linearum capita inquirere, mox invento jam initio, ac velut [filo Ariadnae] detecto 25 releggere vestigia componendo, atque nihil vacillanti gradu, naturales rerum propagationes, ad omnes usque factorum species legibus singulatim comprehensas persequi, magnae nemo difitebitur operae esse, tanto tamen et initio asperioris, et in regressu mollioris, quanto taediosius aequales licet propemodum labores agricola sustinet, cum messem exspectat, quam cum converrit.

30 His igitur Elementis Juris Romani binis prope tabulis comprehendendis, si demonstrata separatis Elementa Juris Naturalis addiderimus, fuerimusque ex illa combinatione ratiocinati, omnes facile leges inde deducemus. Quin etiam hoc amplius, ea ratione Jus finitum erit, habebunturque omnium casuum solutiones, quos vel fingere licebit. Quoniam id a nobis ubique observatur, ut quemadmodum cessante Jure locali, stamus communis Romano, ita cessante

18 nec *l ändert Hrsg.*

24 filaria duce *dariüber § l ändert Hrsg.*

11 tabulas Chronologicas Petavianas: D. PETAU, *Rationarium temporum, in partes duas, libros tredecim tributas*, Paris 1633 u.ö.

Romano stetur Naturali. Naturali autem Jure nulla Quaestio indecisa relinquiri potest, necesse est enim aliquid Justum esse, licet nulla lex, consuetudo nulla, nullus commentarius in Orbe terrarum extaret. At vero objicit aliquis, esto verum omnia naturali Jure definiri posse, an ideo ea statim definitio in promptu quaerentibus erit? Omnino inquam, quemadmodum enim post extantia Euclidis *Elementa*, nulla est excogitabilis figura, quae non praescripta methodo (si 5 quem non taedeat diuturnis subjectionibus operam impendere, uti in dimensione Circuli fecit Archimedes, et qui multo longius progressus est, Ludolphus a Colonia) solvi ita possit, ut error sit insensibilis, quod in praxi sufficit, ita spondere ausim Elementa ejus, quod natura justum est, ita in clara luce poni posse, ut facti Quaestione constituta, aut seposita, in potestate cujusque sit, qui attentionem tantum atque inquirendi patientiam affert, non errare; sed et in facti Quaestione 10 [constituenda] eae regulae suppetunt, quas qui sequitur, etiam facti sive certitudinem sive praesumptionem sive probabilitatem hujusque gradum certum id est evidenter verum reddere, vel quod idem, demonstrare potest. Illud enim pro certo haberi debet, non minusclare probabilium probabilitatem, quam certorum certitudinem demonstrari posse, probabilium inquam, sed vere, nam quibus datur oppositum probilibus, eorum probabilitas, sive nulla, sive quod 15 eodem recidit exceptione elisa est, uti quorum praesumptio contraria probatione evacuatur, eorum praesumptio, si non nulla, saltem nulli aequivalens, id est elisa est. Ejusmodi Naturalis Juris Elementa satis constat nullibi extare hactenus. Nam || incomparabilis Grotius, cui eruditio 20 nis summae laudem nemo sanus ademerit, haud pauca, sane verissime dixit, sed vix quicquam disputationi contrariae exemit, id est demonstravit. Demonstrare autem est, propositionem certam reddere, certum est, cuius veritas clara, ac velut ocularis est. Veritas autem clara ac velut ocularis redi non potest perfectior, quam si nulla assumatur vox, nisi satis distinete explicata, nulla propositio nisi probata; probatio autem non fiat, nisi quadam catena perpetua propositionum velut quibusdam annulis implexarum; catena autem generatim sumpta, est ejusmodi rerum series, in qua initium sequentis, includitur fini antecedentis, cuius in propositionibus specimen, vel hac ipsa periodo dedimus. Ut taceam plurima esse in Grotio maximi momenti, quae neque sustineri possunt, et Principiis Jurisprudentiae penitus [perturbandis] apta nata sunt. Inepte autem a nonnullis objicitur, demonstrationes Mathematicas in Jure dari non posse. Quis enim prudens figurarum hic delineationes promiserit, quis sapiens certitudinem denegarit. Nam si nulla a natura prodita est certa Justi regula, necesse est, Justitiae vocem ne 25 definiri quidem posse, sed esse nudum nomen, quale est *Blitiri*. Ubicunque enim possibilis est definitio (seu clara vocis explicatio) ibi possibilis est certitudo seu demonstratio. Vocem autem

11 constituenda l ändert Hrsg. 22 f. distinete | satis streicht Hrsg. | explicata l 27 perturbantis l
änder Hrsg.

7 Ludolphus a Colonia: vgl. LUDOLPH VAN CEULEN, *Van den Circkel*, Delft 1596 u.ö. Leibniz kannte die lat. Übersetzung *De circulo et adscriptis liber*, Leiden 1619. 13 f. probabilium probabilitatem: 1670 arbeitete Leibniz an einer *Doctrina de gradibus probabilitatis*; vgl. VI, 1 S. 281.

hanc nihil significare, consensui omnium mortalium, aut hac aut alia, quam aequipollenter agnoscunt, utentium, repugnat. Ingeniosissimus Hobbes tanto mentis acumine, tanto demonstrandis, id est sua omnia clare distinque explicandi artificio, potuisset nos omni hoc onere levare, nisi Principium assumpsisset Justo Angustius, conservationem scilicet pacis, ex 5 qua non omnia, sed quaedam tantum Juris naturalis Theorematu demonstrari possunt, cum ipsum demonstrandum sit ex alio longe universaliore. Par est ratio de Grotii hypothesi, qui conservationem societatis humanae principium Justi aequique constituit, quod rursus est Justo angustius. Ut taceam nec Grotium ex eo ea constantia, qua ex suo Hobbium ratiocinari, Hobbium autem ad specialiora conventionum, successionum, possessionum, dominiorum, dam- 10 norum non descendisse, quod ei faciendum est, qui Juris naturalis Elementa ad usum fori accommodare velit, ut leges civiles silentes supplere possit. Nihil dicam de hypothesi Cardinalis Sfortiae Pallavicini, in *Dialogis de Bono*, quoniam ex ea Elementa non deduxit, nihil de Thomae [Angli] Statera, Puffendorffii ac Veldeni *Elementis*, Scharrockii *Officiis*, Guilielmi Grotii *Principiis*, Klenckii *Institutionibus*, quorum similiumque librorum ne authores quidem 15 rem absolutam profitentur.

Porro Elementis Juris Romani exigua, quam dixi, atque uni obtutui subjecta tabula comprehensis, Elementis autem Juris naturalis separatim, exiguo libello demonstratis consequens erit, amborum matrimonio foecundissimam tot [Theo]rematum sobolem procreandam, quot facti species separatim Legibus Romani Juris comprehenduntur, suamque cuilibet legem, qua 55 continetur adjiciendam. Cumque alia lex ex Elementis mediatus, immediatusve profluat, alia sit filiae, alia neptis instar futura, evidens est ea ratione, pulchra quadam continuatarum legum, || pariter ac Theorematum se generantium serie, Corpus Juris Romani Reconcinnatum absoluvi posse. Quae Methodus ab ea, cui hactenus Juris^{C^{ti}} Methodiae institere, tantum differt, quantum Methodus Euclidea a Ramea, Ramus enim continua subdivisionibus ac subdistinctionibus, 25 terminum termino, vocabulum vocabulo connectit, Euclides continua demonstrationibus propositionem propositioni, unde fit, ut quemadmodum ait Hobbes, illa methodus sit verbifica, haec scientifica. Pari ratione Methodiae nostri, Bodinus, Petrus Gregorius, et ipse diligentissimus licet accuratissimusque Vigelius, ut de Connani ac Donelli laboribus, quia non absolutis nihil dicam, subdistinxere tantum ac subdivisere semper, nunquam regulas paucas, universales, 30 exceptione carentes, omnibus casibus solvendis suffecturas exhibuere, nunquam ex iis continua quadam serie ratiocinationis, legum omnium velut ex hypothesibus phaenomenorum rationem reddidere.

Tria igitur potissimum molimur. Elementa bina, una Juris Romani aliquot chartis oculiter inclusa, quae qui teneat, sola ex iis consequentia solvere omnes casus queat. Altera

13 Abbii l ändert Hrsg.

26 f. ait Hobbes: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, I, 1, 7 (M.O.L. I, S. 6–9).

Elementa Juris naturalis brevi libello demonstrata, quorum ope colligere ex Elementis Romani consequentias liceat. Tertium Corpus ipsum Juris Romani Reconcinnatum, id est leges omnes, 5 ipsis verbis naturalissimo ordine sibi subjectas, atque ex Elementis illis continua progressionē demonstratas, quibus subjicietur omnium non Legum tantum, sed et Paragraphorum Juris Romani Index, ut appareat ne paragraphum quidem esse, qui non sit digestus, qui non sit ex hypothesibus positivi, et Axiomatibus naturalis Juris demonstratus.

Reddita igitur omnium legum vel a ratione naturali, vel ab alia lege pendentium ratione (praeter ea[s] scilicet, quae puri sunt arbitrii, [quarum] rationes conjecturales, vel etiam certas ex historia aut suspicione reddere [licet], cum Imperat[or]is alicujus scilicet animus saepe vel libidine quadam innovandi, vel stimulis foeminarum, vel avaritia ministrorum, vel status privati 10 ratione huc illuc agitatus, et pleraque etiam plebiscita, ac senatus Consulta, per tumultus affectusque lata sint, id est jam ultra Jurisprudentiae ususque forensis horizontem, quis enim ignorat ex malis moribus bonas, vel mediocres natas leges, nobis autem de Juris rationibus sermo est, nec de affectibus contentium quaeritur, cum de lege servanda deliberatur), nihil poterit ad Jurisprudentiam Romanam Rationalem, nihil ad nova Juris Digesta, vix quicquam 15 etiam ad interpretationem desiderari. Ratio enim anima legis est, habeturque instar mille commentariorum, cum et cessante ratione casset lex, et eadem ratione existente ad similia porrigitur. Extendendi autem et restringendi officio quis non videt omnem interpretationem contineri. Neque difficile fuerit, his in clara luce positis proferre paulatim [pomoeria] Juris certi, et agitatas inter interpres controversias illustiores certa demonstratione dirimere, atque 20 etiam ad Jura localia potiora dirigenda pedem proferre, de quibus tamen omnibus, nihil ante illa absoluta, quae per rei naturam praemittenda sunt, promitti potest.

|| Atque haec ad Te Vir Amplissime de instituto nostro perscribenda duxi, cum Te inter primos eorum habeam, qui et intelligentia rerum, et affectu juvandi bonum publicum aliis praestant. Optarem ut per temporis tantum rationem, et aliorum Magnorum Virorum, quibus 25 vos abundatis, praeparare nobis benigna Judicia et significare tuum possis, senties ejus maximam apud nos futuram autoritatem. Quod superest — 56

8 quorum 1 ändert Hrsg.

1 Elementa Juris naturalis: vgl. VI, 1 N. 12. 2 Corpus . . . Reconcinnatum: vgl. VI, 2 N. 30.

25. LEIBNIZ AN THOMAS HOBBES

Mainz, 13./23. Juli 1670. [119.]

Überlieferung:

- 5 *L* Abfertigung: LONDON, *British Library* Ms. Add. 4294, Bl. 64–66. 1 Bog. 4°. 4 S. Eigh.
Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
- A* Abschrift von *L*: LONDON, *British Library* Ms. Add. 4294, Bl. 62–63. 1 Bog. 4°. 4 S.
- E¹* GUHRAUER, *Leibniz Biogr.*, 1. Aufl. 1842, Bd 2, Beilage, S. 61–65 (nach *L*).
- E²* F. TÖNNIES, *Leibniz und Hobbes*, in *Philosoph. Monatshefte* 23, 1887, S. 557–560.
- 10 *E³* II, 1 (1926) N. 25 (nach *L*).
- E⁴* N. MALCOLM, *Thomas Hobbes, The Correspondence*, Bd 2, Oxford 1994, S. 713–716.
- Weitere Drucke:
 1. FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 186–191 (nach *E¹*). –
 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 82–85 (nach *E¹*). – 3. GERHARDT, *Phil. Schr.*,
Bd 7, 1890, S. 572–574 (nach *E²*).
- 15 Übersetzungen:
 1. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 162–166 (Teilübers.). – 2. LOEMKER,
Philosophical Papers, 2. Aufl. 1969, S. 105–108 (Teilübers.). – 3. Moskauer Akad.-Ausg.,
Bd 1, 1982, S. 107–111. – 4. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 22–24 (Teilübers.). –
5. N. MALCOLM, *Thomas Hobbes, The Correspondence*, Bd 2, Oxford 1994, S. 716–720.

20 Leibniz hat nur zwei Briefe an Thomas Hobbes geschrieben, zwischen deren Abfassung vier Jahre liegen.
 Ob sie je in Hobbes' Hände gelangt sind, ist unklar, zumal Antwortbriefe von Hobbes an Leibniz nicht bekannt sind. Unseren ersten Brief vom 23. Juli 1670 schickte Leibniz über Johann Christian Boineburg (vgl. HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 13, S. 422) als Beilage zu einem Brief gleichen Datums an Oldenburg (N. 26), der dies mit der Bemerkung: »Litteras tuas Dn. Hobbio inscriptas rus, ubi nunc degit, transmisi. Si quid
25 responsi dederit, sine mora ad te curabitur« (N. 27) bestätigte. Die Abfertigung unseres Briefes hat Oldenburg abschreiben lassen und am Kopf der Abschrift eigenhändig vermerkt: »Apographum literarum scriptarum Dn. Hobbesio, quae obsignatae non fuerant, et meis inclusae« (*A*). Die Tatsache, daß sich die Abfertigung und die von Oldenburg veranlaßte Abschrift in direkter Folge im Nachlaß von Oldenburg finden, macht es wahrscheinlich, daß unser Brief seinen Adressaten nicht erreicht hat.

:56 30

|| Vir Amplissime,

Cum nuper ex amici Angliam lustrantis literis vivere Te adhuc et valere, ea aetate, maxima
animi voluptate intellexissem, non potui me a scribendo continere; quod, si intempestive
factum est, silendo punire poteris, mihi nihilominus satis erit affectum testari.

31 amici Angliam lustrantis: nicht nachgewiesen.

Opera Tua partim sparsim partim junctim edita pleraque me legisse credo, atque ex iis quantum ex aliis nostro seculo non multis profiteor profecisse. Nihil auribus dare soleo, sed agnoscunt hoc mecum omnes, quibus Tua, in civili doctrina scripta assequi datum est, nihil ad admirabilem in tanta brevitate evidentiam addi posse. Definitionibus nihil et rotundius et usui publico consentaneum magis; in theorematis inde deductis sunt qui haereant, sunt qui iis ad malesana abutantur, quod ego in plerisque ex ignorata applicandi ratione evenisse arbitror. Si quis generalia illa motus principia: nihil moveri incipere, nisi ab alio moveatur; corpus quiescens quantumcunque a quantulocunque, levissimo motu impelli posse, aliaque intempestivo saltu rebus sensibilibus applicuerit, nisi praeparatis animis demonstraverit pleraque quae quiescere videntur, insensibiliter moveri, vel a plebe deridebitur. Similiter si quis Tua de Civitate vel Republica demonstrata, omnibus coetibus qui vulgo ita appellantur; Tua summae potestatis attributa omnibus, Regis, Principis, Monarchae, Majestatis nomen sibi vindicantibus; Tua de summa in statu naturali licentia omnibus diversarum Rerumpublicarum civibus negotia aliqua inter se tractantibus accommodaverit, is si quid conjicio, etiam Tua sententia magnopere falleatur. Agnoscis enim multas esse in Orbe Terrarum Respublicas quae non sint una civitas, sed plures confoederatae, multos esse titulo Monarchs, in quos caeteri voluntatem suam nunquam transtulerint: neque diffiteris supposito Mundi Rectore nullum esse posse hominum statum pure naturalem extra omnem Rempublicam, cum Deus sit omnium Monarcha communis: ac proinde non recte nonnullos hypotheses Tuis licentiam impietatemque impingere. Ego qui Tua, ita ut dixi semper intellexi, fateor magnam in iis mihi lucem accensam, ad persequendum quod molior cum amico, opus Jurisprudentiae rationalis. Cum || enim obser-
varem JC^{tos} Romanos incredibili subtilitate, ac dicendi ratione luculenta Tuaeque valde simili sua quae in Pandectis conservata sunt, responsa condidisse; cum cernerem magnam eorum partem ex mero naturae jure pene demonstrando collectam, reliqua ex principiis non multis, quanquam arbitrariis, plerumque tamen ex usu Reipublicae sumtis eadem certitudine deducta; igitur cum primum in Jurisprudentia pedem posui jam a quadriennio circiter consilia agitavi, qua ratione paucissimis verbis (ad modum veteris *Edicti perpetui*) Elementa Juris ejus quod

57

10 f. vel Republica erg. L 15 Respublicas erg. L 18 pure erg. L 20 ita erg. L

7 nihil . . . moveatur: vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, II, 8, 19 (M.O.L. I, S. 102 f.). 7 f. corpus . . . posse: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, III, 15, 3 (M.O.L. I, S. 179 f.). 10 f. Tua . . . demonstrata: vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, III, 2–5 (M.O.L. II, S. 168–216); *Leviathan*, I, 14–II, 17 (M.E.W. III, S. 116–159; M.O.L. III, S. 102–131). 11 f. Tua . . . attributa: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, III, 6 (M.O.L. II, S. 216–234); *Leviathan*, II, 18 (M.E.W. III, S. 159–170; M.O.L. III, S. 132–140). 12 f. Tua . . . licentia: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, III, 1 (M.O.L. II, S. 157–167); *Leviathan*, I, 13 (M.E.W. III, S. 110–116; M.O.L. III, S. 97–102). 21 amico: d.i. Hermann Andreas Lasser, mit dem Leibniz an einer Verbesserung des *Corpus juris civilis* arbeitete; vgl. Leibniz an den Kurfürsten von Mainz, 27. März (?) 1669 (I, 1 N. 11). 27 *Edicti perpetui*: die von Salvius Julianus unter Kaiser Hadrian besorgte und mit immerwährender Autorität ausgestattete Redaktion des prätorianischen Edikts.

Romano Corpore continetur condi possint, ex quibus deinde liceat leges ejus universas velut demonstrare. Quanquam autem multa intercedent, praesertim in Imperatorum rescriptis meri juris naturalis non futura; haec tamen luculenter a caeteris discernentur, et reliquorum multitudine pensabuntur. Praesertim cum asserere ausim dimidiam Juris Romani partem meri 5 juris naturalis esse, et constet totam pene Europam eo jure uti, cum ei diserte locorum consuetudine derogatum non est.

Has tamen curas prolixas fateor ac lentas aliis nonnunquam amoenioribus interstinguo, soleo enim et quaedam quandoque de natura rerum, quanquam velut peregrinum in orbem delatus, ratiocinari. Ac de abstractis motuum rationibus, in quibus jacta a Te fundamenta mihi 10 se mirifice approbant, interdum cogitavi: et Tibi quidem prorsus assentior corpus a corpore non moveri, nisi contiguo et moto, motum qualis coepit, durare nisi sit quod impedit. In quibusdam tamen fateor me haesisse, maxime autem in eo quod causam consistentiae, seu quod idem est cohaesionis in rebus liquidam redditam non deprehendi. Nam si Reactio, ut alicubi innuere 15 videris, ejus rei unica causa est, cum reactio sit motus in oppositum impingentis, impactus autem oppositum sui non producat, erit reactio etiam sine impactu. Reactio autem est motus partium corporis a centro ad circumferentiam; ille motus aut non impeditur, et tunc exibunt partes corporis, et ita corpus suum deserent, quod est contra experientiam; aut impeditur, et tunc cessabit motus reactionis nisi externo auxilio, quale nullum hic commode reperias, resuscitetur. Ut taceam vix explicabile esse, quam ob causam unumquodque corpus in quolibet 20 puncto sensibili a centro ad circumferentiam conetur: item quomodo sola reactio rei percussae efficiat, ut tanto major sit resultantiae impetus quanto major fuit incidentiae. Cum tamen rationi consentaneum sit majorem incidentiam minuere reactionem. Sed hae dubitatiunculae meae forte ex Tuis non satis intellectis profiscuntur. Ego crediderim ad cohaesionem corporum efficiendam sufficere partium conatum ad se invicem, seu motum quo una aliam premit. Quia 25 quae se premunt sunt in conatu penetrationis. Conatus est initium, penetratio unio. Sunt ergo in initio unionis. Quae autem sunt in initio unionis, eorum initia vel termini sunt unum. Quorum Terminii sunt unum seu τὸ ἔσχατα ἐν, ea etiam Aristotele definitore non jam contigua tantum, sed continua sunt, et vere unum corpus, uno motu mobile. Has contemplationes, si quid veri 58 habent, non pauca in theoria motus novare, facile agnoscis. || Restat probem quae se premunt

1 ejus erg. L 8 et (1) nonnumquam (2) quaedam L 18 tunc (1) nisi externo (2) cessabit L
19 causam (1) unum (2) unumquodque L

10 f. corpus . . . impedit: vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, II, 9, 7; III, 15, 3 u. III, 22, 3 (M.O.L. I, S. 110 f., 179 f. u. 272). 12–14 causam consistentiae . . . impingentis: *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, 1655, cap. 15, § 4; cap. 22, § 2 u. 19; cap. 28, § 19. 24–28 Quia . . . mobile: LEIBNIZ, *Theoria motus abstracti, Fundamenta praedemonstrabilia* 15 u. 16 (VI, 2 N. 41, S. 266). 27 Aristotele: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, V, 4, 228 a 29–30 und VI, 1, 231 a 2.

esse in conatu penetrationis. Premere est conari in locum alterius adhuc inexistentis. Conatus est initium motus. Ergo initium existendi in loco in quem corpus conatur. Existere in loco in quo existit aliud est penetrasse. Ergo Pressio est conatus penetrationis. Sed haec a Te, Vir Magne exactius dijudicabuntur, quo in examinandis demonstrationibus nemo facile accuratior. Quid vero de Cl. VV. Hugenii et Wrenni circa motum theorematis sentis, quid de *Mesolabo* 5 doctissimi Slusii?

De Origine Fontium addam, quod succurrit: Tua est et acutissimi Isaaci Vossii *de Origine eorum sententia, oriri ex aqua pluvia vel nivali in montium cavernis collecta: Et sane magnam partem ita nasci largior, non omnes, cuius rei sequens non procul Moguntia experimentum non ita dudum captum accipe.* Fontem quendam novum repertum dominus fundi perficere cogitabat. Jubet igitur lutum omne effodi, quo facto in arenam incidit, nullius sensibilis humiditatis, fons plane evanuit, mane locus vaporibus e sabulo assurgentibus oppletus erat, luto ergo rursum superjecto et solidato fons rediit. Quod videtur confirmare sententiam Basilii Valentini magni inter Chemicos nominis scriptoris, vaporibus fumisque e terrae penetralibus surgentibus et fontes et metalla mineraliaque gigni: illas vero exhalationes ad continuandam naturae circulationem aëre (ex exhalationibus) et mari (e fontibus collecto) in terram redestillantibus matri sua redi; Solis prius sulphure repetendi aliquando cum novam in terrae visceribus reactionem sive displosionem fecerint, ascensus causa, impraegnatas.

De caetero utinam post opera Tua edita spicilegium adhuc aliquod Meditationum Tuarum sperare liceat, praesertim cum non dubitem tot novorum experimentorum quot ab aliquot annis 20 vestri aliique sane egregia produxere, plerorumque excogitatas Te rationes habere, quas non perire interest generis humani.

De natura Mentis utinam etiam aliquid distinctius dixisses. Quanquam enim recte definiens sensionem: reactionem permanentem, tamen, ut paulo ante dixi non datur in rerum mere

4 facile (1) exact (2) accuratior *L* 8 vel nivali *erg. L* 11 omne *erg. L* 24 mere corporearum *erg. L*

5 Hugenii et Wrenni: CHR. WREN, *Theory concerning the same subject* [d.h. General laws of motion] (enth.: *Lex naturae de collisione corporum*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 43, 11. Januar 1668/9, S. 867 f.; CHR. HUYGENS, *A summary account of the laws of motion* (enth.: *Regulae de motu corporum ex mutuo impulsu*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 46, 12. April 1669, S. 925–928 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 6, S. 429–433). Letztere sind bereits vorher auf Französisch veröffentlicht worden: *Extrait d'une lettre de M. Hugens à l'Auteur du Journal* (enth.: *Regles du mouvement dans la rencontre des corps*), in *Journal des Scavans*, 18. März 1669, S. 22–24 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 16, S. 179–181). 5 f. R. FR. DE SLUSE, [anonym], *Mesolabum*, Lüttich 1659, 2. Aufl. 1668. 7 f. Tua . . . collecta: TH. HOBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, IV, 28, 18 (M.O.L. I, S. 394); vgl. VI, 2 S. 235, bes. Z. 17–23. 7 Vossii: I. VOSSIUS, *De Nili et aliorum fluminum origine*, Den Haag 1666. Cap. 5 trägt die Überschrift: *Omnia flumina ex collectione aquae pluvialis oriri.* 13–18 sententiam Basilii: vgl. BASILIUS VALENTINUS, *Letzes Testament, darinnen die Geheime Bücher vom Grossen Stein der Uralten Weisen und anderen verborgenen Geheimnissen der Natur*, Straßburg 1667, bes. TI 1, S. 1–114. 23 f. Quanquam . . . permanentem: vgl. TH. HOBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, IV, 25, 2 (M.O.L. I, S. 317–319).

corporearum natura reactio permanens vera, sed ad sensum tantum, quae revera discontinua est, novoque aliquo externo semper excitatur. Ut proinde verear ne omnibus expensis dicendum sit in brutis non esse sensionem veram, sed apparentem, non magis quam dolor est in aqua bulliente: at veram sensionem quam in nobis experimur, non posse solo corporum motu explicari. Praesertim cum illa propositio: omnis motor est corpus, qua saepe uteris, non sit quod sciam, unquam demonstrata.

Sed quoque Te nugis meis onerabo? Desinam igitur, cum illud testatus fuero, et profiteri me passim apud amicos, et Deo dante etiam publice semper professurum, scriptorem me, qui Te et exactius et clarius et elegantius philosophatus sit, ne ipso quidem divini ingenii Cartesio demto, nosse nullum. Idque me unice optare, ut quod Cartesius tentavit magis quam perfecit, felicitati generis humani in firmando immortalitatis spe, Tu qui omnium || mortalium optime poteras, consuluisses. Cui rei supplendae Deus Te quam diutissime servet. Vale faveque

15 Vir Amplissime

Mogunt. 13/23. Jul. 1670.

Cultori nominis Tui

Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D.

et Consil. Moguntino.

15

Viro Ampl^{mo} D^{no} Thomae Hobbesio. Philosopho in paucis magno.

26. LEIBNIZ AN HEINRICH OLDENBURG

Mainz, 23. [Juli] 1670. [27.]

Überlieferung:

20 A¹ Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LONDON, Royal Society, Letter Book Original 4, S. 51–53. 2^o. 2 1/4 S. (Unsere Druckvorlage.)

A² Abschrift von A¹: LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 68–71. 2^o.

E¹ GERHARDT, Briefw. mit Math., Bd 1, 1899, S. 39–40 (nach A¹).

E² II, 1 (1926) N. 26 (nach A¹).

25 E³ HALL u. BOAS HALL, Corresp. of Oldenburg, Bd 7, 1970, S. 64–66 (nach A¹).

Übersetzung:

HALL u. BOAS HALL, Corresp. of Oldenburg, Bd 7, 1970, S. 66–67.

4 non posse erg. L

2–5 Ut proinde verear... explicari: vgl. aber TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, IV, 25, 5 (M.O.L. I, S. 320). 5 omnis...corpus: vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, a.a.O., II, 9, 7 u.ö. (M.O.L. I, S. 110 f.).

Mit diesem Brief eröffnet Leibniz seine Korrespondenz mit Oldenburg. Unsere Reihe bringt den ersten, philosophisch orientierten Teil seines Briefwechsels von 1670/71, während – abgesehen von dem sich dem Problem der Universalssprache widmenden Brief (N. 117) aus dem Zeitraum zwischen 1673 und 1676 – die spätere, stärker mathematisch-naturwissenschaftliche Korrespondenz 1673–1677 in Reihe III abgedruckt ist. Aus dieser späteren Korrespondenzphase werden wegen ihrer philosophischen Relevanz zwei Briefe auszugsweise 5 auch in unserer Reihe wiedergegeben.

Unser Brief enthielt als Beischluß Leibniz' Brief gleichen Datums an Hobbes (N. 25) und wird beantwortet durch N. 27, aus dessen Abfertigung sich das korrekte Datum ergibt.

|| Vir Ampliss^e,

:59

Ignosce quod ignotus scribo ad non ignotum; cui enim Reg. Societatem non ignorantis 10 ignotus esse possis? Et quem Societas latere possit, qui aliqua verae Eruditionis cura ducitur, verae inquam, quae paulatim vestris potissimum auspiciis a Criticorum ambulacris in arcem naturae se recipit. Est, fateor, gens gente in accipiendis his igniculis languidior; sed scis, alium aliis constantius semel haustos tenere. Nostris certe non desunt experimenta paeclarata, sed, prout nunc est Reip. Status, pro cujusque promptitudine aut invidia recondita vel aperta, quod 15 in Societates coitum non est, nec ita facile inter tot in una Resp. Respublicas coiri potest.

Me quidem, cuius alioquin potissima opera, instituto vitae meae congrua in jurisprudentia ad eas rationes prope demonstratorias revocanda, quae Philosopho utcunque severo satisfacere possint, consumitur; a natura exactius pervestiganda non pauca alia prohibuerunt: videor tamen mihi nonnulla observasse, quae fortasse conferre poterunt aliquid ad accensum a vobis verae 20 Philosophiae lumen. Nam de veris Motus rationibus Elementa quaedam condidi, ex solis terminorum definitionibus Geometrica methodo demonstrata, in quibus causam connexionis, flexionis, duritiae in corporibus, hactenus, quod sciam, a nullo explicatam aperuisse mihi videor, atque illud etiam ostendisse, Regulas illas, quas de motu incomparabiles viri Hugenius Wrennusque constituerunt, non primas, non absolutas, non liquidas esse, sed per accidentis, ob 25 certum globi Terr-aq-aërei statum, evenire (non minus quam gravitatem), non axiomata, non theorematum demonstrabilia, sed experientias, phaenomena, observationes, at felices, at paeclaras (ultra quas hactenus nemo processerit) esse; in medio tamen quiescente, vel aliter moto, alia omnia eventura. Nam et separatas meditationes habeo, quibus ex unica quadam hypothesi

17 in jurisprudentia: vgl: VI, 1 N. 4–6, 9–11, VI, 2 N. 29, 30. 21 de . . . condidi: vgl. Leibniz' Arbeiten zur *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 38 u. 41). 24 Regulas: CHR. WREN, *Theory concerning the same subject* [d.h. General laws of motion] (enth.: *Lex naturae de collisione corporum*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 43, 11. Januar 1668/9, S. 867 f.; CHR. HUYGENS, *A summary account of the laws of motion* (enth.: *Regulae de motu corporum ex mutuo impulsu*), in *Philosophical Transactions*, Nr. 46, 12. April 1669, S. 925–928 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 6, S. 429–433). Letztere sind bereits vorher auf Französisch veröffentlicht worden: *Extrait d'une lettre de M. Hugens à l'Auteur du Journal* (enth.: *Regles du mouvement dans la rencontre des corps*), in *Journal des Scavans*, 18. März 1669, S. 22–24 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 16, S. 179–181). 29–S. 96.7 Nam . . . ratione: vgl. *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40).

certi motus universalis in globo nostro Terr-aqu-aëreo (quem et Copernicus, et Tycho admittere possit) omnium motuum, quos in corporibus miramur, insueta hactenus claritate reddi ratio potest, Gravitatis, Levitatis, Paradoxorum omnium hydrostaticorum, || Mechanicorum, motus projectorum, Reflexionum, Refractionum; sed et, quod mireris, trium Chymicorum, quae 60 vocant, principiorum, a confusione vulgari ad accuratas definitiones reductorum, omniumque solutionum, reactionum, praecipitationum, idque non atomis quibusdam, non ramentis, non abstractis, sed familiari quadam, et pene mechanica ratione. Edidi etiam ante quadriennium dissertatiunculam *de Arte Combinatoria*, in qua nova non pauca, quaedam etiam forte profutura, observata sunt, sed quod per aetatem, adolescentiam vix ingressam, tunc illaboratior fuerit 10 edita, resumere aliquando cogito. Caeteroquin apud nos avide expectatur, quid Erudit, et Vos in primis, de Hugeniano Longitudinum, ope penduli, Invento sentiant, cuius mentio in *Ephem-
eridibus Gallicanis*; satisne vobis perfectum videatur; tum quae fuerit ratio quive exitus tentaminis Gallici de dulcescentia aquae marinae procuranda. A Cl^{mo} Hezenthalero habeo, quae 15 de perfecta quadam ad usum Philosophiae lingua condenda celeberrimus vester Wilkinsius deliberet. Idem significavit, Jungii *Phoranomica* lucem, quam merentur, vobis obstetricantibus, visura. Quod linguam Universalem attinet, scio, Virum aliquem Illustrum sumptuosis itineribus plerarumque orbis linguarum radices collegisse et comparasse, condendae linguae matricis causa. Sed et Athanasius Kircherus mihi scripsit, Ferdinandi III. Caesaris auspiciis multum ea

7 f. Edidi . . . *Combinatoria*: VI, 1 N. 8. 11 de Hugeniano . . . Invento: CHR. HUYGENS, *Extrait de deux lettres. L'une escripte de Londres, et l'autre de la Haye, touchant l'usage des Pendules, pour trouver les longitudes sur la mer*, in *Journal des Scavans*, 23. Februar 1665, S. 92–96 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 5, S. 204–206 u. 223); vgl. A *Narrative concerning the success of pendulum-watches at sea for the longitudes*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 1, 6. März 1664/5, S. 13–15. 11 f. mentio in *Ephemeridibus Gallicanis: Ephemerides Eruditorum anni MDCLXV*, Bd 1, Leipzig 1667 (die lat. Ausgabe des *Journal des Scavans*, Jahrgang 1665), S. 79–83. 13 tentaminis Gallici: der Versuch von Hauton, einem Arzt in Caen, vgl. P. D. HUET, *An extract of a letter from a learned French Gentleman, concerning a way of making sea-water sweet and An Extract of another letter, written by the same, concerning two experiments made for finding another passage of the urine, besides the known one; as also some circumstances relating to the precedent invention of making sea-water potable*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 67, 16. Januar 1670/1, S. 2048 u. S. 2049 f. Auf welchem Wege Leibniz von dem Versuch erfuhr, ist nicht ermittelt. Nach seiner Anfrage vom 11. März 1671 (N. 46) erhält er erst am 24. April 1671 (N. 48) von Oldenburg den Hinweis auf die *Philosophical Transactions*. 13–15 A Cl^{mo} Hezenthalero: Wie Leibniz durch Hesenthaler von Wilkins' *Essay* und der Absicht erfuhr, Jungius' *Phoranomica* zu veröffentlichen, ist nicht ermittelt. 13–15 quae . . . deliberet: vgl. J. WILKINS, *An essay towards a real character and a philosophical language*, London 1668. 15 f. Idem . . . visura: Da sich die Herausgabe von Jungius' *Phoranomica* in Deutschland verzögerte, bat Martin Fogel Oldenburg in seinem Brief vom 2. Januar 1669, eine Veröffentlichung in England anzuregen. Oldenburg hatte zuvor in seinem Brief an Fogel vom 4. April 1668 diesen ersucht, für die Publikation der *Phoranomica* zu sorgen (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 4, N. 831, S. 302; Bd 5, N. 1063, S. 305 f.). Die *Phoranomica* wurden erst 1689 (Anzeige im Messekatalog Leipzig, Ostern 1689) von Heinrich Siver in Hamburg veröffentlicht. 16 Virum: wahrscheinlich J. A. Comenius; vgl. VI, 2 N. 32, S. 129.26. 18–S. 97.2 Kircherus . . . esse: N. 23, S. 81.22. Vgl. A. KIRCHER, *Turris Babel, Tomus I, quo structura turris, nec non aliarum prodigiosarum fabricarum monumenta exponuntur*, Amsterdam 1673. Zu den vorbereiteten Bänden II und III vgl. VI, 3 N.14, S. 211.

in re a se, sed nondum pleno successu, laboratum compluraque eo in negotio observata a se in turrim *Babel*, mox edendam, translata esse. Sed nolo Te a negotiis immortalis vestrae Societatis, cui nihil decidere generis humani interest, diutius avocare. Vale, faveque Vir Amplissime,

Nominis Tui Cultori

Moguntiae [Jul.] 23. 1670.

Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D^{ri} 5
et Consil. Moguntino.

27. HEINRICH OLDENBURG AN LEIBNIZ

London, 10. (20.) August 1670. [26.28.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 695, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 4 S. (Unsere Druckvorlage.) 10
 k Abschrift wohl des nicht gefundenen Konzepts: LONDON, *Royal Society*, Letter Book Original 4, S. 82–85. 4 S. 2°. 3 S.
 A Abschrift von k: LONDON, *Royal Society*, Letter Book Copy 4, S. 111–115. 2°.
 E¹ GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 1, 1849, S. 11–13 (nach K).
 E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 41–43 (nach K). 15
 E³ II, 1 (1926) N. 27 (nach K).
 E⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 110–112 (nach K).
 Übersetzung:
 HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 112–114.

Unser Brief antwortet auf N. 26 und wird beantwortet durch N. 28. Er lag Oldenburgs Brief gleichen 20
 Datums an Boineburg bei. Letzterer bestätigte den Empfang am 24. September und sagte die Übermittlung zu
 (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, N. 1505, S. 107 u. N. 1523, S. 160).

:60
 || Ampliss^o et Consultiss^o Viro
 D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitio J.U.D. etc. Henr. Oldenburg S.P.D.

Obtinere a me non potui, Vir Consultiss^e, ut Literas tuas 13/23 julii novissimi Moguntia ad 25
 me datas silentio praeterirem. Spirant quippe humanitatem non vulgarem; quin et eximiam in
 provehenda re Philosophica voluntatem testantur. Hujusmodi nova non leviter eos afficiunt
 juvantque, qui in votis omnino habent, ut omnium gentium viri sagaces et industria velint studia

5 Aug. A¹ ändert Hrsg. nach Oldenburg 24 J.U.D. et Consil. Moguntino H. Oldenburg k 25 13/23
 Augusti novissimi k

5 Das Datum »Aug. 23. 1670.« in der Abschrift trifft nicht zu, wie aus Oldenburgs Antwort vom 20. August 1670 (N. 27) hervorgeht. 25 julii: die abweichende Datierung »Augusti« in der Abschrift und ihrer englischen Überschrift wiederholt das unzutreffende Datum aus der Abschrift von N. 26.

et exercitia sua ad augendam ornandamque solidam et feracem Philosophiam consociare. Anglia nostra eo in primis ammititur; molitur idem Gallia, et ipsa Italia: nec Germaniam opinamur post principia latere. Tu, Vir Ampliss^e, insigniorem pro aetate tua in rebus physicis tum affectum tum progressum significas, eaque de veris Motus Rationibus epistola || tua sub innuis,
 61 5 quae Salivam mihi et aliis movent, unicam illam tuam, de qua loqueris, certi motus Universalis in Globo nostro Terr-aqu-aëreo Hypothesin cognoscendi; ex qua scil. omnium, quos in corporibus est deprehendere, motuum ratio, insueta hactenus claritate, reddatur. Virum sane philosophum Te praestabis, si tanti momenti negotium confeceris, remque feceris Societati Regiae gratissimam, si Hypothesis illius summam et rationes exponere non graveris. Idem jam
 10 10 fecit de suis Motus Regulis Hugenius, aliis ipsum in eodem argumento explicando imitantibus; quorum nomina aequa ac meletemata, Cedro digna, nunquam intermorituram in Soc. Regiae Archivis, suum cuique tribuere summopere satagentibus, perennitatem consequuntur: Quod idem tuis eveniet meditationibus et inventis, si quidem in iis edisserendis et communicandis cordatum et facilem Te mihi praebueris.

15 Quam *de Arte Combinatoria Dissertationem* edidisse Te scribis, ea ad oras nostras nec dum pervenit. Eam tanto magis videre opto, quod in ea Te nova non pauca, quaedam etiam profutura observasse sub-indicas. Quae hactenus de Arte illa varii scripserunt, vanam potius loquendi de variis amplitudinem, quam judiciose disserendi et nova solida ac profutura exco-
 gitandi rationem docuerunt.

20 Societas nostra in consecrandis perpetim Experimentis laborat; unde Sylva suo tempore confertissima succrescit, amplissimam Naturae Historiam complectens, solido et feraci Physis Systemati condendo posteritati forte suffecturam. Quidam ejus Socii de variis varia nuper in lucem emiserunt. Nosti jam, quae Dn. Boyleus per aliquot annos feliciter edidit, quorum postrema sunt *de Formarum et Qualitatum Origine*; de Argumento illo, Num detur *absoluta*

2 f. opinamur (1) latere (2) post K 7 f. sane Philosophicum Te k 8 negotium expediveris,
 remque k 9 f. jam fecere de suis Motus Regulis Wallisius, Wrennus, et Hugenius, alii eos in k
 17 scripserunt, (1) | prolixam k | (2) | vanam erg. | K 22 forte erg. K

9 f. (Variante) Regulis . . . Hugenius: vgl. J. WALLIS, *A summary account given by Dr. John Wallis, of the general laws of motion, by way of letter written by him to the publisher, and communicated to the R. Society, Novemb. 26. 1668*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 43, 11. Januar 1668/9, S. 864–866. Zu Wren und Huygens vgl. N. 26. 10 aliis: vgl. Oldenburgs Einleitung zu CHR. HUYGENS, *A summary account of the laws of motion*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 46, 12. April 1669, S. 925–927 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 6, S. 429). 24 de . . . Origine: R. BOYLE, *The origine of formes and qualities, (according to the corpuscular philosophy) illustrated by considerations and experiments*, Oxford 1666; *The second edition, augmented by a discourse of subordinate formes*, Oxford 1667; lat. Oxford 1669; vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 11, 2. April 1666, S. 191–197, Nr. 28, 21. Oktober 1667, S. 532–534 u. Nr. 66, 12. Dezember 1670, S. 2034. 24–S. 99.1 *absoluta . . . corporibus*: R. BOYLE, *A discourse about the absolute rest in bodies*, in *Certain physiological essays, and other tracts*, 2. verm. Ausg. London 1669 (vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 53, 15. November 1669, S. 1069); lat. Ausg. Amsterdam 1677.

sive perfecta Quies in corporibus etiam solidissimis? *De Qualitatibus Systematicis sive Cosmicis: De Suspicionibus Cosmicis: De regionum Sub-terranearum juxta ac Sub-marinarum Temperie, Deque Maris Fundo: quibus accessit Ejusdem Introductio in Historiam de Qualitatibus particularibus.* Insuper Dn. Wallisius imprimi nuper curavit duas partes priores *Mechanicae, sive Tractatus sui Geometrici de Motu,* in quarum prima, de Motu praemittit Generalia, agitque de Gravium descensu, et Motuum Declivitate, speciatim vero de Libra doctrinam tradit: In secunda vero de Centro Gravitatis, ejusque Calculo in figuris quamplurimis Curvi-lineis, atque ex his oriundis Solidis, et Superficiebus curvis. Tertiam et ultimam partem habebimus, quamprimum per Praeli difficultates licebit. Adhaec, D^r Barrovius, priori haud impar Author, *Lectiones* edidit tum *Opticas* tum *Geometricas*, a subacti judicii Lectoribus magni aestimatas. ⁵ ¹⁰

In Anatomicis prodire D^r Lowerus *de Motu Cordis et Sanguinis;* ubi Experimenta istius generis egregia inseruntur: nec non D^r^{is} Thrustoni *de Respirationis Usu primario Diatriba.*

Non ita pridem ad manus meas e Germania pervenerunt chartae quaedam impressae, ⁶² ¹⁵ quarum Titulus; *Inventum Novum, Artis et Naturae Connubium, In copulatione Levitatis cum || Gravitate, per Artificium Siphonis, Machinae Aquaticae, et Antliae, exhibutum a Georg. Christoph. Werner, Memmingensi; excusum Augustae A. 1670.* Ait Author, Machinam hanc, non modo in minori, sed et majori forma descriptam, in aedibus ipsius, ad quorumvis conditionis hominum servitia prostare. Scire percuperem, num dicta Machina per Germaniam longe lateque innotuerit, et a viris harum rerum callentioribus laudem impetraverit. Multum me Tibi [devinxeris], Vir Spectatiss^e, si Memmingae, ubi Inventi Author degit, vel Augustae Vindelicorum, ²⁰ ubi excusus est Libellus, rei et successus veritatem sollicite inquiras, meque de re tota, et de ipsius inprimis artificii ratione perfecte edoceas.

Hugenianum Longitudinis, Penduli beneficio, Inventum adhuc in suspenso est. Existimant nonnulli, duo adhuc istius Automati complemento deesse; unum est, quod necdum perpetuo

4 f. priores (1) *Tractatus sui Geometrici de Mechanica sive (2) Mechanicae, . . . Geometrici de K 19 f. deviceris K ändert Hrsg. nach k 21–23 sollicite inquirere, meque . . . perfecte edocere dignatus fueris. Hugenianum k 24 complemento (1) abesse; (2) deesse; K*

1–4 *De Qualitatibus . . . particularibus:* R. BOYLE, *Tracts . . . about the cosmicall qualities of things; cosmicall suspitions; the temperature of the subterraneall regions; the temperature of the submarine regions; the bottom of the sea. To which is praefixt, an introduction to the history of particular qualities,* 5 Tle, Oxford 1670 (vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 63, 12. September 1670, S. 2057 f.); lat. Ausg. Amsterdam 1671. ⁴ f. J. WALLIS, *Mechanica sive de motu tractatus geometricus*, 3 Bde, London 1670–1671; vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 54, 13. Dezember 1669, S. 1086–1089, Nr. 61, 18. Juli 1670, S. 2005–2008, u. Nr. 76, 22. Oktober 1671, S. 2286 f. ⁹ I. BARROW, *Lectiones XVIII, Cantabrigiae in scholis publicis habitae, in quibus opticorum phaenomenon genuinae rationes investigantur ac exponuntur. Annexae sunt lectiones aliquot geometricae*, London 1669; Titelaufl. London 1672. – *Lectiones geometricae, in quibus (praesertim) generalia curvarum linearum symptomata declarantur*, London 1670; London 1672. – Vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 75, 18. September 1671, S. 2258 f., 2260–2263. ¹¹ f. R. LOWER, *Tractatus de corde. Item de motu, et colore sanguinis, et chyli in eum transitu*, London 1669; vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 45, 25. März 1669, S. 909–912. ¹² M. THRUSTON, *De respirationis usu primario diatriba*, London 1670; vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 56, 17. Februar 1669/70, S. 1142. ²⁴ nonnulli: vgl. Cocherel an Oldenburg, 15. Oktober 1669, und Oldenburg an Huygens, 31. Januar 1669/70 (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 6, N. 1297 u. N. 1381, S. 262–264, 458 f.; HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 7, S. 5 f.).

retineatur in situ perpendiculari; alterum, quod multum incommodi ab irregulari motu Aëris ingeratur. Spes tamen est, remedium, defectibus hisce curandis aptum, non adeo esse difficile inventu; quin degit inter nos Vir quidam Mathematicus, qui actu se invenisse remedium illud affirmat, cumque opportunum fuerit, se propalaturum pollicetur.

5 Haec sunt, quae Tuis regerenda hac vice suppetebant. Tu interim, Vir Doctiss^e, rem philosophicam ornare et augere perge. Dabam Londini d. 10 Augusti, 1670.

P. S. Litteras tuas Dn. Hobbio inscriptas rus, ubi nunc degit, transmisi. Si quid responsi dederit, sine mora ad te curabitur.

28. LEIBNIZ AN HEINRICH OLDENBURG

10 Mainz, 28. September 1670. [27.33.]

Überlieferung:

A¹ Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LONDON, Royal Society, Letter Book Original 4, S. 85–91. 7 S. 2°. 6 S. (Unsere Druckvorlage)

A² Abschrift von A¹: LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 115–123. 2°.

15 A³ Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung (von Oldenburgs Hand in einem Brief an Huygens): LEIDEN, Bibl. d. Rijksuniv., Cod. 45 (Collection Huygens), Nr. 1821. 2 Bog. 4°. 4 1/2 S.

E¹ HUYGENS, *Oeuvres*, 7, 1897, S. 48–50 (nach A³).

E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 43–47 (nach A¹).

20 E³ II, 1 (1926) N. 28 (nach A¹).

E⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 162–166 (nach A¹).

Übersetzungen:

1. HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 166–170. – 2. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 92–95 (Teilübers.).

2 non (1) pro (2) adeo K 6 ornare perge. k 6 Londini die 25. Septembris Anno 1670. k
7 f. P. S. . . . curabitur fehlt in k

3 f. Vir . . . affirmat: d.i. N. Mercator. Ward wies bei der Sitzung der Royal Society am 11. Juli 1667 auf Mercators Theorie der Längen-Bestimmung und den Gebrauch einer Pendel-Uhr dafür hin. Mercator wurde am 18. November 1669 in die Royal Society aufgenommen (BIRCH, *History*, Bd 2, S. 187, 403). Mit Namen nannte Oldenburg ihn erst in N. 33; vgl. S. 112.18. 6 d. 10 Augusti: Die unzutreffende Datierung »die 25. Septembris Anno 1670.« in der Abschrift ist vielleicht darauf zurückzuführen, daß nicht die Abfertigung, sondern wohl ein verschollenes Konzept Vorlage war. 7 Litteras: N. 25.

Unser Brief antwortet auf N. 27. Über seinen Weg berichtet Curtius am 23. Oktober (N. 31, S. 108.15). Eine Teilaabschrift fügt Oldenburg in sein Schreiben an Huygens vom 8. November 1670 (HALL, *Corresp. of Oldenburg*, VII, S. 240) ein, in dem er Leibniz diesem vorstellt. Unser Brief wird beantwortet durch N. 33. Aus dieser Antwort Oldenburghs ergibt sich, daß die erhaltenen Abschriften der verschollenen Abfertigung Leibniz' Brief nur auszugsweise wiedergeben.

5

|| *Meditationes meas de primis abstractisque Motus rationibus conceperam superiore anno Svalbaci in ipso acidularum usu, cum Clarissimus Mauritius, Juris Consultus Chiloniensis, Vir varie eruditus, ostendisset mihi in Transactionibus philosoph., quorum aliquas secum habebat, ingeniosissimorum Virorum, Hugenii Wrenniique, cogitata de rationibus motuum. Ea cum primum vidi, dixi, mihi ea Phaenomena vera videri, sed primas abstractasque Motuum rationes longe alias necessario esse; Phaenomena autem haec sane admiratione digna, si modo accurata experientia comprobata sunt, oriri ex statu Mundi; in vacuo, aut medio quiescente, omnia longe alia esse; prorsus ut gravitas motusque in gravibus acceleratio, non innata corporum vi, sed externis insensibilibusque causis contingunt. Continuo igitur sumto calamo, et scribendi impetu simul, coepi exarare, quae dudum ea de re conceperam; demonstrationibus figurisque illustrandi spatium non fuit. Bidui triduive spatio elaborata monstravi Mauritio; is cum esse sibi vobiscum usum literarum diceret, missurum se vobis pollicetur. Resumo, expolio, atque inde ei mitto; accepit sed mox extinctae conjugis domestico infortunio afflictus, rem, opinor, || ex animo dimisit, certe vobis, ut video, non misit. Cum vero supersit mihi exemplum, ex Nundinis Francofurtensibus, si qua occasio suppetit, ad vos mittam. Summa interim huc redit: Longe alias esse Motus veras Regulas, quam apparent. Nam pleraque moveri insensibiliter, quae quiescere videntur; pleraque quae videntur unum corpus, non esse nisi congeriem plurium; sensus nostros nunquam mendaces, plerumque tamen dissimulatores esse: Corporis vere quiescentis nullam resistantiam ac reactionem esse posse; imo nullam Massam, quantumcunque*

:62

63

10 de Gradibus Probabilitatis: vgl. VI, 1, N. 11, S. 426. 13 f. Bullialdo: I. BOULLIAU, *De natura lucis*, Paris 1638. 15 Cartesius . . . *Dioptricis*: vgl. R. DESCARTES, *Discours de la méthode, La dioptrique*, disc. VIH4a4tric529I 12.45eeh4429I Reeh442529I 1.2506TDI(d4T973H.2506I 1.2506T1ü.4(m88D(A.T.f.)-5060.6(f.30714.)]JTJ6.8D165-228)]

ex antiquo Manuscripto ex Polonia extracto. Scherzerus secundas nuptias cum Volckmaria juniori habuit, et valde laborare dicitur, ne Lehmannus Superintendens praeferatur ipsi in Facultate. Weigelius curis Architectonicis occupatus librorum edendorum curam negligit. Sturmius et ego versionibus tempus terimus, ille versione Antiquorum ego Gallorum. Vellem tamen 5 ut commercium literarum haberem cum Erudito quodam Gallo, id quod procurare Tibi foret perquam facile, qua in re nimium quantum me obligares. Weigelius inventum celavit quidem, subrisit tamen cum dicerem, ex hypothesi Caramuelis id oriri, qui statuit, stellas non esse corpora singularia, sed partes Coeli Empyraei per foramina ultimi Orbis lucentes. Concavam enim fieri vidi sphaeram, mobilem et juxta stellarum proportionem perforatam, quae luci
 73 10 diurnae vel etiam noctu ignibus exposita lucere facit illa foraminula. Gerikius fama quidem || non vero familiaritate notus aut literarum commercio quod vellem, tentabo tamen aliquando. Vogelium alium non novi nisi competitorem olim Kuhnii, quocum utique familiaritas mihi intercedit, degit autem Zittaviae. Sed nescio an Vogelium an Vogtium putas? Hoc forsitan nosti, quod Spira mihi relatum est, Dn. Eibenum olim nostrum offerri ad Assessoratum, ut et D.
 15 Hermes et D. Platonem. Eibenio si Sparta contingenter perquam id mihi gratum futurum esset. Sed nostine Autorem, unde haberi possint Tituli Regum et Principum maxime Germaniae? Sed pene oblitus eram, Conferentium Societatem Lipsiae plane interire, nec sustentari hodie nisi in Cypriano et Schiltero. Rogavi equidem utrumque, prospicerent, ne omnino intercideret, num vero votorum compotes simus futuri olim videbimus. Unius alteriusve arrogantiam et fastum
 20 Collegium dissolvisse audio. De caetero vale faveque.

Vir Nobilissime et Consultissime
Giessae d. 18. Dec. 1670.

Cultori Tuo
L. Fridericum Nitzschium.

9 enim (1) vidi (2) fieri vidi *K* 9 et erg. *K* 9 perforatam, (1) perqua (2) quae *K* 12 olim erg. *K*

3 curis . . . occupatus: Neben seiner Mathematikprofessur und verschiedenen administrativen Ämtern innerhalb der Universität war Weigel auch Oberbaudirektor von Sachsen-Weimar. 6 inventum: wohl gemeint E. WEIGEL, *Ober- und Unter-Welt, das ist, eine neue Art der Himmels- und Erd-Kugel, dadurch nicht allein alle Erscheinungen der Welt, so wohl im Himmel durch die beyderley Bewegungen, nach beyderley Grundsätzen der Gelehrten; als unter dem Himmel, durch Feuer, Luft, Wasser, Erdreich, mit sehr deutlichen und anmuthigen Vorbildungen dargestellt*, [Jena] 1670. 7 hypothesi Caramuelis: vgl. J. CARAMUEL Y LOBKOWITZ, *Mathesis biceps, vetus et nova*, 2 Bde, Lyon 1670, Bd II, S. 1234–1237.

35. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

Mainz, 19./29. Dezember 1670. [30.37.]

Überlieferung:*E¹* STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 68–69 (Teildruck des vierten Absatzes).*E²* KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 55–58.*E³* II, 1 (1926) N. 35 (nach *E²*).

5

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 30–32. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 32–34.

Übersetzungen:

10

1. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 95–97. – 2. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 24–25. – 3. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 277–279.

Unser Brief antwortet auf N. 30 und wird durch N. 37 beantwortet.

|| Dialogos, quibus magnam philosophiae partem complexus es, legi tandem, vidique :73
 etiam in ipsa philosophia naturali praestita a te non pauca non contempnenda, quae vulgo ne 15
 tanguntur quidem, ex quibus potissima est caussae finalis in tractandis rerum caassis crebrior
 solito mentio. Memini me in Platone legere, Socratem, cum comperisset, nescio quem, phi-
 losophum veterem, Anaxagoram credo, duo principia statuisse, materiam et mentem, scripta
 ejus maxima cum aviditate paene devorasse, ea spe, fore, ut rerum rationes vere rationales, id
 est fines, usus, ordinem disceret, sed delusum sensisse non aliter tractari a philosopho omnia, 20
 quam si sola materia rerum principium esset, ejusque necessitate mundus e tenebris caecis
 Democritica ratione emersisset. Par est physicorum recentium ratio, qui caussas materiales
 rerum quaerentes, rationales negligunt, cum tamen in eo potissimum eluceat sapientia auctoris,
 ita instituisse horologium mundi, ut cuncta deinde, velut necessitate quadam ad summam 25
 omnium harmoniam consequerentur. Opus est igitur philosophis naturalibus, qui non geome-
 triam tantum inferant physicis (geometria enim caret caussa finali), sed et quandam civilem
 scientiam in naturali exhibeant. Ipse enim mundus grandis quaedam respublica est, in qua
 mentes vel filiorum vel hostium, ceterae creaturae, servorum instar habent.
 29 somnum quoddam physicum: *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40).

14 Dialogos: JAK. THOMASIUS, *Physica perpetuo dialogo . . . adornata*, Leipzig 1670. 17–22 Socratem . . . emersisset: vgl. PLATON, *Phaidon*, 97b8–99b6. 21 f. necessitate . . . Democritica: vgl. DIOGENES LAËRTIUS, *De vitis, dogmatis et apophtegmatibus clarorum philosophorum libri X*, IX, 45. 24 horologium mundi: vgl. N. 11: *horologium Dei*. 24 f. necessitate . . . harmoniam: vgl. PLATON, *Timaios*, 28a8: καλῶν ἐξ ὀνόματης. 29 somnum quoddam physicum: *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40).

74 alium credo: cogitationem autem primae mentis, i. e. Dei (a qua ipsae secundae habent, quod || cogitant). Prima autem mens pro sapientia sua ita res initio instituit, ut non sit ei facile ad conservationem rerum opus extraordinario concursu, prorsus ut illum automatopoeum nemo laudaverit, qui quotidie aliquid in opere suo emendare cogatur.

5 His positis, venit mihi in mentem motus quidam unicus universalis in terra nostra, ex quo omnium phaenomenorum, quae in speciebus multa ac mirabilia sentimus, ratio reddi possit: generatim nunc quidem, speciatim tunc, cum phaenomena ipsa magis excussa erunt. Cum enim nihil dubitem de circulatione terrae circa centrum suum, sequetur perpetua quaedam contraria circulatio aetheris, seu corporis ejusdam subtilissimi, in quo et lux consistit, quodque a sole 10 commotum perspicuum illuminat. Dum enim terra movetur ab occidente in orientem motu diurno, aether cum luce solis circulabitur ab oriente in occidentem, quae circulatio, etsi insensibilis, omnium corporum sensibilium poros penetrat, ac plerorumque phaenomenorum caussa est. Ac primum quidem gravitatis, facit enim subtilia exsilire, densa detrudi, deinde elateris, id est restitutionis corporum, qualis sentitur in arcu, in pulvere pyro se expandente et displorente, 15 in aëre ex sclopetis pneumaticis in statum raritatis naturalis redeunte. Quod fit, quia res aut compressae nimis, aut densae, vel minus vel plus aetheris habent, quam circulatio ejus fert. Unde sub ingressu ejus porta aperta, redispurguntur. Jam ex his duobus principiis, elatere et gravitate, dum aether res nimis densas aut dispergit, aut cum ob plexum partium dispergere non potest, detrudit, ausim dicere, omnes in corporibus, cum quibus nobis commercium est, motus 20 derivari. Vim ignis et aquae, caloris et frigoris, pulveris pyri, veneni, acidi et alcali, omnium solutionum, reactionum, praecipitationum chemicarum. Ille chartae binas circiter plagulas de hoc argumento, quae nunc imprimuntur. Totum tamen hypothesis est, ut in naturalibus pleraque, sed qua nescio, an habuerimus hactenus leviorem et faciliorem.

Ad Nizolium forte contra eos, qui nobis paene totam philosophiam in Logomachiam 25 converterunt, quaedam paullo zelosius dixi, ut solet plerumque fugientibus aliquid nimia in contrarium declinatio nasci, unde nec ingrata erit censura tua, tua inquam, cuius in philosophando dicendoque rationem si tenuissent omnes, poteramus Nizolio et Ramo, et ceteris id genus censoribus carere.

Medici nostri nescio quas novas ephemerides parturiunt, aut potius parere cooperunt: 30 utinam ad gustum exterorum, qui plus experimentorum, minus allegationum desiderant.

Galliae ephemerides, quantum intelligo, exspiraverunt, languentes jam tum, ex quo Gallois, compilator, academiae naturalis regiae (sed quae parum, aut nihil edit, alia longe animo agitans) secretarius factus est. Mogunt. 19/29 Dec. 1670.

29 Ephemerides: *Miscellanea curiosa medico-physica Academiae naturae curiosorum, sive Ephemeridum medico-physicarum Germanicarum curiosarum*, Leipzig u.a. 1670 ff.; vgl. Nitzsch an Leibniz, 15. November 1670 (N. 32, S. 110.3). 65 bis in die siebziger Jahre hinein nur sporadisch. 31–33 tum . . . est: vgl. N. 9, erster Absatz. Gallois wurde 1667 Mitglied der Académie des Sciences. Zeitweilig war er in Vertretung als deren Sekretär tätig.

35a. LEIBNIZ AN JOHANN HEINRICH HORB

[Mainz,] 2.(12.) Januar 1671

Überlieferung:

- L Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 423, Bl. 9. 1 Bl. 8°. 1 $\frac{1}{4}$ S. (Unsere Druckvorlage.)
 A Abschrift von L (von der Hand Grubers): LBr 423, Bl. 10. 1 Bl. 2°. 2 S.
 E I, 1 (1923) N. 63 (nach L).
5

Aus der in den Jahren 1670 und 1671 geführten Korrespondenz mit dem Pietisten Horb geben wir nur diesen Auszug von Leibniz aus seinen Antwortschreiben auf Horbs Briefe wieder. Der Passus über den »sudor lucidus« antwortet auf Horbs Brief vom 2. Januar 1671 (I, 1 N. 61). Die Abfertigung lag einem nicht gefundenen Brief wohl gleichen Datums von Leibniz an Ph. J. Spener bei.
10

Ex responsione ad literas Horbianas 2 Jan. 1671. Styl. vet.

Memorabile est quod de Joach. Stollii sudore lucido refers. Memini in Borelli *observationibus* similia exempla legere, sed obiter, ac sine circumstantiarum luce relata. Constat et Bartolinum peculiari opusculo *de animalium luce* disseruisse. Hyeme efflorescere, rationi 15 consentaneum est, quo tempore intestini caloris vis major. Saccarum collisum, pilos felium mulcendo frictos, in tenebris micare, squamas etiam piscium nonnullorum lucere constat. Lucem equidem certum est esse motum partium corporis lucidi intestinum tam fortē ut partes emissae in omne circa punctum sensibile motum propagent, differreque a calore sola subtilitate. Erit ergo flos quasi quidam caloris bene depurati. Nec refert, quod calor tactu non 20

12 Ex responsione Leibnitii ad literas Horbianas praecedentes, d. 11. Januar. 1671. stil. vet. A
 13 Joachimi A 19 sensibile (1) lucem | (2) motum erg. | L

13 quod . . . refers: Joachim Stolle (1615–1678), zusammen mit Horb Schwager des Begründers des Pietismus, Philipp Jacob Spener, war Hofprediger und Kaplan am Hof der Gräfin Agatha von Rappoltstein, einer Patin Speners. Horb berichtet in seinem Brief an Leibniz vom 2. Januar 1671 über sein Zusammentreffen mit Stolle im Elsaß: »... mentionem eius [Stollii] nuper feci apud amicos Parisinos, per quos sine dubio collegio curiosorum Regio innotescet ab aequinoctio autumnali ad vernum usque lucem excutere solet vestimentis, indusio praesertim, tibialibus, et nonnunquam interula, maxime ubi indumentum decussatim palma aut cylindro quassaveris. Est autem ea unius seu eiusdem semper seu coloris seu splendoris, quavis stella candicantior, nullius caloris tactilis inter excussum crepat. Quod si materia uberior sit, sponte sua scintillulas stellarum simiolas proluclat. expecto judicium tantorum Virorum.« (I, 1 N. 61, S. 110). 13 f. in . . . legere: P. BOREL, *Historiarum et Observationum Medico-Physicarum Centuria IV*, Paris 1657 u.ö., centuria I, observatio 3: *Caro nocte lucens*. Am Ende dieser *observatio* wird auf Bartholins Schrift *De luce animalium* hingewiesen. 15 peculiari opusculo: TH. BARTHOLIN, *De luce animalium libri III*, Leiden 1643.

sentitur, nam et cicindelae tactu frigidae sunt, quas tamen lucem longa ad solem apricatione aestivis diebus colligere credibile est. Erit ergo sudor lucens, nihil aliud quam calor (ignis) purus et subtilis, humori viscoso sed bene subacto et transparenti, uno verbo Gelatinæ mixtus. Gelatinæ enim omnes die lucent, noctu non omnes. Stollianam autem etiam noctu⁵ lucere ex tuis suspicor, quod discrimen in solo gradu consistit.

Cum diu multumque cogitassem de hypothesi quadam Physica struenda, quae phaenomenis omnibus satisfaceret, visus sum mihi tandem pretium operae nonnullum fecisse, detexisse enim mihi videor motum quendam universalem in globo nostro, ex quo solo quod mireris pene omnium globi nostri phaenomenorum, directionum, attractionum, sympathiarum, anti-pathiarum, reactionum, praecipitationum, gravitatis, vis Elasticae, ratio peti possit. Forte dicta hic sunt quaedam quae hactenus a nullo. Non quod possim aut ego, aut quisquam, paucis exceptis, in quibus ars naturam imitari potest (quod unicum causae proximae cognitae κριτήριον est), proximas atque plenas rerum naturalium causas exhibere. Nam qui hoc posset, esset in natura omnipotens, quidlibet facturus: materia enim omnium eadem est.
Sed quod non contemnendum ad veram causam integrum gradus sit, nosse veram causam motricem, etsi omnes ejus determinationes, vias, gradus, combinationes, applicationes nosse hactenus nemini mortalium datum sit.

36. ERICH MAURITIUS AN LEIBNIZ

Speyer, 7. (17.) Januar 1671.

20

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 618, Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 1 1/2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.
E II, 1 (1926) N. 36.

Leibniz hat dem Juristen Erich Mauritius eine frühe Fassung seiner *Theoria motus abstracti* wahrscheinlich Ende 1669 gesandt, nachdem dieser ihm während des gemeinsamen Aufenthalts in Bad Schwalbach im September angeboten hatte, die Schrift an die Royal Society in London zu schicken. Zu diesem Zweck leitete Mauritius sie zunächst an Martin Fogel in Hamburg weiter, der sie aber wegen offensichtlicher Mängel zurückhielt.

Ein schriftlicher Austausch zwischen Leibniz und Mauritius bereits im April 1670 ist durch N. 19 und N. 20 belegt. Ob sich die Korrespondenz nach unserem Brief fortgesetzt hat, läßt sich nicht ermitteln.

Das abweichende Datum auf dem Umschlag könnte ein Indiz dafür sein, daß unser Brief erst am 19. Januar 30 abgegangen ist.

6 cogitassem . . . struenda: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40). Den Grundgedanken einer »hypothesis physica nova« entwickelte Leibniz wahrscheinlich schon im Frühjahr 1670 und berichtete darüber in seinem ersten Brief an Oldenburg vom 23. Juli 1670 (N. 26). Ende des Jahres 1670 war die Schrift wohl schon teilweise im Druck; vgl. VI, 2 S. 219 f.

|| Amplissime, et consultissime, Vir, Fautor et Amice honoratissime,

:75

Non committendum putavi, Doctissime Leibnitzi, quin circa novi hujus anni felicia exordia, prospера omnia, et Tibi et studiis tuis appreccarer, simulque moram dilatae per menses aliquot scriptionis purgarem, cuius ista unica causa est, quod, quae per me confecta voluisti negotia, absque tamen culpa mea, non nisi sero expedita dare mihi licuerit. Duo erant, ni fallor, 5 quae fidei meae concredisti. Primum ut in Angliam Societati Regiae transmittenrentur illa quae de motu meditari voluisti: tum ut Catalogum MSS^{torum} Gottorpiensium tibi procurarem. Atque hunc quidem tandem (amissus enim per aliquot menses dicebatur) nactus sum, et descriptum Tibi tradam, ubi Maguntiae vel Francofurti tecum sermones copulare licuerit; istas vero de motu Meditationes Doctori Fogelio Hamburgensi misi, qui quod aliter de motu sentiat, quam 10 indoles illius a te explicatur, ceu sero demum intellexi, ambigere coepit, an transmittenda tua essent in Angliam; admonitus tamen a me ne ultra cunctaretur, se certo transmissurum illa in se recepit, nec ambigo jam ante septimanas aliquot redditia esse Societati. Legi interim praefationem doctam quam praefigere voluisti Nizolii operi hactenus desiderato, factamque ibi honorificam mei mentionem observavi, quo nomine gratias Tibi habeo maximas. Nova quaedam 15 mecum fero e Gallia et Anglia praecipue de quibus coram agendi, ubi Maguntiam vel Francofurtum venero, occasionem exspecto. Vale et Fave

Tuo

Erico Mauritio D.

Scrib. Spirae volante ut vides calamo VII Jan. MDCLXXI.

Viro Nobilissimo, Amplissimo et Consultissimo Dn. G. Leibnitzio J.U.D. celeberrimo et 20 Eminentissimi Electoris Maguntini Consiliario dexterimo, Fautori et Amico honoratissimo.

Mayntz. Ericus Mauritius Spirae d. 9. Jan. 1671.

16 agendi, (1) | occasionem, versehentlich nicht gestr. | si (2) ubi K

7 Catalogum . . . procurarem: vgl. Leibniz' Bemerkung zu einem Brief von Graevius am 27. April 1671 (I, 1 N. 83): »NB. Ex Maurit. literis Gottorpiensia MS^a«. 9–12 istas . . . Angliam: vgl. Leibniz an Fogel, 13. Februar 1671 (N. 41). 13 nec ambigo: die Übersendung durch Fogel erfolgte wohl nicht. Erst am 9. Mai 1671 fügt Leibniz eine spätere Fassung seinem Brief an Oldenburg (N. 57) bei. 13–15 praefationem . . . mentionem: VI, 2 N. 54; Erwähnung von Mauritius dort auf S. 402 f.

37. JAKOB THOMASIUS AN LEIBNIZ

Leipzig, 7. (17.) Januar 1671. [35.50.]

Überlieferung:E¹ STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 4 (Teildruck aus dem zweiten Absatz).5 E² KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 50–52. (Unsere Druckvorlage.)E³ II, 1 (1926) N. 37 (nach E²).

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 28–29. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875,
S. 35–36.10 Übersetzung:
BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 301–303.

Unser Brief antwortet auf N. 35 und wird durch N. 50 beantwortet.

:75 || Non merebantur *dialogi physici* mei elogium illud, quod iis tribuis. Majore merito
 provocabit eruditorum plausus vel illud schediasma tuum, de quo scribis, cuiusque veluti
 15 summam literis tuis complecteris. In quo cum legerem aetherem illum, quem ais cum luce solis
 circa terram ferri, videbar euidem agnoscere aliquid, si non idem, saltem forsitan simile aetheri
 de quo ago p. 46, 47, *physicorum*. Qua in re forte decipior, tamdiu tamen hic error me
 delectabit, donec ipsam voluptatem alia depellat, ubi ex te didicero certiora. Pro carmine, quod
 76 mittis, || habeo gratias. Nunc disputatio quaedam habenda me praeside de feminarum eruditione
 20 prelo tradita est. Eam occasione proxima mittam.

Cum jam in manibus ea esset typographi, notitia demum facta mihi est, libelli, cui titulus:
Ehren-Preiß des Frauenzimmers, auctore cancellario Fuldensi Schützio, cui personatus quidam
 Poliandinus respondit, qui et inde libellum suum nominavit: *gestürzten Ehrenpreiß*. Ea re
 factum, ut vix duobus verbis tangere licuerit in disputatione nostra hos duos libellos, vocando
 25 alioqui sub accuratiorem censuram. Decrevi tamen de iis aliquid, ut solemus, praefari. Schütz-
 zium intelligo apostamat esse, unde venit mihi in mentem suspicari, nomen Ignatii, quod cum

14 schediasma: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40).

15 literis: vgl. N. 35.

17 *physicorum*: JAK. THOMASIUS, *Physica perpetuo Dialogo . . . adornata*, Leipzig 1670, cap. VIII: *De Affec-**tionibus unitis externis, loco (ubi et de vacuo,) ac tempore*, § 120–126. 18 Pro carmine: wohl gemeint dasGedicht *In Coadjutorem Moguntinum* (IV, 1 N. 25), das Leibniz wohl 1670 für Lothar Friedrich von Metternich,

Coadjutor des Mainzer Kurfürsten Johann Philipp von Schönborn, Bischof von Speyer und 1673–1675 selbst

Kurfürst, verfaßt hat; vgl. Conrings Anerkennung des Gedichtes in N. 44. 19 f. disputatio . . . tradita est: JAK.

THOMASIUS, [Praes.], *Diatribe academica de foeminarum eruditione*. [Resp.], J. Sauerbrei, Leipzig 1671. DieDisputation fand am 14. Januar 1671 statt. 22 *Ehren-Preiß*: W. I. SCHÜTZ, *Ehrenpreis des Frauenzimmers,**oder Erörterung der Frage, ob das weibliche Geschlecht dem männlichen an Verstand gleich sey*, Frankfurt 1663.23 Poliandinus respondit: POLIANDINUS (d.i. Johann Gorgias), *Gestürzter Ehrenpreiß, des hochlöblichen**Frauenzimmers Oder Verhädiger Männlichen Geschlechts*, o.O. 1666.

Wilhelmo praefert, ipsi inditum esse in professione religionis novae. Poliandinum ajunt, nescio quem esse, Johannem Gorgiam, Transylvanum, hominem nescio an religionis nostrae, dissolutae certe vitae, et e patria profugum, cum ancillae patris vitium intulisset. Ejusdem quoque ajunt esse, *den Jungferlichen Zeit-Vertreiber*, nomine Veriphantoris editum, scriptum impurum. Quae me res movit, ut crederem, feminei sexus designationem, qua plenum est scriptum ejus, 5 Schütziano oppositum, non ex alio fonte proficisci, quam quod feminas non aliunde aestimaret, quam ex eo abusu, quo scorta impuri hominis humores foedos matularum instar excipiunt. Sic vicissim impulsum Schützium credebam tenero quodam, sed coniugali in hunc sexum amore, et misericordia versus eas, quae a viris duriter tractantur; nam in ejusmodi viros aculeum subinde emittit; indignatione insuper in eos, qui optimo sexui convicia dicunt: Huc enim referebam 10 historiam de nescio quo nobili incivili, qui ex itinere Gallico nihil aliud retulerat domum, quam in feminas convicia. Narro tibi somnia mea, ut ex te veriora sive de Schützio, sive de Poliandino discam. Tametsi enim non exspectabit ista praefatio mea tuas literas, jucundum tamen erit, hujus ut ita dicam, monomachiae historiam per te cognoscere. Ajunt esse Schützium insigni munere affectum ab imperatrice, cui dedicavit libellum, tolerabilem, nisi Agrippam 15 secutus, quem semel citat, passim describit, altius levasset hunc sexum, quam eum locaverat creator.

Est et aliud quiddam, in quo velim opera tua uti. Suntne tibi notae orationes Nicolai Schoenbergii Cardinalis, coram Julio II. Pontifice, habitae, *de pugna Christi cum diabolo in deserto*, quas *Bibliotheca* Gesneri memorat. Eas apud nos etiam a. 1511 editas esse didici e 20 postilla Bausthiana in illud Evangelium, sed frustra quaesivi in nostris bibliothecis: magnopere tamen vellem, vel ipsas, vel apographon earum procurare possem ex illa familia maximo cuidam viro. Quaeso, si me potes, adjuva. Bene vale amice optime, et Illustrissimo Boineburgio fausta quaeque a me, in hunc et sequentes annos, quos et tibi felicissimos fluere iubeat Deus, precare. Lips. d. 7 Jan. anni ineuntis, 1671. 25

14–18 Ajunt Schüzium, Cancellarium Fuldensem (qui *Ehrenpreis des Frauenzimmers* scripsit, cui personatus quidam Poliandrinus respondit in Libello, *gestutzter Ehrenpreis*) insigni munere esse affectum. Est *E*¹

3 f. Ejusdem . . . impurum: VERIPHANTOR (d.i. J. Gorgias), *Jungferlicher-Zeit-Vertreiber. Darinnen meistenteils alle jungferlichen Kurtzweilen, welcher sie sich zu gebrauchen, so wol heimlich, als öffentlich pflegen, entdecket werden*, o.O. 1665. 15 f. Agrippam: H. C. AGRIPPA, *De nobilitate et praecellentia foeminei sexus*, Köln 1532. 18–20 orationes . . . memorat: N. VON SCHÖNBERG, *Orationes quinque sacrae de admiranda Christi pugna cum diabolo in deserto vel potius divinorum eloquiorum enodationes facundissimae, pregnantissimis sententiis referte, coram Julio II. totque cardinalium cetu, Rome*, Leipzig 1512. 20 memorat: Der Hinweis auf die *Orationes* findet sich in Gesners *Bibliotheca universalis* in den Ausgaben von 1574 und 1583 auf S. 632. 21 Bausthiana: J. VON BEUST, *Enarratio Evangeliorum*, Leipzig 1590. In der zweiten Aufl. von 1599 u.d.T. *Orthodoxa enarratio Evangeliorum* findet sich auf S. 299 der Hinweis: »Hic silentio praeterire non possum . . . Nicolaum de Schönberg de hoc Evangelio Romae habuisse quinque Orationes coram Pontifice, Iulio secundo, totque Cardinalium coetu, magna cum laude. Quas orationes Iohannes de Schleinitz, Canonicus Misnensis, Nicolai consobrinus, typis excudi curavit Lipsiae, Anno 1511.« Das Buch erschien 1512.

38. LEIBNIZ AN MARTIN FOGEL
Mainz, [14./24.] Januar 1671. [41.]

Überlieferung:

- 5 E¹ KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 314–317.
 E² II, 1 (1926) N. 38.
 Weiterer Druck:
 DUTENS, *Opera omnia*, Bd 5, 1768, S. 539–541.

Unser Brief, der Beischluß zu einem nicht gefunden Schreiben gleichen Datums von Leibniz an Wedderkopf gewesen ist, stellt den Beginn seiner kurzen Korrespondenz mit dem Hamburger Arzt und Philosophen
 10 Martin Fogel dar. Auf keinen der Briefe ist eine Antwort Fogels bekannt.
 Da für Leibniz in Mainz der neue Stil maßgeblich war, dürfte es sich bei der Datumsangabe alten Stils um einen Lapsus handeln.

:77 || Quod ignotus ad non ignotum scribo, pro celebrata humanitate Tua, aegre spero non feres. Causa atque occasio haec est: Cum fuerit mihi hactenus cum viris aliquot egregie doctis
 15 commercium literarium, eorumque complures, potissimum autem Amplissimus Mauritus Tui et plurimam et honorificentissimam fecerint mentionem, saliva mihi mota est, et cupiditas excitata eruditionis pariter atque exquisitiae humanitatis Tuae, si qua mererer, aliquatenus degustandae, praesertim cum ad Amplissimum Wedderkopfum, vobis vicinum, scribendi ratio esset. Sed hoc sermonis genere Tu diutius paginam completri non feres. Ad rem igitur literariam
 20 venio, de qua Tibi qualicumque loqui non omnino ingratum spero. Apud nos, fateor, studia solidiora frigent, nisi quatenus vicinitatis afflatus incalescunt. Gallicas *Ephemerides* aliquamdiu vertit Nitschius noster, sed nunc fonte arescente destituitur, quando Gallosius ipse, ex quo Academiae Curiosorum Regis Secretarius factus est, *Ephemeridum* curam deseruit. Honorati Fabri *physicae* pars 1 et 2 prodiit, egregium pignus secutarum. Ex literis Celeberrimi Olden-
 25 burgeri, Societatis Regiae Britannicae Secretarii, didici strenue apud eos insisti experimentis; Boylium quoque nuper edidisse nonnulla, atque inter cetera *suspiciones systematicas seu Cosmicas*, tractatumque *de regionibus subterraneis et submarinis*, deque fundo maris. Barrovii

21 f. Gallicas . . . noster: *Ephemerides Eruditorum Anni 1665–1670*. Lat. Übers. des *Journal des Scavans*, Bd 1–5, v. Fr. Nitzsch, Leipzig und Gießen 1667–1671. 22 f. Gallosius . . . deseruit: Jean Gallois, von 1666–1675 Redakteur des *Journal des Scavans*, ab 1667 Mitglied der *Académie des Sciences* und zeitweilig als Vertreter ihr Sekretär, gab von 1666–1673 das *Journal des Scavans* heraus. Die ursprünglich 1665 von Denis de Sallo begründete Ausgabe war schon im gleichen Jahr ins Stocken geraten. 24–S. 127.1 Ex . . . *respirationis*: vgl. Oldenburgs ersten Brief an Leibniz, 20. August 1670 (N. 27). 26 Boylium . . . edidisse nonnulla: u.a. R. BOYLE, *Tracts . . . about the cosmicall qualities of things, cosmicall suspitions; the temperature of the subterraneall regions; the temperature of the submarine regions; the bottom of the sea. To which is praefixt an introduction to the history of particular qualities*, 5 Tle, Oxford 1670 (vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 63, 12. September 1670, S. 2057 f.). 27 Barrovii: I. BARROW, *Lectiones XVIII, Cantabrigiae in scholis publicis habitae; in quibus opticorum phaenomenon genuinae rationes investigantur, ac exponuntur. Annexae sunt lectiones aliquot geometricae*. Titelaufl. London 1669; London 1672.

item *praelectiones opticas* et Trestoni librum laudat *de vero usu respirationis*.

Audio in Anglia Tubos opticos non parva in dies incrementa accipere, sed nihil dum certi resciscere licuit, speroque ejus rei certiorem notitiam Tibi debere. Elliptica ab iis, atque ex aliis forsan sectionibus conicis parata vitra fieri ajunt, de quibus multa hactenus exigua certitudine jactata sunt. Scio Cartesium, Lanam et alios plurimum eis tribuere contra Hobbiūm, alios nihil.⁵ Wilkinsii Angli *Character realis, cum lingua philosophica* Tibi dudum fortasse visus est, in hac apud Hamburgenses Anglicani commercii facilitate. Majoris faciunt nonnulli media, quam finem, id est, eruditissima multa in eum locum ab auctore congesta, quam ipsam cum suo charactere linguam.

Quid de Magni Jungii vestri posthumis sperandum est? [Phoronomiam] ejus, tum de¹⁰ Insectis lucubrations, nemo est, qui in publico conspicere non optet. Si qua alia restant, per Te discere desidero.

Academiam Florentinam valde refriguisse scripsit mihi P. Kochanski ex S.J. vir eruditus, qui aliquamdiu Florentiae fuit. Malpighii *Bombycem* in Anglia editum magni fieri audio,¹⁵ ipsosque Anglos in nonnullis, Indico-occidentalibus locis, praecpta ejus cum fructu sequi coepisse. Vidistine Joh. Bap. Hamelii, Ecclesiae Baiocensis Cancellarii (ejus, qui *de Consensu veteris ac || novae philosophiae eleganter admodum scripsit*) librum recens editum, *de corporum affectionibus, cum manifestis tum occultis*, quem propediem me habiturum spero, et valde laudari audio.

Non possum quin addam rem memorabilem recens ad me perscriptam: Joachim. Stollius,²⁰ vir in Alsatia eruditus, habet hoc, ut ab aequinoctio autumnali ad vernum usque Lucem indumentis excutiat. Sane memini me similia quaedam exempla apud Borellum in *observat.* legere, rem etiam attingi a Bartholino in Tr. *de luce animalium*, sed circumstantiam de hyemali

78

10 Philonomiam E¹ ändert Hrsg.

1 Trestoni librum: M. THRUSTON, *De respirationis usu primario diatriba*, London 1670. Das Werk wurde in den *Philosophical Transactions* Nr. 56, 17. Februar 1669/70, S. 1142 besprochen. 6 J. WILKINS, *An essay towards a real character and a philosophical language*, London 1668. 10 Phoronomiam: J. JUNGIUS, *Phoronomica, seu Doctrina de motu locali, e. Ms. per Henricum Siverum Matheseos Professorem Hamburgensem, adjectis Diagrammati figurisque aeri insculptis*, Hamburg 1689. 11 de Insectis: Arbeiten von Jungius zu diesem Thema sind nicht nachgewiesen; vgl. dessen *Historia vermium*, Hamburg 1691. 13 scripsit: Adam Amandus Kochański an Leibniz, 7. Juni 1670 (N. 22). 14 M. MALPIGHI, *Dissertatio epistolica de bombyce*, hrsg. v. H. Oldenburg, London 1669. 16 J.-B. DU HAMEL, *De consensu veteris et novae philosophiae*. Paris 1666. 18 J. B. DU HAMEL, *De corporum affectionibus cum manifestis, tum occultis, libri duo, seu promotae per experimenta philosophiae specimen*, Paris 1670. 20–22 perscriptam: Horb an Leibniz, 2. Januar 1671 (I, 1 N. 61); vgl. auch Leibniz an Horb, 12. Januar 1671 (N. 35a). 23–S. 128.2 P. BOREL, *Historiarum et Observationum Medico-Physicarum Centuria IV*, Paris 1657 u.ö., centuria I, observatio 3: *Caro nocte lucens*. Am Ende der *observatio* wird auf Bartholins Schrift *De luce animalium* hingewiesen. 23 TH. BARTHOLIN, *De luce animalium libri III*, Leiden 1643.

tempore nondum notatam memini, quanquam rationi consentaneam, major enim eo tempore vis caloris interni. Est autem lux flos caloris et quasi calor attenuatus, crassum supplens in iis etiam, quae sensibili calore carent. Unde in piscibus fortissimus saepe pulsus, calor tamen sensus nullus; quem tamen gelatinæ piscium, saepe noctu, semper interdiu splendenti, inesse,
5 etsi frigus tactu percipiatur, absurdum non est.

Quid Amplissimus Edzardus, quem virum magni facio, ac mecum omnes, bono publico moliatur, per Te nosse opto, quemadmodum et alia de Cibone, et Tuo illo, qui Tibi cum eruditissimis passim viris intercedit, librario corresponsu. Vale, ac si memor fave, Cultori Tuo sedulo Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D. Moguntiae 13/24 Jan. 1671.

¹⁰ 39. FRIEDRICH NITZSCH AN LEIBNIZ

Gießen, 15. (25.) Januar 1671. [34.43.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 686, Bl. 7–8. 1 Bog. 4°. 1 $\frac{1}{3}$ S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E II, 1 (1926) N. 39 (Teildruck).

¹⁵ Hintergrund unseres Briefes, den wir im Gegensatz zur Erstauflage nicht in Regestenform, sondern vollständig drucken, sind die seit vielen Jahren gegenüber der Universität Gießen bestehenden Schulden der Stadt Erfurt in Höhe von 1400 fl. Nitzsch übermittelt eine Bitte der Universität um Leibniz' Rat, wie sie Schuld und Zinsen eintreiben könne, nachdem die Stadt Erfurt entschieden hat, rückständige Zinsen künftig nicht mehr zu zahlen. Eine Reaktion von Leibniz auf diese Anfrage ist nicht bekannt.

²⁰ Vir Nobilissime atque Amplissime Fautor et Amice Honoratissime.

:78 || Ultimas meas, in quibus ad utrasque Tuas, quas ad me simul fere dare, dignatus eras, accepisti credo. Jam cum nova sese offerat occasio scribendi, has quoque superaddere debeo. Scilicet Academiae nostrae a multis jam annis debet 1400. fl. Rhen. civitas Erphordiensis, debitumque illud liquidum omnino est, et annua pensione soluta agnatum semper, nisi quod
25 temporibus turbulentis pensionis solutio per aliquot annos interrupta fuit, quae tamen et ipsa iterum fuit repetita et inchoata quieto subsecuto statu et quidem ad usque illa tempora, ubi Sereniss. Elector Moguntinus urbem occupavit. Ab illo tempore usurarum solutio non tantum cessavit, sed etiam, cum petuntur, annorum saltem 69. et 70. restantes offerunt. Cum vero

21 Ultimas meas: N. 34; utrasque Tuas: nicht gefunden. 27 occupavit: Im Oktober 1664 wurde Erfurt durch Kurmainzer Truppen belagert und besetzt.

Academia nostra oblationem illam respuat, neque annos retro multos negligere omnino possit, Te, Vir Nobilissime, per me decenter petit, velit ipsi salubri quodam Consilio succurrere, quomodo urbs ad solutionem debiti usurarumque possit adigi. Consilio enim Te juvare nunc posse, bene novit, cum Consiliarii munere ap. Seren. El. Te fungi bene sciat. Non tantum valde obligabis Academiam nostram, sed et prioribus amicitiae testimoniiis adhuc et hoc addes, 5 siquidem per meam suggestionem debito suo potiri possit. Vale de caetero et fave ulterius Vir Nobilissime

Tibi devinctissime

Giessae d. 15. Jan. 1671.

L. F. Nitzschio P.P.

*A Monsieur Monsieur Leibnuz Docteur ès Droits et Conseiller de Son Altesse de Ma- 10
yence. à Mayence.*

40. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

Mainz, 8. Februar 1671. [20.44.]

Überlieferung:

L Afbertigung: LBr 961, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 4 S.

15

E' BODEMANN, *Leibniz-Briefwechsel*, 1889, S. 363–364 (Teildruck).

*E*² II, 1 (1926) N. 40.

Unser Brief ist ein Beischluß zu Boineburg an Conring, 22. Februar 1671 (GRUBER, *Commerc. Epist. Leibn.*, S. 1326). Er wird beantwortet durch N. 44. Beigeschlossen sind unserem Brief die Schreiben von Leibniz an Edzard (I, 1 N. 68) und Fogel (N. 41), beide vom 13. Februar 1671. Conring bestätigt den Empfang und die 20 Weiterleitung der Beischlüsse am 27. Februar 1671 gegenüber Boineburg (S. 1329).

In LBr 171 findet sich von Leibniz' Hand auf Bl. 15 v° das Excerpt eines Briefes von Conring an Boineburg, 10. Februar 1671 (S. 1281–1283), in dem dieser Leibniz lobend erwähnt. Dies könnte ein Anlaß für Leibniz gewesen sein, den seit fast einem Jahr ruhenden Briefwechsel wieder aufzunehmen.

:78 || Vir Amplissime, Fautor Eximie:¹

Cum intelligam III^{mum} Boineburgium inter caetera itineris Saxonici destinata vos quoque aditum, non putavi committendum, ut hanc occasionem testandae observantiae erga Te meae omisisse dicar.

79 5 || Quaeres quo loco sit institutum nostrum: et sane fateor interrumpi nonnunquam, sed et progredi tamen gressibus non poenitendis. Nosti inter gradus operis Nucleum quendam esse Legum Romanarum ipsis earum verbis contexendum, ratione hactenus insueta, sed controversiis contradictionibusque excludendis aptiore quam qua vulgo synoptici utuntur. Is jam pene confectus est, ita ut quicquid in Legibus substantiale, atque ut sic dicam dispositivum, nec cum 10 rebus ipsis ex orbe nostro publico ac notorio consensu eliminatum est, eo sperem comprehensum iri. At Tabula ipsa regularum fundamentalium casibus ex jure Romano (quousque non notorie abrogatum) decidendis omnibus suffектurarum, nostris verbis expressa (in quam verba Legum commentarii instar habent) jam centies et ultra minor, ac prope mapparum aliquot geographicarum magnitudine erit, in qua velut novo quodam Edicti Praetorii simulacro omnium 15 actionum, exceptionum, replicarum etc. (quae tantum paucarum regularum combinatione in infinitum variantur) fundamenta non minus digito ostendi possint, quam olim in albo praetoris momenta postulationum suarum monstrare litigantes jubebantur. Haec de destinato delineandi juris brevis ac certi (nam legum omnium digestio, ac regularum fundamentalium abrogati quoque per Europam juris, comprehensio, suo tempore sequi potest) quod tamen antequam 20 maximorum in Republica pariter ac literaria virorum, JC^{torum} in primis, censuram subierit, publicare probe cavebimus.

Ego quanquam satis distractus hac cura, non possum tamen satis ipse frenare licentiam consuetudine velut autoratam in alienis quoque campis nonnunquam excursione luxuriandi. Scis ipse, saepe in parte quietis esse laborum mutationem. Perraro ad amoeniora studia respi- 25 cere licet, lusi tamen nuper aliquid in Rev^{mum} Coadjutorem nostrum, cels^{mum} principem, Episcopum Spirenssem, Tibique, Vir Ampl^{me} exemplum mitto, materiam condonandi condolendique

¹ Am Kopf des Briefes von Conring's Hand: Praes. 16 Febr. 1671 cum literis Boineburgii Hannovera

13 f. aliquot (1) geometricarum (2) geographicarum L 17 de (1) coepio (2) destinato | delineandi
erg. | L 24 ipse, (1) nonnunquam (2) saepe L

25 f. lusi . . . mitto: das Gedicht *In Coadjutorem Moguntinum* (IV, 1 N. 25), das Leibniz wohl 1670 für Lothar Friedrich von Metternich, Coadjutor des Mainzer Kurfürsten Johann Philipp von Schönborn, Bischof von Speyer und 1673–1675 selbst Kurfürst, verfaßt hat; vgl. Conrings Anerkennung des Gedichtes in seinem Antwortbrief N. 44.

homini declinante jam hac eruditionis parte nato et educato. Quotus quisque enim lectorum nunc de talibus judicium ferre aut potest aut curat.

Quae in sacris circa demonstrationem Dei et mentis, circa nova quaedam lumina ex doctrina motus (nondum hactenus in scientiae formam constituta), Theologiae naturali foene-randa, mediter, quam multa in eo genere et intacta hactenus, et tamen demonstranda suppetant, non est hujus loci commemorare. Ostendisse mihi videor esse quandam ultimam Rerum rationem (id est Deum), Harmoniam Universalem, Mentem sapientissimam potentissimamque; huic optima atque ὄρμοντικώτατα quaeque gratissima, ac proinde justum, id est Deo gratum esse, quicquid harmoniae rerum, bono universi, Reipublicae ut sic dicam universali, congruentissimum est; ac proinde eandem esse doctrinam Juris naturalis et optimae Reipublicae 10 Universalis de cuius gradibus, ac quoisque ei hoc corrupto rerum statu accedi quam proxime possit, quomodo liceat formam processus judicarii instituere, omnes judicum sordes, rabularum artes, partium tergiversationes uno velut ictu succidentem, quomodo Rempublicam formare || naturaliter aeternam, nec nisi externa vi disjiciendam, provehere scientias artesque, augere generis humani potentiam ac felicitatem, nihil in republica inutile, nihil damnosum pati, 15 meditata, ac nonnunquam etiam demonstrata habeo, nec pauca nec contemnenda, sed quae intempestive prostituere magnae imprudentiae esset; valde enim abhorreo ab ea quae nunc passim invalescit, chartis quidvis illinendi procacitate.

Quam multa, quamque praeclara atque ut sic dicam semi-dicta, ex Tuis scriptis Vir Ampl^{me}, Lector sagax, aut certe diligens, mihi enim laborem potius quam ingenium tribuere 20 ausim, eruere possit, meo exemplo confirmare possum, possum et aliorum. Utinam uno opere edantur Tua omnia et quae edidisti, et quae premis, Epistolae quin etiam, quas cum maximis aut doctissimis Europae Viris commutasti, in quibus quam multa quamque egregia contineri necesse sit, vel pauculae ab III^{mo} Boineburgio monstratae fidem fecere. Nec dubito quin paratus Tibi sit Index in tua pleraque omnia, cum facile alioquin eventurum sit, quod de Didymo 25 Alexandrino praedicant, ut quae scripsisti, ipse ignores. Utinam vel hunc saltem aut edas, aut amicis communices.

Somnia in mathematicis mechanicisque mea commemorare supersedeo, donec, quod spero non ita diu dilatum iri, effectu aliquo ac specimine comprobare possim.

De rerum natura, non possum, quin mentionem faciam hypotheseos cujusdam meae, quam 30 quin somnium dicturus sis nullus dubito, non insuave tamen ubi totum videris; fortasse enim

21 ausim, |lector sagax *gestr.*| eruere *L*
25 alioquin (*I*) inventurum (*2*) eventurum *L*

21 Utinam |(*I*) una editione (*2*) uno opere *erg.* |*L*
26 quae (*I*) scripserat, ipse ignoraret (*2*) scripsisti, ipse
ignores *L*

25 f. Didymo . . . ignores: Didymus führte den Spitznamen βιβλιολάθας, vgl. ATHENAEUS, *Deipnosophistarum libri XV*, IV, 139c. 30 hypotheseos meae: *Hypothesis physica nova* und *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 40 und N. 41).

neque simplicius neque distinctius temere reperiri potest. Ac primum quidem non recentiorum tantum, sed et ipsius Aristotelis (vide quaeso quae Epistola ad Cl. Thomasium, quanquam non nominetur, scripta, et Nizolio, *de veris principiis ac vera ratione philosophandi* a me nuper cum praefatione edito, praefixa, disserui) lectio non indiligens, dudum mihi persuasit, 5 omnia in corporibus a magnitudine figura et motu, motu inquam locali (haec enim sola ex liquida corporis notione ducuntur) derivanda esse. Idem Platonem in *Timaeo*, Democritum et Leucippum, Lucretium, Baconum, Gassendum, Cartesium, Hobbesium, Digbaeum, ac tot alios magnos nostri temporis viros, quibus parum abest, quin Te quoque addam[,] sentire constat. Hoc tantum querendum superest, quae figura quis motus supponi debeat ad hunc quem 10 sentimus corporum, qualitatum, mutationum apparatum in hac orbis scena commodissime producendum. Scripseram ea de re aliquid Cl^{mo} Viro Henr. Oldenburghero Societatis Regiae Britannicae Secretario, qui ut totam hypotheseos structuram transmitterem, ab eo tempore binis literis postulavit. Ego ternas circiter plagulas, ut describendi labori parcatur, de eo argumento imprimi curo, Tibi ubi absolvantur, mittendas. In summa statuo, duas esse causas omnium 15 phaenomenorum naturalium globi nostri, gravitatem et vim elasticam seu restitutivam sui post compressionem, vel dilatationem, in statum priorem. Utriusque causam esse ajo, corporis cuiusdam, quod quia aëre (quem ponderare, comprimere, exhaustire, ut || experimentis constat, possumus) subtilius est, aether a vo, circulationem in terra, per terram, circa terram, ortam a gyratione lucis cum sole circa terram quotidie absoluta repetitaque, ab oriente in occidentem, 20 dum contrario motu terra tendit ab occidente in orientem. Ab hac gyratione motum maris et ventorum, verticitatem magnetis, tum vero gravitatem Elateremque deduco. Quia aether ille gyratione sua et ventilatione densiora quam orbis in quo circulatio fit, centro vicini vel distantis, status fert, vel discutit, hinc compressorum restitutio (omnis autem dilatatio unius est compressio alterius), vel si discutere non potest dejicit, hinc gravitas.

81 25 Sed rectius ex ipso Schediasmate sententia mea intelligetur, in quo ad particularia etiam phaenomena explicanda descendit.

Soleo nonnunquam, quanquam per temporis angustiam aegerrime, cum doctis viris commercium literarium colere, quos inter celeberrimus Kircherus scripsit mihi, se nunc tum in *Arca Noae* justo volumine illustranda, tum in *Turri Babel*, in qua de harmonia omnium 30 linguarum, hactenus a se improbo labore, sed nondum pleno cum successu quae sita, amplissime

15 seu | vim erg. u. gestr. | restitutivam L 16 ajo, (1) corpus (2) motum (3) corporis L 19 ab oriente in occidentem erg. L 22 et ventilatione erg. L

2–4 Epistola: Leibniz an Thomasius, 30. April 1669 (N. 11), der Nizoliusausgabe in der Vorrede vorangestellt (VI, 2 N. 54). 11 Scripseram: N. 26 u. N. 28. 13 binis literis: N. 27 u. N. 33. 28–S. 133.1 scripsit . . . versari: vgl. N. 23, ferner Nitzsch an Leibniz (N. 32).

disserrat, edenda versari. Occasio notitiae [fuit] dissertatiuncula quaedam mea *de Arte Combinatoria* (id est inventoria) a Lullianistarum ineptiis in soliditatem, quae certe non deest, vindicanda, cuius cum summam ei perscrispissem, magna cum humanitate respondit.

Laudari audio librum Anglice nuper editum Josephi Glanvilli *de incrementis scientiarum inde usque ab Aristotele*, cuius exemplum propediem expecto. Est in Anglia qui promittit rationem aquae marinae sola destillatione, quod frustra hactenus tentatum est, ita edulcorandae, ut fornace non valde grandi singulis 24 horis, ultra 140 librae aquae potui aptae haberi possint. Est alius qui horologia pendula, quibus primus Hugenius usus est, ita perficere sperat, ut nihil nec mutatione aëris, nec jactatione maris turbentur, quod magni esset ad longitudines, observatione coeli tamen accidente, inveniendas, momenti. Sed in hoc artium incremento universalis nulla [in] deteriore quam medicina conditione est, quae tot novis inventis tantum obscuratur. Utinam quae Tu praeclara etiam in hoc sine dubio genere meditata habes, omnia prodirent: interest reipublicae talium nihil interire. Cui bono tot experimenta, tot nova reperta, si in methodo medendi nihil practici mutant. Nam quae Walaeus in ea ad circulationem sanguinis exegit, quantula pars sunt emendandorum. Nullus est nunc, qui inter practicos Sylvio rationalior, et novorum chymiae anatomiaeque inventorum intelligentior habeatur, sed tamen quae de humore triumvirali et reactionibus bilis succique pancreatici disserit, vereor ne valde absint a natura rerum. Anglicana Societas hactenus in rebus ad Medicinam spectantibus, non aeque ac aliis curas suas occupare videtur. Ita in tanta inventorum copia semper miseri sumus, Deo hanc castigandis nobis Virgam sibi reservante. Non dubito quin innumera, de augmentis scientiarum, de emendandis rebus, de studiorum ratione in melius mutanda, de tractandis materiis hactenus aut non, aut parum pro dignitate tactis, de recudendis aliorum || operibus ignotioribus quam merentur; aut affecta cooptaque, aut consilia, aut vota habeas in scriptis tuis aut non, aut obscurius memorata, quorum nonnulla subinde a Te discere in magni beneficii parte ponam, sum enim ex eorum numero, quorum et aetati et naturae nihil dulcius est, quam proficere posse, et Tu inter principes eorum es, qui longo rerum usu, et omnigenorum studiorum felici tractatione inter praecceptores publicos suo merito habentur. Ego certe et fui semper et ero quoque inter eos, qui maxima de publico merita Tua venerantur, ac magnopere gaudebo, si intelligam Tibi optimo judici hominis adolescentis qualesunque conatus non tantum non displicere, sed et auxilio et commendatione dignos haberi. Evidem non ambitione sed proficiendi cupiditate ducor, ac proinde in aliquot Academiis oblatam non obscure professoriam conditionem, quin et

82

1 mea erg. L 7 ut (1) furnace (2) fornace L 30 et commendatione erg. L 30 non (1)
ambitionem sed profectam (2) ambitione L 31 in erg. L

5–7 qui promittit: P. D. HUET, *An Extract of a Letter from a Learned French Gentleman, concerning a way of making Sea-water sweet*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 67, 16. Januar 1670/1, S. 2048 f.
8–10 alius: d.i. N. Mercator (vgl. N. 27). 14 J. WALAEUS, *Epistolae duae de motu chyli et sanguinis ad Thomam Bartholinum, Casp. filium*, in TH. BARTHOLIN, *Anatomia*, Leiden 1651; Den Haag 1655, S. 531–592.

majora, distuli, vel ideo ut tum studiis domesticis tum peregrinationibus nonnullis excolare rectius animum possim, antequam me in publico sistam. Eminentiss^{us} tamen Elector Moguntinus, ut tanto commodius mihi decentiusque agere liceat, consiliarii Revisionum munus, pro eo quo est in literas affectu sponte contulit, tanto gratius, quanto minus adimit libertatem huc illuc
5 nonnunquam animi studiorumque gratia discursandi. Sed finendum est cum charta. Vale, ignosce scribacitati non tantum sed et tachygraphiae meae, faveque

Vir Ampl^{mē}, Fautor Magne Cultori Tuo

Mog. 8. Febr. styl. nov. 1671.

Gottfredo Guilielmo Leibnitio. J.U.D.

41. LEIBNIZ AN MARTIN FOGEL

10 Mainz, 3./13. Februar 1671. [38.52.]

Überlieferung:

L Abfertigung: LBr 961, Bl. 4. 1 Bl. 4°. 1 S.
E II, 1 (1926) N. 41.

Unser Brief war Beischluß zu Leibniz' Schreiben an Edzard vom 13. Februar 1671 (I, 1 N. 68), das
15 seinerseits Beischluß zu Leibniz' Brief an Conring vom 8. Februar 1671 (N. 40) gewesen ist. Letzterer wurde
wohl mit Blick auf die Weitergabe der anderen Briefe zurückgehalten. Trotz Conrings Zusicherung vom 26.
Februar (N. 44, S. 142.1) wurden die Briefe nicht an Edzard bestellt. Mit Conrings Nachlaß gelangten die
Abfertigungen zurück nach Hannover.

:82

|| Vir Nobiliss^e et Experientissime, Fautor Honoratissime.

20 Credo Te recte accepisse literas meas quas ad Nobil^{mum} Wedderkopf Antecessorem Chiloniensem destinaram. Collocutus sum nuper cum Eximio illo Mauritio egregiae prorsus doctrinae et humanitatis viro, qui mirifico Tui amore omnes, quibuscum occasio fert, ac certe inter eos me, implet implevitque. Quis sit Ravianorum Orientalium successus nosse desidero, si libros quos memorat, habet, thesaurum profecto possidet ingentem. Ludovicum de Compiegne
25 Judaeum Metensem susceptore Rege Galliae baptizatum Heidelbergae nunc professorem fore Edzardo scripsi. Mauritus memoravit σχεδίασμα quoddam meum de motu, in acidulis Sval-

3 liceat, (1) mihi (2) consiliarii L 25 susceptore (1) Regis Gallii (2) Rege Galliae L 25 f. fore (1)
Clar (2) Celeberrimo (3) Edzardo L

21 destinaram: vgl. Wedderkopf an Leibniz, 9. (19.) November 1670 (I, 1 N. 58). 24 memorat: vgl. CHR. RAUE, *Spolium Orientis, christiano orbi dicatum, sive Catalogus MSSorum Orientalium in omni scibili*, Kiel 1669. 26 scripsi: Leibniz an Edzard, 13. Februar 1671 (I, 1 N. 68). 26 memoravit: Mauritus an Leibniz, 17. Januar 1671 (N. 36). 26-S. 135.1 σχεδίασμα . . . raptim effusum: die *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41), deren ersten Entwurf (VI, 2 N. 38₁) Leibniz zwischen August und September 1669 in Bad Schwalbach verfaßte, nachdem ihn Mauritus auf Veröffentlichungen von Christopher Wren und Christiaan Huygens in den *Philosophical Transactions* hingewiesen hatte.

bacensibus raptim effusum Tibi in Angliam curandum dedisse, Te in nonnullis dissentire visum. Quod ego adeo non aegre fero, ut magnopere sententiam tuam desiderem ac nunc quidem etiam efflagitem. Quis enim in arguento tanti momenti tumultuarie tractato non facile lapsum fateatur. Unde si nondum Anglis misisti, differri missionem gratum erit. Videbis mox, ut spero, jam enim sub praelo calet, σχεδίασμα aliud paulo elaboratus de || Hypothesi unici cujusdam motus in Tellure nostra suppositi, nec Tychonicis nec Copernicanis aspernandi, ex quo omnium naturae phaenomenorum ratio pendeat, et quia hortatore celeberrimo Oldenburgo Societatis Regiae Secretario, publico, societati ipsi inscribendum duxi. Quae sint motus Leges ex Jungii (quem ego virum, ut saepe testari soleo, inter illustria Germaniae sidera, quomodo alterius argumenti librum Browerus inscrispsit, numero) sententia per Te nosse opto, quemadmodum et quo sint loco caetera ejus viri, quae reliquiarum instar sancte asservari, publice interest. Florentinam Academiam a pristino ardore valde remisisse ajunt. Tu rectius noveris, quemadmodum et caetera quae Italiae foecunditas quotidie profert, a nemine rectius quam Te sciri posse constat. Si describere cum Ampl^{mo} Edzardo dignaris poterit literis mihi inscriptis operculum aliud hoc titulo circumdari: A Monsieur Monsieur Lasser Conseiller de Son Altesse Electorale de Mayence, a Mayence. Quod restat vale faveque

Vir Ampl^{me} Cultori Tuo

Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D.

Mog. 3/13 Feb. 1671.

et Consil. Moguntino.

Nobil^{mo} et Experientiss^o D^{no} Vogelio, Medico et polyhistori celeberrimo, Fautori meo Eximio. Hamburg. *par couvert.*

20

42. LEIBNIZ AN HERZOG JOHANN FRIEDRICH VON HANNOVER

[Mainz, 13. Februar 1671.] [58.]

Überlieferung:

L Abfertigung: Privatbesitz.

E¹ GUHRAUER, *Deutsche Schriften*, Bd 1, 1838, S. 274–276 (nach *L*). 25

E² KLOPP, *Werke*, Bd 3, 1864, S. 251–253 (nach *L*). (Unsere Druckvorlage.)

E³ II, 1 (1926) N. 42 (nach *E²*).

4 misisti, (1) differre (2) differri *L* 8 sint (1) de (2) motus *L* 10 inscrispsit, (1) numerare soleo (2) numero) *L* 15 aliud *erg. L*

5 σχεδίασμα aliud: Die *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40). 7 hortatore: vgl. N. 27 und N. 28.
10 librum Browerus inscrispsit: CHR. BROUWER, *Sidera illustrium et sanctorum virorum qui Germaniam ornant*, Mainz 1616. 12 ajunt: vgl. Kochański an Leibniz, 7. Juni 1670 (N. 22).

Weiterer Druck:

GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 55–57 (nach *E²*).

Das Datum unseres Briefes ist erschlossen. Die in *E¹* von Guhrauer vorgenommene Datierung auf November 1671 dürfte allerdings nicht stimmig sein, denn unser Brief war wohl ebenso wie Leibniz an Conring (N. 40) und Edzard (I, 1 N. 68; mit Beischluß an Fogel, N. 41) ein Beischluß zu seinem Schreiben an Boineburg wohl vom 13. Februar 1671 (vgl. GRUBER, *Commec. Epist. Leibn.*, S. 1327). Wir drucken nach *E²*, da *E¹* zahlreiche orthographische Eingriffe gegen Leibniz' Schreibgewohnheiten aufweist. Es handelt sich um den frühesten gefundenen Beleg der Korrespondenz zwischen Leibniz und dem Herzog. Da Christian Habbaeus Leibniz bereits am 10. Dezember 1669 mitteilt, er habe ihn dem Herzog empfohlen und dieser erwarte eine Antwort (I, 1 N. 137), können einer oder mehrere frühe Briefe der Korrespondenz fehlen. Die Briefe des Jahres 1671 sowie einige weitere Briefe philosophischen Inhalts werden in Reihe II gedruckt, die übrige Korrespondenz findet sich in den Reihen I und III.

:83

|| Durchleuchtigster Herzog, Gnädigster Fürst und Herr.

Als ich unlängst meine wenige meditation, vom freien willen des menschen, göttlicher
15 Vorsehung, glück und unglück und versehen oder schickung, Gnadenwahl, mitwirkung mit dem
Thun und Lassen der creaturen, gerechtigkeit [in] verlassung des einen, und annehmung des
andern und von recht oder unrecht, so den Verdammten geschieht, zu papier gebracht und aus
meinem ersten concept um bessern gebrauchs willen, copiren lassen, auch dem Herrn Baron
20 von Boineburg zu lesen geben, hat wohlgedachter Herr von Boineburg Ew. Hochfürstliche
Durchlaucht solches gleich zugeschickt, um der zeitgewinnung; wiewohl ich es nicht gewußt
und willens war, solche erste copie, als die voll lituren, vor mich zu behalten und eine andere
verfertigen zu lassen und alsdann unterthänigst zu schicken. Daß nun solches nicht geschehen,
wollen Eure Hochfürstliche Durchlaucht nicht mir, noch einigem manquement höchst schuldigsten respects, sondern erwähnter ursache zuzuschreiben gnädigst geruhen.

25 Die sache selbst belangend, so hoffe, eines und das andere beygebracht zu haben, so
bisher wenig oder gar nicht in acht genommen, gleichwohl aber ein gewicht dem ganzen werck
zu geben scheint. Mein Zweck aber ist, wie sonst, also auch hier gewesen, nicht etwa mit
leeren, in die luft geschriebenen büchern die läden zu füllen, sondern wo möglich damit einen
84 nutzen zu schaffen; || und habe daher gegenwärtige arbeit vorgenommen, um mit diesem
30 specimine zu beweisen, wie so oft wichtige dinge leicht und durch wunderliche terminos
verdunkelt werden, wenn man diese nebelkappe abziehe und alles mit solchen worten gebe, so

16 und *E²* ändert Hrsg. nach *E¹*

14–17 meditation . . . geschieht: nicht gefunden. In enger thematischer Verbindung und wohl bald nach unserem Brief verfaßt stehen die deutsche Abhandlung *Von der Allmacht und Allwissenheit Gottes und der Freiheit des Menschen* (VI, 1 N. 20) und der Brief an Wedderkopf (N. 60).

jedermann in seiner sprache braucht. Was ist wohl jemals mit mehrer Hize verfochten worden von allen seiten der philosophen und religionen der Völcker, als die materie von der praedes-tination und was ihr anhängig? und gleichwohl hat ein großer Politiker recht gesehen, nemlich daß einer den andern nicht verstehet, daß aller dieser zanck von mißbrauch der worte komme, daß (kürtzlich zu sagen) in der that der unterschied gering und zum wenigsten nicht capital, 5 oder wie man heutzutage redet, fundamental sey. Ich getraue mir, wenns der mühe werth wäre, über hundert unterschiedene secten und meinungen (dem ansehen nach), in der that widereinander laufende arten zu reden, in dieser materie zusammen zu bringen, so ihre autores nicht anders, als wenn der menschliche wohlstand daran hinge, verfolgt, und diesen artikel zu einem solchen labyrinth gemacht haben, daß dergleichen keiner in der welt zu finden und daß der 10 längstlebende mensch nicht zeit genug haben würde, nur die und dergleichen distinctionen und verdrehungen der worte zusammen zu bringen und aus einander zu sezen.

Weil aber ein einiges, clares, von jedermann erkannt[es,] aus gemeinem leben genommen[es,] mit einer gewissen definition umbschränktes wort, mehr krafft hat, die gemüther zu erleuchten, als tausend termini scholastici und distinctiones, so habe ich das wiewohl unzählbare spinngewebe abgekehrt und mit natürlichen redearten, deren sich auch ein lateinischer Bauer (wenn einer in der welt wäre) gebrauchen würde, alles geben. Ich hätte es lieber teutsch geschrieben, sonderlich weil die teutsche sprache keine terminaisonen leidet, man wolte dann fremde worte ungescheut hineinflicken; allein es hätte dergestalt dem ausländer nicht communicirt werden können. Meine intention nun damit ist gewesen, zu versuchen, ob etwa mit 20 guter manier, verständiger sanftmuth, von theologen von allen seiten, von catholischen, evangelischen, reformirten, remonstranten und sogenannten jansenisten, practicirte judicia, und dieses zum wenigsten erhalten werden könnte, daß, wo sie nicht alles billigten, dennoch bekennen, nichts darin, so verdammlich oder dem also lebenden und sterbenden an seiner seeligkeit schädlich, zu finden. Welches gewißlich ein schöner grad zu einer mehreren näherung und 25 einigkeit wäre, wenn in einer so wichtigen und schweren sache dergleichen specimen zu bewirken wäre. Es müsten aber die, so judiciren sollen, weder den autorem und dessen religion, noch die intention der mitcensores wissen, und jeder der meinung seyn, daß es von einem seiner parthey komme.

Wie solches vielleicht am füglichsten zu thun, habe dem Herrn Baron von Boyneburg 30 ausführlicher zugeschrieben. Bitte, Eure Hochfürstliche Durchlaucht wollen solches alles gnädigst vermercken und ich verbleibe [dero] Hochfürstlichen Durchlaucht unterthänigster —

3 f. hat der unvergleichliche Richelieu, der so viel gesehen, auch hier recht gesehen, daß *E¹*
21 Sanftmuth, Theologen *E¹* 32 der *E²* ändert Hrsg. nach *E¹* 32 unterthänigster Gottfried Wilhelm Leibnitz. Maynz (November) 1671. *E¹*

30 f. habe . . . zugeschrieben: Der Brief an Boineburg und die oben angeführte meditation wurden nicht gefunden. KLOPP, *Werke*, Bd 3, 1864, S. XXXIX bemerkt jedoch dazu: »Die in N. III. [d.h. in unserem Brief] erwähnte Beilage habe ich im Original-Concepte von Leibniz wieder aufgefunden; allein da sie rein theologischen Inhalts ist, so gehört sie eben so wie der begleitende Brief an Boineburg in die theologische Reihe, und dort ist auf diesen Brief an den Herzog Johann Friedrich Bezug zu nehmen.«

43. FRIEDRICH NITZSCH AN LEIBNIZ

Gießen, 8. (18.) Februar 1671. [39.45.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 686, Bl. 9–10. 1 Bog. 4°. 2 1/2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

5 E II, 1 (1926) N. 43.

Unser Brief antwortet auf einen nicht gefundenen Brief, den Leibniz wohl ebenso wie seinen Brief an Conring (N. 40) um den 8. Februar 1671 über Boineburg an Nitzsch schickte. Leibniz antwortet mit N. 45.


Vir Nobilissime et Consultissime Fautor et Amice Honoratissime.

:85 || Quanquam¹ gratissimae fuere literae Tuae, gratiores tamen hoc eas reddidit, quod ab
 10 Illustrissimo Boineburgio seculi nostri ornamento mihi sint allatae. Ita enim dedere ansam, ut,
 quam olim, Te ipso procurante, Illustrissimo Viro declaravi devotionem, mediantibus literis
 Tuis declarare denuo potuerim. Adeo Tibi soli debedo, quod Tanto Viro non ignorer. Sed porro
 mirum quantum de me demerereris, si Gallorum Ephemerides Anni 1670. mihi communicares.
 Memini enim Te mentionem illarum in Epistola quadam facere, et succincta dare Excerpta
 15 illorum, quae ibi habentur notatu digna. In eo enim sum, ut proximis Nundinis edatur Versio
 Anni 69. Quae cum mole sit exigua, igitur commodissime Annus 70. adjungi posset. Est
 quidem qui Exemplar Gallicum mihi procurabit, sed instantibus demum nundinis. Redderem
 utique eas non sine magna gratiarum actione. Disputationem Opticam transmitterem hac qui-
 dem vice, nisi forte Cursori publico fiat molestia, mittam tamen, quamprimum commoda
 20 obtulerit sese occasio. In Mechanicis nunc occupor, quae et forte edentur, siquidem sit, qui
 impensas ferre velit. Dn. Weigelius in Hydraulico invento laborat, tali quidem, ut Siphones
 (*Ventil*) sint extra canalem. Varenii quoque *Geographiam integratam* suaue restituo, suppletis iis

¹ Auf Bl. 10 r° eine Bemerkung von Leibniz' Hand: Lana, Du Sonius, Ottius, Titelius, Wrennus dioptricam mechanicam perficere conantur.

13 Gallorum Ephemerides: das *Journal de Scavans*, das F. Nitzsch seit 1667 in Leipzig in deutscher Übersetzung u.d.T. *Ephemerides eruditorum* herausgab. 16 Der fünfte und letzte Band der *Ephemerides eruditorum*, der die Übersetzung der Jahrgänge 1669/70 des *Journal de Scavans* enthielt, erschien 1671 in Leipzig. 18 Disputationem Opticam: Fr. NITZSCH, *Dissertatio optica de visione*, Gießen 1670. 21 f. in Hydraulico . . . canalem: Anfang der 70er Jahre arbeitete Weigel an technischen Verbesserungen zur Brandbekämpfung; vgl. E. WEIGEL, *Concentrirta Wasserkunst und unmaßgeblicher Vorschlag zur Rettung in Feuers-Gefahr*, Jena 1672. 22 Die *Geographia generalis* von Varenius ist in vier Auflagen in Amsterdam erschienen (1650, 1664, 1670, 1671). 1672 erfolgte in Cambridge eine verbesserte Neuauflage mit den fehlenden Zeichnungen und Tabellen durch Isaak Newton. Ob Nitzsch an einer dieser Ausgaben beteiligt war, ist nicht ermittelt.

quae injuria nescio qua et figurarum absentia et lacunis non unis egregium Autorem mutilum reddidere. Et in hisce aliisque tempus tantum non inutiliter tero.



ita \angle^{lo} talibus planis objecto figura \triangle^{laris} apparet, siquidem plana obtuse aperiantur, porro si magis ad se accedunt plana, repraesentatur pentagonum, || si adhuc magis, heptagonum etc. praeter imaginem quae in junctura videtur directo radio. Posui vero locum imaginis in ipsam superficiem in figura quod quidem faciendum non esset, siquidem accurate schema depingendum foret, secundum ea quae tradunt Optici de loco imaginis. Nihil vero ad multitudinem 20 imaginum monstrandam id refert. De lentibus Hyperbolicis alio tempore scribam, jam eo intercludor. Interim vale faveque

Vir Nobilissime et Consultissime
Giessae d. 8. Febr. st. v. 1671.

Tuo

L. Frid. Nitzschio.

P. S. Ergone Geislerus Invitatorias ad nuptias misit? Quid vero Tu et ego facimus? Scilicet 25 philosophamur. Vale.

A Monsieur Monsieur Leibnuz Conseiller de Son Altesse Electorale de Mayence. à Mayence.

16 ita (1) figura (2) \angle^{lo} K

De Optico illo quae
scribis inversa credo se
ratione habent, ita ut 5
plana polita si faciunt
obtusum \angle^{lum} , pauciores,
sin acutum plures repre-
sentent imagines, uti et
experientia testata est, 10
siquidem recte recordor.
Nam et ipse specula illa
vidi. Quod si ergo ita est,
ratio est in promptu prop-
ter reflexionem imaginis, 15

86

44. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ

Helmstedt, 16./26. Februar 1671. [40.49.]

Überlieferung:

- 5 *K* Abfertigung: LBr 171, Bl. 13–14. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 4, S. 519–522. 2 Bl. 4°.
 3 2/3 S. (Kriegsverlust.)
E' GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 171–173 (nach *K*).
E² II, 1 (1926) N. 44 (nach *K*).

10 Unser Brief, Beischluß zu Conring an Boineburg, 27. Februar 1671 (GRUBER, *Commerc. Epist. Leibn.*, S. 1328–1329), antwortet auf N. 40 und wird beantwortet durch N. 49. Bei den als Varianten wiedergegebenen Abweichungen *k* (Kriegsverlust) greifen wir auf erhalten gebliebenes Arbeitsmaterial der Herausgeber von 1926 zurück.

:86

|| Amplissime et Clar^{me} Vir.

15 Literae Tuae ut omnes ita etiam quas ultimas dedisti longe mihi sunt gratissimae. Referunt enim ingenium igneum et indefessum nec intra unius alicujus doctrinae angustias sese continens: cuius generis perquam rarae sunt dotes. Adhoc sentio non inter rudes conatus tua consistere, sed jam tum eximios fecisse in omnigena doctrina progressus, idque aetate perquam matura. Deum veneror, uti et vires et seros annos tantis ingenii beneficiis suppare in publicos
20 usus tibi largiatur. Calcaribus non egere te, gaudeo. Quod impetum luxuriantem animi ipsem velis nonnihil refrenare, laudo plurimum. Et vero ita est. Refrenanda saepenumero sunt magis quam urgenda majora quaevis ingenia: quo et valetudini suae parcant ad annos prolixiores, et consulant famae in perpetuitatem.

De tuis prudentiae juris ordinanda rectius studiis sententiam meam dixi jam tum ingenue;
25 nec muto. Nisi scilicet accesserit Regum Principumque auctoritas, nihil effeceris. Quod si tamen solito rectius imbuti fuerint animi eorum, qui Regentibus sunt in consilio, fortassis justa legum constitutio tandem aliquando obtinebit. Tempus autem illius futurae fortunae definire non equidem ausim: imo audeo praedicere, brevi haud licere tale quidquam exspectare. Nihi lominus uti tu pergas bene, ceu coepisti, mereri de hoc utilissimo negotio, etiam atque etiam
30 suadeo.

15 longe sunt *k* 16 indefessum non intra *k* 16 f. angustias se continens *k* 19 veneror, ut et *k*
22 quam augenda majora *k* 26 qui Regnantibus sunt *k*

24 prudentiae . . . studiis: Conring spielt hier auf die umfanglichen Arbeiten von Leibniz zum *Corpus juris reconcinnatum* seit 1668 an.

Quae de motu in Naturali Philosophia corrigenda censes, ex parte nondum assequor, ex parte autem non possum non improbare. Ne quid scilicet dissimulem, equidem arbitror, id quod tu statuis omnem motum esse localem, infinitis experimentis iudicis falsi convinci, neque ex antiquo aevo quenquam praeter Democriti scholam tibi suffragari. Quemadmodum vero || tellus moveatur ex tua sententia, et quomodo ex ejus motu Oceani fiant reciprocationes, quia nondum docuisti nondum quoque intelligo. Ubi meditamenta tua prodierint in lucem aequum me experieris judicem. Quod si experimentis firmis et justi numeri fueris instructus, laudabo: sin, non potero. Nova quaeque habent facilem imperiti vulgi assensum; sed brevi iterum evanescent, et a veteris Philosophiae gnaris statim in ipsa janua rejiciuntur, interdum cum risu et quadam ignominia. Anglia hodie circa nova inventa perquam laboriosam sese praestat. Nec ego 10 non plurimum delector illa industria empirica. Hactenus tamen omni illa ἐμπειρίᾳ pene nihil novi stabilitum vidi, et Aristotelica dogmata quam multa egregie confirmata: cum tamen boni illi Angli, prae imperitia veteris doctrinae, putaverint plane nova se docere et hactenus observata nemini. Adhoc tantum non omnes illorum laborant ὀποδ[ε]ικτικῆς inscitia: vitio scientis constituendis plurimum adversante: ne quid nunc dicam de ipsamē arte ἐμπειρίας. Non 15 dubito, ea in re rectius te Tibi consulturum.

Circa artem medicam noviter factis experimentis quaedam solito felicius hodie doceri et agi posse, omnino et ipse tecum sentio. Quod si autem esses in veterum Medicorum libris versatus, agnosceres quamplura hodie ignorari antiquis cognita. Utrinque scilicet peccatur: οἵ νεωτερίζοντες sola recentia et norunt et admirantur, vetera quaevis superbe fastidiunt, suam 20 inscitiam doctis prodentes: alii vetera sola amplexantur recentium incuriosi. Ego neutris accedo: sed vetera et nova soleo conjungere. Nostra aetas avidissima est solarum novitatum, ignara veterum: cum insolente fastu aliorum, et sui stolida quadam φιλαυτίᾳ. Quod equidem plurimum doleo: quoniam quantum una parte crescunt tantum altera scientiae quaevis decrescent. Non dubito, magno cum fructu et doctrinae augmento utramque Te viam calcaturum. 25

Ab Eminentissimo Electore Moguntino Consiliarii aliquod munus concessum tibi gratulor: praesertim quoniam hinc dignitas quidem tibi accessit, studiis tamen nihil detractum. Deus porro faveat eximiis tuis institutis, Leibnizi. Ego sum maneboque

Tui semper studiosissimus 30

Raptim Helmestadii 1671 16/26 Febr.

H. Conringius.

5 quomodo erg. K 11 f. ἐμπειρίᾳ nihil pene novi k 15 de ipsa arte k 17 f. et agi erg. K
19 versatus, cognosceres quamplurima hodie k

27 f. gratulor: Die Gratulation bezieht sich auf Leibniz' Ernennung zum Revisionsrat am Oberappellationsgericht in Mainz durch Kurfürst Philipp von Schönborn im Sommer 1670; vgl. N. 40.

Carmen tuum perplacet. Utinam ex vero fusum sit oraculum! Quae Edsardo et Vogelio destinasti curabo diligenter. Ad omnia Tua respondere vetat temporis angustia. Caeteroquin fuisset gratissimum, de iis tecum nonnihil prolixius conferendi.

Amplissimo et Clar^{mo} Viro D. Gotfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D. et Consiliario Elec-
5 torali Moguntino, amico meo pereximio.

44a. LEIBNIZ AN JOHANN GEORG GRAEVIVS

Mainz, 18./28. Februar 1671. [18.61a.]

Überlieferung:

- 10 L Abfertigung: KOPENHAGEN, *Kongelige Bibliotek*, Thott 4° 1263 N° 103. 2 Bog. 4°. 6 S.
(Vorlage für unseren Teildruck.)
- E I, 1 (1923) N. 71.

Nachdem eine Antwort ausgeblieben war, nimmt Leibniz an, daß Graevius seinen ersten Brief (N. 18) nicht erhalten hat. Während er einige Themen nochmals aufgreift, berichtet er auch über seine im Druck befindliche *Hypothesis physica nova*. Unser Brief ist wohl zusammen mit Leibniz' Schreiben gleichen Datums an van 15 Diemerbroeck abgegangen (Vgl. I, 1 N. 77). Graevius antwortet am 22. April 1671 (I, 1 N. 82).

[. . .] Occasionem ad Te scribendi ex Cl^{mi} Horbii literis sumseram, quibus significavit benevolentiam illam, qua superiores Germanos, cives tuos, omnes, tum eos ex iis potissimum prosequaris, quos verus meliorum literarum amor captos tenet, effecisse, ut nec cogitata mea qualiacunque, quae ille quidem tunc comperta habebat, de emendanda quoisque privato fas est,
20 Jurisprudentia, de reducenda ad positiones non multas, quodam velut Edicti perpetui novi specimine, Jurisprudentiae Romanae vastitate, de caeteris omnibus, quae quidem non omnino cum materia subjecta ex rerum natura abiisse constat, ex paucis quibusdam fundamentis ratiocinatione derivandis; de condendis vocabulorum JC^{tis} peculiarium definitionibus, quales fieri posse illustri specimine docuit Cujacius; de annotandis denique iis quae scientiae civilis
25 ratio Legibus Romanis aut addi, aut adimi postulat, Tibi omnino displicerent. Nam quae alioquin *de Arte Combinatoria*, seu parte Logicae inventoria, de constituenda *Hypothesi Physica nova*, singulari quadam simplicitate claritateque phaenomenis satisfactura (quae nunc

1 Carmen: *In Coadjutorem Moguntinum* (IV, 1 N. 25); vgl. N. 40. 1 f. Edsardo et Vogelio destinasti curabo: die Beischlüsse zu N. 40. 16 literis: Horb an Leibniz, nicht gefunden. 24 Cujacius: J. DE CUJAS (Cujacius), *De feudis libri V*, Köln 1588.

tribus plagulis comprehensa atque Illustri Societati Regiae Britannicae, cuius Secretarii hortatu et prodiit, inscripta, sub praelo calet), de machinamentis quibusdam fortasse publice profuturis parata sunt, apud Te memorasse, aut nunc etiam memorare prolixius, jactantiae poterat impatri. Nunc quando de redditione priorum literarum dubito, breviter haec repetenda duxi. [. . .]

45. LEIBNIZ AN FRIEDRICH NITZSCH

5

[März 1671.] [43.47.]

Überlieferung:

L Auszug: LBr 686, Bl. 9–10. 1 Bog. 4°. 1/2 S.
E II, 1 (1926) N. 45.

Die nicht gefundene Abfertigung unseres Briefes antwortet auf N. 43 vom 18. Februar 1671 und wird 10 zusammen mit einem späteren, nicht gefundenen Leibnizbrief durch N. 47 vom 8. April 1671 beantwortet. Der Brief dürfte daher wohl im März 1671 verfaßt worden sein.

|| Ex responsione:

:88

Phaenomeni duorum speculorum conjunctorum imagines pro anguli conjunctionis varietate multiplicantium, causam reddit admodum ingeniosam, nondum tamen meminisse possum 15 numerum esse majorem, si angulus sit acutior, contrarium animo insederat. Fortasse interrogari Weigelius potest. Praeterea ni fallor apparebant imagines omnes in ipsa junctura, etsi objectum proxime speculo admoveretur, cum in delineatione Tua reliquae omnes praeter unam in ipsa junctura sint propiores oculo quam ipsum objectum. Deinde reflexiones reflexionum facient imaginem semper minorem, ut appareret si speculum in alio speculo intueare. At hic imagines 20 erant si bene memini, magnitudine aequales, et proinde a se invicem indemnatae. Credo etsi quaedam tectae fuissent quas aliarum causas supponis illas, illas ipsas alias tamen apparituras fuisse. Praeterea nondum capio quomodo in ipsa junctura possit apparere imago, siquidem ea non potest esse unum continuum, alioqui specula non essent mobilia. A Weiglio fortasse et structuram discere possumus.

25

17 f. etsi . . . admoveretur erg. L

1 Secretarii: d.i. Oldenburg. 2 sub praelo: Im Februar 1671 waren drei Bogen und somit der größere Teil der *Hypothesis* im Druck; vgl. Leibniz an Oldenburg (N. 46) und an Conring (N. 40).

46. LEIBNIZ AN HEINRICH OLDENBURG

Mainz, 11. März 1671. [33.48.]

Überlieferung:

- 5 A¹ Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LONDON, Royal Society, Letter Book Original 4, S. 234–238. 2°. 5 S. (Unsere Druckvorlage.)
- A² Abschrift von A¹: LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 314–320. 2°.
- E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 50–53 (nach A¹).
E² II, 1 (1926) N. 46 (nach A¹).
E³ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 485–488 (nach A¹).
- 10 Übersetzung:
 HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 488–491.

Unser Brief antwortet auf N. 33 und wird beantwortet durch N. 48 und N. 56. Die nicht gefundene Abfertigung enthielt vermutlich Textteile, die in der Abschrift nicht enthalten sind, wie aus N. 57 hervorgeht. Ihr lag etwas mehr als die erste Hälfte (bis Ende des Abschnitts 49) der noch im Druck befindlichen *Hypothesis physica nova*, d.i. der *Theoria motus concreti* bei.

:88

|| Vir Amplissime,

Literas tuas responsorias humanissimas fructuosissimasque accepi dudum; sed cum replicationi meae addere *Hypothesin*, quam brevissime delineatam, consilium esset, adeoque typis excudendam dedisse, profectiunculis variis inopinatisque interrumpere operas coactus sum,
20 expertus in absentia mea, praesertim in argumento ejusmodi, ubi vocibus ab usu communi remotis saepe utendum est, omnia innumerabilibus mendis foedari. Quare cum etiamnum interrumperer denuo, nec ante aliquot septimanarum exitum, finem sperarem, malui Tibi interim dimidiam, quam vides, partem mittere, quam totum differre. Illud vero magnopere rogo,
ut excuses audaciam meam inscribendi Schediasmation ejusmodi Societati tot magnis ingenio
25 ac dignitate viris Illustri. Solum, fateor, argumentum tantis lectoribus dignum est; caeteris si agnosceretur, satis rem ad votum cessisse putabo. Concise scripsi, quia intelligentibus. Hypothesin ipsam, credo, attendanti claram facilemque visum iri, fortasse et explicandis phaenomenis omnibus tanto magis suffектuram, quanto erit is, qui quandoque utetur, ingeniosior, et in experimentis me versatior. Omnia vel naturae vel artis, ut sic dicam, horologia et machina-
30 menta, vel a Gravitate, vel ab Elatere pendere, re expensa nemo diffitebitur: utramque, unicum
89 || quem explicui motum aetheris circularem, modo supponatur, consequituram non est difficile cogitatu. Atqui hic est cardo totius contemplationis meae; hunc assecutus, quicquid suscepseram obtinuero: Hypothesin scilicet breviorem clarioremque, quam quae hactenus extat. Spero

18 *Hypothesin*: VI, 2 N. 40. 24 inscribendi: VI, 2 S. 222.

tamen, applicationi quoque specialiori aspersa nonnulla, non omnino repudianda; ut in verticitate magnetis ab aetheris gyratione derivanda; in frigoris natura exemplo angiportuum declaranda, in Acidorum, Alcaliumque, et omnino principiorum, quae vocant, Chymicorum reactionibus, fermentationibus, solutionibus; in restitutione balistae, aut chordae tensae; in vibrationibus pendulorum, chordarumque, aliisque nonnullis explicandis. De magnete nonnulla adhuc 5 inquirenda puto, antequam omnium rationem reddere sperem; ac potissimum, verumne sit experimentum Grandamici publicatum in libello, quem titulo *demonstratae immobilitatis terrae* edidit. Quanquam enim Demonstratio, quam superstruit, infirma admodum videatur, experimentum tamen ipsum non negligendum est. Nimurum ait Grandamicus; si magnes sphaericus (vulgo terrellam vocant) raticulae e subere, vel alicui alteri vasculo innatanti imponatur, ea 10 ratione ut polus ejus Borealis, id est, qui polum terrae borealem sibi relictus spectat, in raticula vergat deorsum, nadir versus, adeoque ad centrum terrae; Australis autem respiciat Zenith, atque ita constituto magnete, et librato, designetur in eo circulus, meridiano loci accurate reperto respondens, eum circulum fore meridianum universalem, ac toto orbe, magnete similiter constituto, meridianum loci, ac proinde plagas mundi sine ulla declinatione monstraturum. 15 Scio, de hac narratione dubitari; ac proinde valde desidero severe examinari, cum plurimum referat ejus veritas falsitasve ad accuratam quandam de Phaenomenis Magneticis Hypothesin, cuius umbram animo concepi, construendam. Mihi accurate experimentum facere, hoc quidem statu negotiorum meorum impossibile est; cum etiam magnetes satis validi, quales requiri ajunt, mihi desint, et terrellam necesse sit satis exquisite tornari. Vos veritatem nullo negotio 20 scieritis, praesertim si Pettit (quem exquisitissimas terrellas, sed alio fine, ut scilicet gyrationem diurnam terrenae similem, quam Gilbertus magneti ascripserat, tentaret, fabricasse, ex ipsis ad vos literis, *Transactionibus insertis, didici*) negotium quoque rem examinandi demandetur. Successum rei non contempnenda, si per Te intellexero, magno beneficio me accumulatum credam.

Instructionem de usu pendulorum Hugenianorum in particula *Transactionum*, ab amico mihi commodata, legi, sed constructio abfuit. Ego vero nosse opto, ex quo principio procedant ista pendula novissimae constructionis, usui marino suffectura, an ex principio gravitatis, ut solent horologia majora, an ex principio Elateris, ut solent minora illa portabilia. Utrumque

9–15 ait . . . monstraturum: J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magnetica*, La Flèche 1645, S. 60–67. 21–23 quem . . . didici: P. PETIT, *An extract of a letter sent from Paris, about the load-stone; where chiefly the suggestion of Gilbert touching the circumvolution of a globous magnet, call'd Terrella; and the variation of the variation, is examined*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 28, 21. Oktober 1667, S. 527–531; vgl. HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 3, Nr. 626, S. 375–380. 22 ascripserat: W. GILBERT, *De magnetæ*, London 1600 u.ö. 26 *Instructionem*: CHR. HUYGENS, *Instructions concerning the use of pendulum-watches, for finding the longitude at sea*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 47, 10. Mai 1669, S. 937–953 (vgl. HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 17, S. 199–235). 26 f. amico: nicht ermittelt.

genus habet suum proprium incommodum primarium. Nam quae a naturali ponderum gravitate moventur, non possunt de loco in locum sine Gravitationis mutatione transferri, ac proinde jactationi marinae non sunt [accomodata]: contra, Elastica etsi transferri huc illuc tuto || possint, rarissime tamen sunt accurata ac vix unquam aequabili motu decurrent; levissimis 5 etiam ex causis, ut aëris, ut tensionis irregularis inaequalisque, maxime vero temporis tractu variantur; nam vis Elastica lassatur, gravitatio naturalis perseverat. Nihilne certi compertum est de ratione aquae dulcis habendae ex marinis, quam medicus quidam ex Britannia minore Regi Christianissimo proposuisse dicebatur. Idem Keifferus quoque, ut audio, sola distillatione pollicetur. *Ephemerides Collegii Naturae Curiosorum* quod Medici aliquot Germani inierunt, 10 uti nunc mediocri volumine in specimen anni primi prodiere, ad vos pervenisse non dubito, ac proinde de iis plura scribere supersedeo. De Werner Hydrotechnicis diu est, quod nihil fando inaudivi; expecto tamen successum, quisquis etiam futurus est, ex amico. Sunt quorum praejudicio non fit magni, sed ego has praedamnationes odi. Ingeniosissimi Gerickii Magdeburgenses Meditationes atque experimenta his nundinis in publico expectamus. Becherus promittit 15 demonstrationem Chemicam, qua ferrum in notabili satis quantitate, ex terra, nihil ferri actualis continente, produci, ac metallorum genesis non parum illustrari possit. Quidam Helvetius eruditus rationem, ut intelligo, invenit, oppido facilem et regularem, lentes sectionum conicarum elaborandi, idque et specimine comprobatum ajunt. Expecto literis proximis de ejus instituto distinctiora. Franc[isci] Wilhelmi lib. Baronis de Nuland *Elementa* nondum mihi visa 20 sunt.

Delineationem brevem *abstractae* meae de *Motu Theoriae* adjicio postremis pagellis *Hypotheseos* vobis dedicatae; inde, opinor, apparebit, Paradoxa mea de Motu, et Continuo, non ita esse a ratione aliena, ut primo aspectu videntur: Punctum non esse aliquid minimum, et

3 accommodatae A¹ ändert Hrsg. 21 brevem erg. A¹

7 de ratione: vgl. N. 26, S. 96.13. 7 medicus . . . minore: der von Huet erwähnte Arzt Hauton aus Caen, vgl. N. 26. 8 audio: Auf welchem Wege und durch wen Leibniz davon hörte, ist nicht ermittelt. Über das Verfahren Küfflers berichtet B. DE MONCONYS, *Journal des voyages Paris* 1665–1666, Tl 2, S. 41. 9 *Miscellanea curiosa medico-physica Academiae naturae curiosorum, sive Ephemeridum medico-physicarum Germanicarum curiosarum*, Leipzig 1670. 9 Medici: Gründer der *Academia Naturae Curiosorum* 1652 in Schweinfurt waren die Ärzte J. M. Fehr, G. B. Metzger und G. B. Wohlfahrt unter der Führung von J. L. Bausch. 10 pervenisse: der Breslauer Physicus Ph. J. Sachs von Löwenheim, der die Schriftenreihe der *Academia Naturae Curiosorum* begründete, sandte Oldenburg den ersten Band am 1. Oktober 1670 (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, N. 1530, S. 194–196). Oldenburgs Anzeige erschien in den *Philosophical Transactions*, Nr. 68, 20. Februar 1670/1, S. 2077–2082. 12 ex amico: wahrscheinlich G. Spitzel; vgl. I, 1 N. 54, S. 101.34–102.6. 14 his nundinis: erst im folgenden Jahr erschien O. VON GUERICKE, *Experimenta nova (ut vocantur) Magdeburgica de vacuo spatio*, Amsterdam 1672. 14–16 promittit: J. J. BECHER, *Experimentum chymicum novum quo artificialis et instantanea metallorum generatio et transmutatio ad oculum demonstratur*, Frankfurt 1671. 16 Quidam Helvetius: J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670. 18 literis proximis: vgl. N. 47, S. 149.15. 21 adjicio postremis pagellis: die restlichen Seiten der *Hypothesis physica nova*, d.h. der *Theoria motus concreti*, sandte Leibniz am 29. April 1671 zusammen mit einem Exemplar der *Theoria motus abstracti* an Oldenburg (N. 57, S. 166.8).

omnium partium expers; esse tamen inextensem, seu expers partium distantium; quin etiam punctum esse puncto majus, ut angulum angulo: Punctum non esse, cuius pars nulla est, nec cuius pars consideratur; sed quod quolibet extenso assignabili minus est; quod est fundamentum methodi Cavaleriana. Sed quid praeoccupo illic clarius dicenda? Credo tamen, vix aliter Labyrintho compositionis continui exiri posse. De Deo ac mente peculiares demonstrationes molior, in quibus nonnulla mirabilia, hactenus indicta, lucem tamen fortasse non vulgarem allatura, dicentur. Interim hic breviter innui; Omne corpus esse mentem momentaneam, ac proinde sine conscientia, sensu, recordatione. Si vero in uno corpore possent ultra momentum perseverare duo contrarii conatus simul, omne corpus foret mens vera. Ubiunque autem hoc effectum est, productae sunt mentes, eaeque naturaliter indestruibilis, quia, ut suo loco demonstrabo, duo contrarii conatus in eodem corporis puncto semel ultra momentum compatibiles, in aeternum nullo aliorum corporum allapsu, nulla vi adimi possunt. Haec prima specie exigua, vix credi potest quantam aperiant portam cogitationibus non contempnendis: Quas aliquando accuratius elaboratas demonstrationibus de jure naturali (in quo argumento me pretium operae facturum spero, praesertim cum paucos extare arbitrer scriptores || ingeniosiores in eo versatos, ¹⁵ 91) quos non contulerim, ac proinde rogo, ut siqui, quod non dubito, apud vos scientiam hanc, tanti ad omnem vitam momenti, excolunt, mihi Tuo beneficio innotescant), cuius magna pars demonstrationibus de Deo ac mente innititur, jungere consilium est. *Hypotheseos* meae non nisi unum Tibi, ut vides, exemplum, ob locorum distantiam, mittere possum; cum vero Illustri Societati inscripserim, cum egregios viros, qui in ea sunt, censores, sed placidos, optem; ²⁰ fortasse, nisi Tibi aliter videtur, potest totum Schediasma meum, quippe non nisi quatuor flagellarum, vel totum simul, vel particulatim *Transactionibus* inseri, eruditorumque judicia candida placidaque explorari: materiam certe multis fortasse novis cogitationibus praebere poterit. Judicia si per Te resciero, plurimum accedet tot beneficiis, quibus Tibi me obstrictum sentio. ²⁵

Si excusabis audaciam apud magnos viros, collegas Tuos; si praeparabis animos eorum homini ignoto et obscuro; si censuris eorum doceri me, perfici cogitata mea feceris, faxo, ut intelligas, incidisse Te in hominem beneficii agnoscentem. Reliqua *Hypotheseos* mox sequentur; sed finiendi tempus est. Vale, faveque

Vir Amplissime, Cultori Tuo,
Mogunt. 11. Martii st. n. 1671.

³⁰ Gottfredo Gulielmo Leibnitio J.U.D.

⁴ methodi Cavaleriana: B. CAVALIERI, *Geometria indivisibilibus continuorum nova quadam ratione promota*, Bologna 1635 u.ö; vgl. VI, 2 S. 262. ⁵ peculiares demonstrationes: vgl. VI, 1 N. 14 u. VI, 2 N. 42. ¹⁴ demonstrationibus de jure naturali: vgl. VI, 1 N. 12. ²² inseri: Oldenburg sagte zunächst den Druck in den *Philosophical Transactions* zu, veranlaßte dann aber die gesonderte Veröffentlichung und zeigte sie an in den *Philosophical Transactions*, Nr. 73, 17. Juli 1671, S. 2213 f.

47. FRIEDRICH NITZSCH AN LEIBNIZ

Gießen, 29. März (8. April) 1671. [45.85.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 686, Bl. 11–12. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

5 E II, 1 (1926) N. 47.

Unser Brief antwortet auf N. 45 und einen weiteren, späteren (nicht gefundenen) Brief von Leibniz. Beigeschlossen waren zwei Schriften von Nitzsch, die bereits in N. 43 angekündigte *Dissertatio optica de visione* (1670) sowie *De triplici maris motu* (1667). Eine Antwort auf unseren Brief ist nicht belegt.

Vir Nobilissime et Consultissime Fautor et Amice Honoratissime.


:91 10 || Utrasque Tuas recte accepi una cum inclusa Ephemeridum anni 1670. particula. Quae si totum annum absolvit, dubium nullum est negotium desisse. Nihil antecessisse ex paginarum numero certum videtur, et nihil subsecutum tuae edocent literae. Interim tamen gratissima est et illa transmissa particula, quod commode Anno 1669. ita subjungi possit.

15 De Cl. Dn. Scheffero quae scripseras ante, jam nota erant, nihil hac quidem vice novi ab ipso obtineri posse, quandoquidem jam ante exemplar illud ectypon mihi transmiserat. De praerogativa vitrorum ex Conicis figuris constantium prae Sphaericis nullum penes me dubium residet quin pronunciem. Certum enim est in Vitrī Opticīs praeter alia et hoc requiri, ut plures radii in unum cogi punctum possint, et quod vitrum plures cogat, illud et esse perfectius. In hoc vero sine dubio vincitur Circulus a reliquis sectionibus Conicis curvilineis, cum Circulus non nisi perpendiculariter incidentes ad Centrum deferat, reliquae vero sectiones curvae et parallelas. Ceteris vero paribus ab objecto lucido plures incidere radios paraλλελῶς quam perpendicularares in subjectam lentem ipsae figurae docere possunt. Neque quidquam me movent Hobbiana rationes, cum prima et secunda contra lentes cujuscunque figurae valeant quae 20 tamen ipsi potissimae videntur. Tertia autem obstarere non possit propterea, quod Telescopia || 25 qua talia parum faciant ad distantias mensurandas, nisi alia applicentur iisdem adminicula. De laternis illis Magicis non succurrit me quicquam legisse, nisi quidem eaedem forte sunt cum capsula Optica Regii.

De conjunctione planorum speculorum interrogabo Weigelium. Caeterum nescio qui ex delineatione mea imagines propiores esse possint oculo quam ipsum objectum, cum objectum 30 collocandum sit inter oculum et speculum, cum B sit oculus et A objectum. Et quod reflexiones

11 Nihil (1) quidem (2) antecessisse K

15 exemplar: nicht ermittelt. 23 Hobbiana rationes: vgl. TH. HOBBES, *Tractatus opticus*, [Paris 1644] (M.O.L. V, S. 217–248). 27 capsula Optica Regii: nicht ermittelt.



reflexionum imaginem imminuunt, exinde est quod propter intercedentem distantiam radii reflexi omnes recipi ab alio speculo non possint, quod vero in conjunctione propinqua planorum adeo sensibiliter fieri metuendum non videtur. Pro ratione juncturae esse quidem potest imago, sed non in fissura communi sed in alterutro plano. Sed scribam eam ob rem Dn. Weiglio, neque enim accurate adhuc memini et repraesentatas effigies et ipsam quoque structuram. Siphones (*Ventil*) alias sunt intra Canales, ut notum in Machinis Hydraulicis, quibus mediantibus aqua attrahitur. Cum vero facile vitium capere possint, 5 igitur non sine multis sumptibus removendi sunt canales. Quod vero ne fieri debeat, aeque bene siphones extra canales applicat Dn. Weigelius, effectu nihilominus eodem sequente. De Werner Machina nihil amplius audivi, nisi quod olim plagula quaedam Lipsiae impressa cum inscriptione *Machina Toreutica* cuius Autorem credidi Dn. Titelium nonnulla de eadem dixerit.

Scripserunt ad me non ita pridem Eruditi Viri Juvenes Helvetii Dn. Skreta et Dn. Ott, et 15 communicarunt mihi Dissertationes suas Heidelbergae habitas alteram *de Visione* alteram Dn. Skretae *de Auditione*, quorum uterque egregie placet. Dissertationem *de Visione* quam nuper poscebas mitto, addidique aliam *de Maris Motu*, quam Dn. quidam Respondens elaboravit, hypothesis tamen meam in Explicandis maris motibus secutus est. Vale faveque

Vir Nobilissime

Giessae d. 29. Martii 1671.

Cultori Tuo 20

L. Frid. Nitzschio

*A Monsieur Monsieur Leibnuz J.U.D. et Conseiller de Son Altesse Electorale de Mayence.
à Mayence.*

5 sed erg. K 7 f. (*Ventil*) erg. K

12–14 Machina . . . dixerit: G. CHR. WERNER, *Machina toteutica nova, oder Beschreibung der newer-fundenen Drehemühlen*, Augsburg 1661. 16 J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670. 17 H. SCRETA, *De causis ac natura auditionis*, Heidelberg 1670. 18 mitto: FR. NITZSCH, *Dissertatio optica de visione*, Gießen 1670; vgl. N. 43. 18 FR. NITZSCH, *De triplici maris motu*, Leipzig 1667. Der Respondent wurde nicht ermittelt.

48. HEINRICH OLDENBURG AN LEIBNIZ

London, 14. (24.) April 1671. [46.56.]

Überlieferung:

- 5 *K* Abfertigung: LBr 695, Bl. 5–6. 1 Bog. 4°. 2 S. (Mit Randbemerkungen von Leibniz.)
E' GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 1, 1849, S. 17–18. (Ohne Leibniz' Randbemerkungen.)
*E*² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 54. (Ohne Leibniz' Randbemerkungen.)
*E*³ II, 1 (1926) N. 48.
*E*⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 570–571. (Ohne Leibniz' Randbemerkungen.)
- 10 Übersetzung:
 HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 571–572.

Unser Brief, ergänzt durch N. 56, antwortet auf N. 46. Er wird beantwortet durch N. 64. Die Randbemerkungen von Leibniz geben wir als Fußnoten wieder und ordnen sie – so weit möglich – den entsprechenden Stellen im Text zu.

:92 15 || Ampliss^o et Consultiss^o Viro
D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitzio J.U.D. et
Consilio Moguntino Digniss^o
H. Oldenburg Sal.

Recte accepi, Vir Nobiliss^e, *Hypothesin tuam Physicam*, typis Moguntinis editam, et mox
20 prima ferente occasione coram Soc. Regia produxi. Praelecta ipsi fuit honorifica Dedicatio,
93 protinusque nonnullis ejus sociis in mandatis datum, ut libellum istum evolverent et || expen-
derent, suamque de eo sententiam, quam primum fieri commode posset, in caetu publico
referrent. Id dum agitur, suadere velim, Vir optime, ut partem alteram quantocuyus ad me, tuta
25 occasione, expedire ne graveris, cum intelligam Ego, viros illos, quibus examinis hujus pro-
vincia est demandata, vix quicquam de re tota pronunciatus esse, nisi et tuam de *Abstracta*
Motus theoria doctrinam, saepe a Te citatam et pluribus positionibus substratam, cognoverint.
Interim, quantum colligo, non displicet opera tua iis qui inspexere, certe mihi perplacet, qui ad
multa Te respexisse percipio. Cum posteriora video scripti hujus, mox Hypothesi tota *Trans-*
actiones Philosophicas exornare satagam.

26 a Te erg. K 28 percipio. (1) Postquam (2) Cum K

21–23 nonnullis . . . referrent: In der Sitzung am 23. März 1671 wurden Boyle, Hooke, Wallis und Wren gebeten, Leibniz' *Hypothesis physica nova*, die allerdings erst zur Hälfte vorlag, zu begutachten (BIRCH, *History*, Bd 2, S. 475). 23–26 ut partem alteram . . . cognoverint: Oldenburg scheint hier den noch fehlenden zweiten Teil der *Hypothesis physica nova* mit der *Theoria motus abstracti* gleichzusetzen. 24 viros illos: vgl. Wallis an Oldenburg, 7. April 1671, HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, 1970, S. 560. 28 f. mox satagam: Stattdessen ließ Oldenburg die *Theoria motus concreti* und die *Theoria motus abstracti* zusammen als *Hypothesis physica nova* von J. Martin, dem Verleger der Royal Society, in London nachdrucken.

Quamprimum de Machinae Wernerianae successu certi quid acceperis, nobis quoque impertiri ne graveris. Rationem dulcificandi aquam Marinam invenies impressam N° 67. *Transact. philosophicarum*,¹ quantum quidem ejus retegere Inventori visum fuit.

Famigeratum illud Grandamici de Terrella Magnetica Experimentum successu carere, satis liquet ex iis, quae ex Dn. Petiti epistola in *Transact. phil.* n° 28. inserta habentur.²

Operam dabo, ut cura Martini nostri libros a Te hinc desideratos accipias;³ Vale et porro Tui studiosissimo fave. Raptim Londini d. 14. April. 1671.

P. S. Ne, quaeso, invideas mihi peculiares illas, quas dicis, de Deo ac mente demonstrationes; circa quas nonnulla innuis, quae me perquam attonitum habent, adeoque stimulant, ut tanto importunius eorum communicationem expetam.

Literae tuae mihi destinatae per tabellionem semper, quaeso, inscribantur *A Monsieur Mons^r Grubendol à Londres. Franc à Anvers ou Amsterdam.*

Nobiliss^o et Consultiss^o Viro D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitzio J.U.D. et Consiliario Moguntino etc. Mogunt.

49. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

15

[Frankfurt, Anfang Mai 1671.] [44.144.]

Überlieferung:

L Abfertigung: LBr 171, Bl. 16–17. 1 Bog. 4°. 3 S.

E' GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 173–175.

E² II, 1 (1926) N. 49.

20

¹ *Dazu von Leibniz' Hand*: N. 67. *transactionum* nondum habeo.

² *Dazu von Leibniz' Hand*: Locutus sum de experimento Grandamici, sed in *Transact.* n. 28 refutatur tantum experimentum Gilberti de conversione spontanea terrella.

³ *Dazu zwei Randbemerkungen von Leibniz' Hand*: Dan. Plate *de rebus subterraneis*, Anglice, ⊙ ex ☉^{nio} sine fructu. ☺ ex ⊙ inter experimenta Societatis. Daneben: Inclinatione magnetica. Sprat contra Sorberium. Wilkins.

2 Rationem dulcificandi aquam: vgl. N. 26, Erl. zu S. 96.13 5 quae . . . habentur: vgl. N. 46, S. 145.21.
6 libros . . . desideratos: wohl in der nicht gefundenen Abfertigung von N. 28, vgl. N. 33, Erl. zu S. 114.5.
24 f. Plate . . . Anglice: G. PLATTES, *A discovery of subterraneall treasure, viz. of all manner of mines and mineralls*, London 1639 u.ö. 26 Sprat contra Sorberum: vgl. S. SORBIÈRE, *Relation d'un voyage fait en Angleterre*, Paris 1664; TH. SPRAT, *Observations on monsieur de Sorbier's Voyage into England*, London 1665.
26 J. WILKINS, *An essay towards a real character and a philosophical language*, 1668, vgl. N. 26.

Unser Brief antwortet auf N. 44 und wurde durch Stephan Gerlach übermittelt. Beilagen waren Leibniz' *Hypothesis physica nova* und seine *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 40 u. 41). Wie aus dem Briefende hervorgeht, wurde er während der Ostermesse (19. April bis 10. Mai 1671) geschrieben. Da Leibniz sich in den Jahren zuvor immer erst in der zweiten Messehälfte in Frankfurt aufhielt und sein Aufenthalt anlässlich der 5 Ostermesse 1671 dort am 3. Mai (vgl. N. 52–54), 4. Mai (vgl. N. 55), 5. Mai (vgl. I, 1 N. 84) und 7. Mai (vgl. I, 1 N. 86) sicher nachweisbar ist, ist Anfang Mai 1671 wohl das wahrscheinlichste Datum für unseren Brief, mit dem in der Korrespondenz mit Conring eine sechsjährige Unterbrechung eintritt, die erst im April 1677 von Hannover aus mit N. 144 endet.

:93 || Vir Ampl^{me}, Fautor Eximie.¹

10 Literae Tuae, ob praecolla semper monita, quae inseris, mirifice me afficere solent, nam et docent, et excitant.

94 || De Jurisprudentia ordinanda emendandaque sententia Tua fortasse non discedit a mea: Ita enim ego quoque sentio, optima quaeque meditata sine approbatione publica fructu carere; hanc vero nostra tempestate sperari vix posse. Sed haec quidem cura nos parum tangit. Num 15 ideo medico de diaeta scribendum non est, quia nemo Medice vivit? suffecerit nobis rem nostram egisse, caetera suis temporibus servanda sunt.

De Motus rationibus, et Hypothesi mea phaenomenis naturae solvendis constituta; ut exactius judicare possis schediasmata mea mitto. Vellem digna esse lectione tua; sin minus, inspectione. Miror cuiquam videri, omnium maxime miror videri Tibi, ullum esse motum in 20 natura, qui non sit localis. Crede mihi, nihil hac sententia minus apodeicticum id est minus clare distinque explicatum vel fingi posse. Vellem nosse experimentum aliquod naturae, quod non possit solvi motu locali. Te certe, tantum Virum, a formis et qualitatibus, et nescio quibus nominalitatibus rerum causas repetere, non credo. Malo credere sententiam tuam a mea minus quam utrius videtur dissidere. Impossibile est quicquam in corpore intelligi praeter magnitudinem, figuram et motum localem. Vix ipsum Aristotelem aliter sensisse, ostendi in prae- 25 fatione Nizolii, cuius libros *de veris principiis et vera ratione philosophandi* aliquando edidi: sum enim in Aristotelis lectione saepe non perfunctorie versatus. Hypothesi mea videbis mira brevitate et concinnitate rationem reddi: gravitatis, vis Elasticae (*einer gespanten Feder*),

¹ Am Kopf des Briefes von Conrings Hand: Responsum ad literas meas 16 Febr. 30 exparatas. 22. Junii 1671 durch Gerlachen.

12 non (I) dissentit (2) discedit L 14 parum (I) ⟨circumdatur⟩ (2) tangit L 18 mitto. (I) Velim (2)
Vellem L 28 reddi: | vis gestr. | gravitatis, L

26 M. NIZOLIUS, *De veris principiis et vera ratione philosophandi contra pseudophilosophos libri quatuor*, Parma 1533; hrsg. v. G. W. Leibniz. Frankfurt 1670 u. 1674.

verticitatis quoque magneticae ad polos directae, penduli, fermentationis, reactionum omnium chymicarum, cohaesioneis corporum; motus marium et ventorum; eorumque omnium ex solo motu lucis seu aetheris circa terram. Quid aliud ab Hypothesi quam brevitas claritasque omnibus phaenomenis satisfaciens desiderari potest? Causas naturales alias quam probabiliissimas quaerere temerarium est, quamdui nondum totam naturam inspeximus. Si me Automatopoeus ad horologium a se confectum adducat, jubeatque ut divinem constructionem: potero fortasse constructionem exhibere, quae idem praestet, quod Horologium monstratum: quia eadem phaenomena pluribus modis produci possunt: ipsum praecise modum quo Artifex usus est, nisi dissoluto opere definire non possum. Si qua tamen hypothesis non tantum experimentis praesentibus satisfaciat, sed et prophetiam quandam non fallentem praebeat de futuris, ei valde fidendum est.

Empiricorum, ut Tu vocas, Vir Amplissime, nostri temporis industria multa egregia, Aristoteli ignota sunt stabilita: motus terrae, gravitas aëris, pendulorum admirabilis regularitas; vis Elateris, productio metallorum artificialis, reactiones chemicae, et ab iis pendens tota methodus medendi: nam hactenus methodus medendi fuit pene nulla, paucis demtis. Quaesivi aliquoties a doctis medicis, qui fieret, quod inventa sanguinis circulatione, tot novis vasis, constituta alia plane corporis oeconomia, deprehensis prorsus novis morborum causis, methodus tamen medendi vetus retineatur. Hi mihi fassi sunt, medicinam, quam hactenus || fecerint, quatenus usum fructumque habuerit, fuisse totam Empiricam, non pendentem a causarum contemplatione, sed experientia: unde nunc quoque mutata de causis sententia remedia priora retineri. Fuit ergo hactenus omnis pene nostra Medicina Empirica. Utinam si aliter sentis, Vir Ampl^{me}, meliora nos edoceas! non posses de humano genere melius mereri. *Aphorismi* Hippocratis non sunt theorematata deducta ex causis, sed observationes factae per experimenta seu inductionem. Unde ne nunc quidem extitit, qui eorum causas se reddidisse jactare possit. Non dubito in veterum medicina plurimum bonae frugis latere, sed quis exuit, quis in scientiae formam rediget? Anglis profecto ars demonstrandi non est adimenda. Ars demonstrandi tota consistit in duobus, arte definiendi, et arte combinatoria. Est enim Demonstratio nil nisi catena definitionum. Arte definiendi nescio an a multis retro seculis, Aristotele et JC^{tis} veteribus et Jul. Caesare Scaligero, et Jacobo Cujacio demtis, conferri Thomae Hobbesio quisquam possit. Idem tam multa praeclara theorematata mihi demonstrasse videtur, quam ipse Aristoteles, omnium licet mortalium, si a Mathematicis et JC^{tis} veteribus abieris, ἀποδεικτικώτατος. A

9 tamen erg. L 16 doctis (1) melioris (2) medicis L 18 sunt, (1) *(metho)* (2) medicinam L
25 quis (1) eruit (2) exuit L 28 et JC^{tis} veteribus erg. L 31 et JC^{tis} veteribus erg. L

Cartesio quoque multa praecclare excogitata sunt, quae nulli veterum in mentem venere. Naturalis hic noster morbus est detrahere iis, cum quibus nobis certamen gloriae esse potest, id est, hominibus aevi nostri. Ego, si quisquam, Aristotele delector; plurimos tamen ejus paralogismos ad oculum si opus sit, demonstrare possum, etiam in re moralis. Idque Tute non raro observasti.

5 Mittamus praejudicia: faveamus ingenii omnium aetatum. Erga nostrum praesertim seculum ingratius simus. Ut ad nugas meas redeam, mirifice gaudebo, si Tibi saltem non improbabiles videri intellexero. Simplicius enim cogitari vix quicquam potest, certitudinem non promitto. Caeterum festinatissimae et perturbatissimae in nundinis scriptiori ignosce: vix credis quot cursitationibus et scriptitationibus distrahar. Quod restat vale faveque

10 Vir Nobilissime et Ampl^{me}, Fautor Magne
Cultori Tuo studiosissimo
Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

P. S. Ignosce quaeso libertati quam subitus scribendi calor infudit: venerationi, quam Tibi Germani praesertim omnes debemus, absit, ut unquam quicquam decedat: idque publice testabor quoties occasio erit: privatam magnorum virorum reprehensionem provocare interdum
15 non timeo, cum sciam nihil esse utilius, et ad discendum fructuosius.

50. LEIBNIZ AN JAKOB THOMASIUS

[Anfang Mai] 1671 [37.100.]

Überlieferung:

²⁰ E¹ STRUVE, *Acta Litteraria*, Fasc. VII, 1710, S. 70 u. 71–72 (Teildruck des zweiten, dritten u. fünften Absatzes).

E² KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 59–61. (Unsere Druckvorlage.)

E^3 II, 1 (1926) N. 50 (nach E^2).

Weitere Drucke:

- 25 1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 4, 1 1768, S. 32–33. – 2. GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 36–38.

Übersetzungen:

1. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 26 (Teilübers.). – 2. BODÉÜS, *Correspondance*, 1993, S. 315–317.

7 certitudinem non promitto erg. L

6 nugas meas: *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40) und *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41).

Für die Datierung unseres Briefes, der N. 37 beantwortet, ist als *terminus post quem* der 27. April 1671, das Datum des erwähnten Briefes von Graevius an Leibniz (I, 1 N. 83), anzusehen. Geschrieben ist der Brief noch während der Buchmesse (19. April bis 10. Mai 1671) und nach dem Erscheinen der *Hypothesis physica nova*, von der dem Brief ein Exemplar beigelegt war. Er beantwortet N. 37. Das Jahresdatum findet sich in E¹.

|| Accepi literas tuas, sed responsum in nundinas distuli, tum quod materies scripturo deesset, tum quod addere destinasse schediasmation meum, idque ecce nunc mitto. || Obscuriusculum est, quia quanto maximo fieri potuit sermonis compendio usus sum, ne rerum multitudine in molem charta extumesceret, commoditatemque spargendi adimeret auctori. Unde fere iis scriptum est, qui in recentioris philosophiae formulis, sententiis, observationibusque, quae plerumque verbulo tantum innuuntur, sunt versati. Mihi aether meus nec ab Aristotelico, neque a tuo valde differre videtur, nisi quod saltem mihi nec levis nec gravis esse visus est, sed ventilatione sua caussa gravitatis, simul et vis elasticae, et directionis magneticae, et plerorumque aliorum naturae phaenomenorum. Gyrationem autem ei imprimi a luce, et rationi opinor, et Aristoteli consentaneum est. Nihil dubito de veritate hypotheseos Copernicanae, et tamen quicquid in mea proprium mihi novumque est, potest etiam Tychonicae conciliari. Potissimum est, quod ex hac hypothesi ratio reddi potest plerorumque miraculorum naturalium, quibus res maxima per minima geruntur, ut in veneno, pulvere pyrio, arcu tenso se restituente, sclopeto ventaneo appareat, quae res etiam se graviores movent, quia non tam suo, quam aetheris, cuius circulatio turbata est, publico nisu moventur. Quaecunque etiam vulgo fugae vacui adscribuntur, seu appetitui continuitatis, ea huic aetheris circulationi tribuenda sunt. Tu, ut expendas, mihique judicium tuum, si vacat, transcribas, tum illud potissimum attendas, an hac hypothesi assumta putes, sola magnitudine, figura et motu, sine aliis qualitatibus, omnia corporum phaenomena salvari posse, magnopere rogo. Si aliorum etiam virorum doctorum, in primis amplissimi Frankensteinii, quem salutari meis verbis peto, quorsumcunque etiam vergentia judicia mihi significaveris, magno cumulo augebis beneficium tuum.

5 :95
96

Auctor elogii feminarum Schützius nunc ex Cancellario Fuldensi assessor est camerae Spirensis. Scripta ejus in re civili et morali puto potius boni consuli, quam valde quaeri etiam a nobis. *Reflexiones* ejus (sic enim vocat) *politicae* pro specimine esse possunt, etiam titulo tenus intuenti. De Cardinalis Schombergii homiliis nondum quicquam comperi. Promissus est mihi

25

27 f. a notis. *Reflectiones* ejus E¹

6 schediasmation: *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40). 10 f. Mihi . . . videtur: vgl. VI, 2 N. 40; ferner ARISTOTELES, *De mundo*, 392 a 5; zu Thomasius vgl. N. 37. 26–29 Auctor . . . intuenti: W. I. SCHÜTZ, *Ehrenpreis des Frauenzimmers, oder Erörterung der Frage, ob das weibliche Geschlecht dem männlichen an Verstand gleich sey*, Frankfurt 1663; *Manuale pacificum. Seu quaestiones viginti: ex instrumento pacis, religionem ejusque exercitium concernentes*, Frankfurt 1654 u.ö.; *Recta silendi ratio*, Frankfurt 1657; *Reflexiones politico-consolatoria, Oder Reißliche Überlegungen derjenigen Widerwärtigkeiten, und Unglück, welchen ein Politicus und vornehmer Weltmann . . . underworffen ist . . . Wie er sich darzu . . . trösten könne und solle*, Frankfurt 1661. 29 Schombergii homiliis: vgl. N. 37.

index bibliothecae cathedralis Moguntinae, id genus libris illorum temporum refertae. Non est nunc mihi ad manus *bibliotheca Cardinalitia* Jacobi a S. Carolo, inquisivissem alioquin, si quid de Schombergio memoraret.

Prodiit his nundinis Hermanni Radbodi Schelii liber elegans *de jure imperii*, scriptus 5 potissimum contra Salmasium, nunc post auctoris, in Belgio foederato magnis honoribus functi, et tamen, ut mihi scribit Cl. Graevius in ipso aetatis flore erepti, obitum editus. Populi tamen potestatem mihi paullo laxiorem, quam fas est, fecisse videtur, nisi quod profluentissimae dictionis elegantia excusat auctorem, non satis distinete semper animi sensa explicantem. Ejusdem *de libertate* librum memorat mihi Graevius, sed non vidi.

10 Idem Graevius scribit mihi Ultrajecto, desiderare se codicem Homeri antiquissimum, qui lateat in Lipsiensi bibliotheca Paulina: non dubito, quin idem jam tum ad vos perscripserit, credoque vos etiam sine admonitione mea viro tam egregio, atque inter patriae nostrae decora || 97 numerando, hujusmodi subsidia non denegatu.

In Cicerone nunc potissimum edendo occupatur, addetque integros fere virorum prae- 15 stantissimorum commentarios. Idem edi curat praelationes Baudii in *Panegyricum* Plinii hactenus desideratas. Priolum obiisse, ex Gallia disco. Amplissimi Frankensteinii in eum notae promissae hactenus, ni fallor, nondum prodire. Christophori Forstneri *epistolae* spero editum iri. Addentur, ut ajunt, *ephemerides politicae*, quas singulis mensibus de praesenti tunc rerum statu in literas inferebat; sed, ut ego arbitror (legi enim manuscriptas), nondum ultimam 20 auctoris manum expertas.

6 ut ad me scribit *E¹* 19 literas referebat; sed *E¹* 19 arbitror, legi enim justas, nondum *E¹*

1 index: wohl gemeint der handschriftliche *Catalogus librorum manuscriptorum Bibliothecae S. Martini, Reverendissimi Capituli Archiepiscopalis Metropolis Moguntinensis, Compilatus a Fratre Urbano praed. Anno MDCLIV. XI. Kal. Nov.*, der als Beilage VII abgedruckt ist in FR. FALK, *Die ehemalige Dombibliothek zu Mainz, ihre Entstehung, Verschleppung und Vernichtung nach gedruckten und ungedruckten Quellen*, Leipzig 1897 (XVII. Beiheft zum Centralblatt für Bibliothekswesen). Zu Leibniz' Interesse an der Mainzer Dombibliothek vgl. Leibniz an Graevius, 5. Mai 1671 (I, 1 N. 84, S. 146). 2 *bibliotheca Cardinalitia*: L. JACOBUS a S. CAROLO, *Bibliotheca Cardinalitia*. Dieses Werk kursierte offenbar nur handschriftlich, vgl. M. LIPENIUS, *Bibliotheca realis theologica*, Frankfurt 1685, S. 172. 4 Schelii: R. H. SCHELE, *De jure imperii*, Amsterdam 1671. 6 scribit: vgl. Graevius an Leibniz, 27. April 1671 (I, 1 N. 83, S. 143 f.). 9 *de libertate*: R. H. SCHELE, *Libertas publica: liber posthumus*, Amsterdam 1666. 10 f. Graevius . . . Paulina: vgl. Graevius an Leibniz, 27. April 1671 (I, 1 N. 83, S. 145). Die von Graevius erbetene Homer-Handschrift ist erhalten in LEIPZIG, Universitätsbibliothek, cod. gr. 32. 14 Cicerone . . . edendo: vgl. CICERO, *Orationes ex recensione J. G. Graevii*. Bd 1–3. Amsterdam 1695–1699. 15 *Panegyricum*: PLINIUS d. J., *Panegyricus liber Trajano dictus. Cum annotationibus antehac ineditis Dominici Baudii*, Leiden 1675. 16 Priolum obiisse: Ferrand an Leibniz, 13. Februar 1671 (I, 1 N. 69, S. 118). 16 Frankensteinii in eum notae: B. PRIOLO, *Ab excessu Ludovici XIII de rebus gallicis historiarum libri XII. Juxta exemplar Carolopoli MDCLXV impressum. Chr.-Fr. Franckenstein indicibus et notis sub manu natis auctum recudi fecit*, Leipzig 1669 u. 1686. 17 *epistolae*: Christoph Forstner gab unter dem Obertitel *Epistolae sive judicium de moderno imperii statu*, Möpelgard 1656.

51. LEIBNIZ AN LAMBERT VAN VELTHUYSEN

Anfang Mai 1671.

jetzt N. 56a.

52. LEIBNIZ AN MARTIN FOGEL

Frankfurt, 3. Mai 1671. [41.79.]

Überlieferung:

5

E¹ KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 317.*E²* II, 1 (1926) N. 52.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 5, 1768, S. 541.

Unser Brief ist ein Begleitschreiben zu Exemplaren der *Hypothesis physica nova* und der *Theoria motus abstracti*, die Leibniz an Fogel mit der Bitte um Stellungnahme auch von dessen Freunden schickt. Eine frühere ihm zugeschickte Fassung der *Theoria motus abstracti* hatte Fogel wegen ihrer offensichtlichen Mängel nicht, wie von Leibniz ursprünglich gewollt, an die Royal Society weitergeleitet. Über Fogels Urteil zu beiden Schriften ist nichts bekannt.

|| Spero, literas meas ad Te recte pervenisse, si quando rescribendi tibi otium erit, beneficio 15 :99
me non mediocri afficies. Ut de Hypothesibus meis rectius sentias, mitto duo schediasmata,
alterum rationem motuum a sensu et phaenomenis independentem, alterum hypothesin omnium
phaenomenorum naturae, unico quodam motu cosmicō explicandorum complectitur. Judicium
tuum amicorumque Tuorum, si mihi perscriperis, magno me beneficio afficies. Vale, faveque.
Francofurti 3 Maji styl. novi 1671. 20

P. S. Celeberrimum Edzardum, si qua occasio est, salutari meis verbis peto. Scripsi illi
quoque Tecum, nescio an literae sint perlatae?

17 alterum . . . independentem: Die *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41). 17 f. alterum . . .
complectitur: Die *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40). 22 Scripsi illi: Der Brief von Leibniz an Edzard
vom 13. Februar 1671 (I, 1 N. 68) ist nicht zugestellt worden.

53. LEIBNIZ AN JOHANNES HEVELIUS

Frankfurt, 3. Mai 1671.

Überlieferung:

- 5 *L* Abfertigung: PARIS, *Bibliothèque de l'Observatoire*, AC1,11 n. 133. 1 Bl. 4°. 1 S. Eigh.
 Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
- E¹* KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 378.
- E²* GROETHUYSEN, *Trois lettres de Leibniz*, in *Revue Philosophique de la France et l'Étranger*,
 1924, S. 8–9 (nach *L*).
E³ II, 1 (1926) N. 53 (nach *E²*).
- 10 Weiterer Druck:
 DUTENS, *Opera omnia*, Bd 2, 2, 1768, S. 91–92.

Von Leibniz' starkem Interesse an Fragen in Zusammenhang mit Magnetismus zeugen mehrere 1671 verfaßte Briefe: N. 46, N. 57, N. 58, N. 64, N. 67 und N. 78. Der unmittelbare Anlaß für unser Schreiben dürfte Hevelius' Brief an Oldenburg vom 5. Juli 1670 über die magnetische Deklination sein, der teilweise in den 15 *Philosophical Transactions*, Nr. 64, 10. Oktober 1670, S. 2059–2061 abgedruckt wurde. Unserem Brief wurde ein Exemplar der *Hypothesis physica nova* beigelegt. Ein Antwortschreiben von Hevelius ist nicht bekannt.

:99

|| Vir Ampl^{me} et Celeberrime.

Si cultum quo Te prosequor apud Te exposuero, rem et parum Tibi gratam fecero, et cum omnibus communem. Faciam ergo quod non omnes: sistam nimurum aliquid judicio Tuo, quod 20 ipsos Anglos, Gallos, Italos, tanti facere constat: audacter utique, sed humanitas Tua minuit temeritatem meam. Videbis Hypothesin quandam paradoxam, brevem certe claramque omnium phaenomenorum causam repetentem, ipsius etiam directionis Magneticae, a circulatione aethera cum luce, quam hactenus supposuit, quod sciam nemo. Magno me beneficio affeceris, si Tuum, si Ampl^{mi} Behmii, si aliorum amicorum judicia uberrima significaveris, si aliorum 25 egregiorum conatum inventorumque participem feceris. Si quid vicissim in his locis curandum mihi impones, summam promitudinem senties. Vellem nosse, quid sentias de Vaticinatione Philosophica quam dedit Henr. Bondius, si bene memini, Anglus eruditus qui declinationes Magneticas futurorum annorum ex Hypothesi sua praedixit. Cum jam elapsi sint aliquot anni 30 nosse opto an cogitatis responderit eventus. P. Grandamicus S.J. (ut habet *in arte Magnetica* editionis Romanae novissimae P. Kircher) observavit in magnete terrella forma elaborato, ipso

29 an (1) veritas (2) cogitatis *L*

26–28 de Vaticinatione Philosophica: H. BOND, *The variations of the magnetick needle, predicted for many yeares following*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 40, 19. Oktober 1668, S. 789 f. 29 habet: A. KIRCHER, *Magnes sive de arte magnetica opus tripartium*, Rom 1641, S. 420–425; 3. Aufl. Rom 1654, S. 310–312. 30 observavit: J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magnetica*, La Flèche 1645, S. 60–67; vgl. Leibniz an Oldenburg, 18. Juni 1671 (N. 64).

polo suo suberi libratili imposito, sine omni declinatione meridianum || quendam certum, perpetual obverti meridiano loci. De quo quid vos judicetis resciscere valde desidero. Velle de ejus successu edoceri, ad Hypotheses meas magneticas perficiendas. Quemadmodum et quid de inclinatione acus magneticae, poli elevationem Gilberto et Kirchero referentibus monstrante, sentiat. Vale faveque

100

5
Vir Ampl^{me} et Celeberrime Cultori Tuo Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D.
Francofurti 3. Maji styl. novi 1671. et Consiliario Moguntino.

P. S. Si responso me dignaris, id Dn. Wachtler curabit et D^{no} Zunnero Bibliopolae Francofurtensi tradet, is mittet mihi.

Ampl^{mo} Hevelio Reipublicae Dantiscanae Senatori. Danzig.

10

54. LEIBNIZ AN OTTO VON GUERICKE

[3. Mai 1671.] [62.]

Überlieferung:

A Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: MAGDEBURG, *Stadtarchiv*, Fa Gu N 2b, Bl. 39. 1 Bl. 2°. 1 S.

15

E¹ *Magdeburger Montagsblatt*, 17. 1907, S. 130 (Teildruck).

E² II, 1 (1926) N. 54.

Weiterer Druck:

SCHIMANK, *Experimenta* Bd 2, 1968, S. 81 (nach E²).

Die Datierung des Briefauszuges, der sich in einem Schreiben Otto von Guericke an Johannes Janssonius von Waesberge vom 21. Juni 1671 befindet, ergibt sich aus dem Antwortbrief Otto von Guericke an Leibniz vom 16. Juni 1671 (N. 62). Unserem Brief beigelegt war ein Exemplar von Leibniz' *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40). Der sich anschließende Briefwechsel zwischen Otto von Guericke und Leibniz zog sich über ein knappes Jahr hin und endete im März 1672 kurz vor dem Erscheinen der *Experimenta nova* in der ersten Aprilhälfte desselben Jahres. Unsere Druckvorlage, heute Kriegsverlust, lag den Editoren von 1926 noch vor.

25

|| Valde opto Te aliquando coram frui; Experimenta tua et inventa quorum Cathalogus meminit, annixe omnes desideramus, etiam Galli Anglique, inter quos Dn. Oldenburgius Societ. Anglicae Secretarius et Dn. Carcavius Academiae Galicae Director, etc.

:100

1 declinatione (1) monstraturum (2) meridianum L 1 f. certum erg. L 27 quos (1) R.P. (a)
Ath. (b) Athanasius (2) Dn. l

4 Gilberto: W. GILBERT, *De magnete*, London 1600 u.ö. 26 f. Cathalogus: *Catalogus Universalis, hoc est Descriptio omnium librorum, qui hisce Nundinis Vernalibus Francofurtensis et Lipsiensibus Anni 1670 prodierunt*, Leipzig 1670, S. 8.

55. LEIBNIZ AN OTTO TACHENIUS

Frankfurt, 4. Mai 1671.

Überlieferung:

- 5 L Abfertigung: LBr 912, Bl. 1. 1 Bl. 4^o. 1 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. Geringer Textverlust durch Abriß am rechten oberen Rand. (Unsere Druckvorlage.)
- A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 10. 1 Bl. 2^o. 2 S.
- E II, 1 (1926) N. 55 (nach L).

Unser Brief ist der einzige Beleg einer Korrespondenz zwischen Leibniz und Tachenius, den Leibniz in seiner *Hypothesis physica nova* mehrfach zitiert hat. Ein Exemplar sowohl dieser Schrift als auch der *Theoria motus abstracti* waren als Beilagen zu unserem Brief vorgesehen. Da sich die Abfertigung im Leibniz-Nachlaß befindet, ist sie entweder gar nicht abgesandt oder aufgrund des Todes von Tachenius (er starb um 1670) an Leibniz zurückgeschickt worden.

:100

|| Vir Experientissime et Celeberrime

15 Nolui praetermittere occasionem gratulandi Tibi patriaeque nostrae de fama quam egregiis inventis scriptisque es consecutus. Mirifice placent omnia quae de primis illis pugilibus acido et alcali disseris: ego in his quae mitto Schediasmatibus non probavi tantum, sed et provexi, et hoc occultum naturae mysterium ad causas manifestas reduxi. Miraberis congruentiam diversarum, et ex diversis principiis petitarum speculationum, insigni veritatis argumento. Videbis ex unico motu aetheris cum luce circa terram non tantum reactionem inter acidum et alcali, sed et pene omnia naturae phaenomena, et quod mirabilissimum est, ipsam naturam et directionem magnetis derivatam. Et ex occultis qualitatibus factas manifestas. Spero aliquando frui me posse colloquio Tuo, distinctiusque et discere Tua et explicare mea. Nunc quaeso judicium mihi Tuum, et si ita videtur, amicorum ne denega. Ecce praeterea quid 20 quaerere in mentem venerit, nonne putas rationem iniri posse capiendi subtilissimum illud quod in reactionibus acidi et alcali fermentationibusque exhalat. Scis Basilius Valentini commendare spiritum album Vitrioli, ut vocat, qui inter reagendum cum Tartaro, exhalat: nec commendare tantum, sed et capi posse supponere. Idem

22 ex (1) causa (2) occultis L

17 disseris: O. TACHENIUS, *Hippocrates Chymicus. Qui novissimi viperini salis antiquissima fundamenta ostendit*, Venedig 1666, Braunschweig 1668. 27-S. 161.1 Basilius . . . posse: Vgl. BASILIUS VALENTINUS, *Triumphwagen antinomii . . . allen, so den Grund suchen der uhralten Medicin*, hrsg. v. J. Thölde. Leipzig 1624, S. 120 f.

Basilius || putavit, aut certe tradidit, spiritum album sola lenta digestione a rubro separari posse.
 Tu in hoc negotio exercitatissimus unus omnium optime judicare potes quid de his rebus sit
 sperandum. Quid sentis de *Physica subterranea* ingeniosi certe Viri Joh. Joach. Becheri? quid
 de novo ejus experimento ex solo limo communi, et oleo lini faciendi ferrum. Quo experimento
 illi refutantur, qui negant naturam perinde ut artem transitus facere posse de regno in regnum. 5
 Quod superest vale faveque

Vir Nobiliss^e Cultori Tuo
 Francofurti 4 Maii styl. novi 1671

Gottfredo Guilielmo Leibnitio J.U.D.
 et Consil. Mog.

P. S. Si rescribis, literis ad me directis aliud circumda operculum, ita inscriptum: à
Monsieur Monsieur Lasser Conseiller de Son Altesse Electorale de Mayence, à Mayence. 10

Nobilissimo Viro D^{no} Ottoni Tachenio Medico Celeberrimo. Venetiis.

56. HEINRICH OLDENBURG AN LEIBNIZ

London, 24. April (4. Mai) 1671. [48.57.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 695, Bl. 7–8. 1 Bog. 4°. 1 1/2 S.

15

E¹ GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 1, 1849, S. 18.

E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 55.

E³ II, 1 (1926) N. 56.

E⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 10–11.

Übersetzung:

20

HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 12–13.

Unser Brief, N. 48 ergänzend, antwortet auf N. 46 und informiert darüber, daß die von Leibniz wohl in der nicht gefundenen Abfertigung von N. 28 geäußerten Buchwünsche erfüllt wurden. Eine direkte Antwort und die Bestätigung über den Empfang der Bücher – möglicherweise im nicht gefundenen Brief vom 20. Juni 1671 (vgl. N. 81) – ist nicht erhalten. 25

3 *Physica subterranea*: J. J. BECHER, *Actorum laboratorii chymici Monacensis, seu Physicae subterraneae libri duo*, Frankfurt 1669. 4 experimento: J. J. BECHER, *Experimentum chymicum novum quo artificialis et instantanea metallorum generatio et transmutatio ad oculum demonstratur*, Frankfurt 1671; vgl. Leibniz an Oldenburg, 18. Juni 1671 (N. 64).

:101

|| Nobiliss^o et Ampliss^o Viro
 D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitzio, J.U.D.
 et Consiliario Moguntino digniss^o
 Henr. Oldenburg S.

5 Paucis abhinc diebus per Tabellionem ordinarium de plurimis rebus Philosophicis, nec non de *Hypothesi* tua *Physica* ad Te scripsi, inprimis vero ursi, ut partem ejus secundam *de Abstractis Motus regulis* quantocius, ad majorem totius rei lucem, huc transmittas. Spero, litteras illas rite Tibi fuisse traditas. Jam quod scribam aliud non suppetit, nisi ut significem, me per Bibliopolam nostratem, Martinum, et per Schultzium Hamburgensem, ad Zunnerum Fran-

10 cofurtensem libros a Te desideratos, quos quidem eorum concessu potui, transmisisse, nempe

	lib. sterling. shill. ¶
<i>Phil. Transact. annorum 68, 69, 70</i>	1 0 0.
<i>Lexicon Bluntii</i>	0 4 6.
<i>Boylus de Rarefactione Aëris</i>	0 0 6.
15 <i>Boilii Tractatus aliquot de qual. Cosmicis etc.</i>	0 1 8.
<i>Glanvils Plus Ultra</i>	0 1 6.
<i>Mercur. librarius</i>	0 1 6.
Sum	1 [9] 8.

Persuasissimum habeo, Te Curaturum, ut Zunnerus Schultzio de precio satisfaciat, ut
 20 Schultzius deinde possit satisfacere Martino; absque quo si fuerit, difficilis erit imposterum
 Martinus noster in consimili occasione. Vale, et a Tui observantissimo plurimum Salve. Dabam
 Londini d. 24. April. 1671.

17 (1) Catalog (2) Mercur. K 18 1 10 8. K ändert Hrsg. 19 de precio erg. K

6 scripsi: N. 48. 6 f. partem . . . *regulis*: Noch immer setzt Oldenburg die *Theoria motus abstracti* fälschlich mit dem noch fehlenden zweiten Teil der *Hypothesis physica nova* gleich. Beide werden am 9. Mai 1671 mit N. 57 übersandt. 10 libros a Te desideratos: wohl in der nicht gefundenen Abfertigung von N. 28, vgl. Erl. zu N. 48 u. 33. 13 T. BLOUNT, *Glossographia: or a dictionary interpreting all such hard words, whether Hebrew, Greek, Latin, Italian, Spanish, French, Teutonick, Belgick, British or Saxon, as are now used in our refined English tongue*, London 1656. 14 R. BOYLE, *Tractatus: ubi 1 mira aëris (etiam citra caloren) rarefactio detecta . . .*, London 1670. 15 *de qual. Cosmicis*: R. BOYLE, *Tractatus de cosmicis rerum qualitatibus. De cosmicis suspicionibus . . .*, Amsterdam 1671 u.ö. 16 J. GLANVILL, *Plus ultra: or the progress and advancement of knowledge since the days of Aristotle*, London 1668. 17 *Mercurius librarius, or, a catalogue of books printed and published (at London) [später:] A catalogue of books (continued) printed and published at (in) London*, hrsg. v. J. STARKEY U. R. CLAVELL, London 1668–1708.

Deinceps Schultzius Amplitudiⁱ Tuae suppeditabit omnes hujusmodi libros, in Anglia impressos: Noster enim Martinus cum eo rem habet.

Nobiliss^o et Consultiss^o Viro D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitz J.U.D. et Consiliario Moguntiaco. Maintz.

56a. LEIBNIZ AN LAMBERT VAN VELTHUYSEN

5

Frankfurt, 5. Mai 1671. [21.61b.]

Überlieferung:

L Abfertigung: PARIS, *Archive de l'Acad. des Sciences*, Dossier Leibniz. 1 Bog. 4^o. 3 S. Eigh.
Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)

E MORRISON u. THIBAUDEAU, *Catalogue*, 3, [1882], S. 138–139 (nach L).
Weiterer Druck:
II, 1 (1926) N. 51 (nach E).

10

15

Nachdem Leibniz am 22. April durch Graevius erfahren hat, daß van Velthuysens Antwort auf seinen Brief (N. 19) ihm nicht ausgehändigt werden konnte (I, 1 N. 82, S. 141), wendet er sich mit unserem Brief, Beischluß zu Leibniz an Graevius, 5. Mai 1671 (I, 1 N. 84), erneut an den Utrechter Gelehrten.

Wir geben den Text nach der Abfertigung wieder, die erst nach der Drucklegung von II, 1 (1926) gefunden wurde. Aus ihr ergibt sich der 5. Mai 1671 als exaktes Datum.

|| Nobilissime et Ampl^{me} D^{ne}, Fautor Eximie

:97

Ex celeberrimi Graevii nostri literis magno cum dolore meo intelligo honorem voluptatemque imo fructum literarum tuarum, quo illas sat scio nunquam carituras, nescio quam sinistram fortunam mihi invidisse. Imposterum, si quo literarum honore me dignaris, operculum 20 ipsis circumdari potest inscriptum Ill^{mo} Baroni Boineburgio, vel Amplissimo Lassero consiliario Moguntino, ita literae Cursori tantum publico commissae recte ad me pervenient.

Nunc Vir Ampl^{me} Censurae Tuae subjicio Schediasma meum duplex, vellem tam verum quam est novum: alterum abstractas motuum rationes breviter persequitur, et admirandam 25 continui naturam evolvit, alterum Hypothesin Physicam constituit unde in summa repeti possit omnium phaenomenorum ratio. In illo constituisse imo demonstrasse mihi visus sum esse partes indivisibilium sed indistantes, uti conatum conatu, ita punctum puncto majus esse, qua ratione non tantum omnem illum de Compositione continui Labyrinthum exivi, sed et Geo-

24–27 Schediasma meum duplex: Leibniz hatte mit N. 19 seine *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41) und seine *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40) an van Velthuysen geschickt.

metriam indivisibilium Cavalierianam salvavi. Quin imo ostendam aliquando omnia pene quae in mentibus admiramus, ex his indivisibilium miraculis pendere, quod nescio an hactenus observaverit quisquam. Nam ipse ille maximus Cartesius nunquam evolvit intentius quid sit hoc ipsum: cogitare. Ego vero ut corporalia spatiis et motibus, ita mentalia punctis et 5 conatibus explicanda censeo. Imo exponam rationem qua Deus construere possit corpus quod ejusmodi motibus cieatur, ut deinde nulla extraordinarii concursus continuatione sit naturaliter indissolubile, etsi concurrerent omnes mundi vires; imo quod plus est, exponam quomodo mediante hoc corpore, cui implantata mens est, mens possit se multiplicare per Traducem sine nova creatione, nulla incorporalitatis jactura, quod hactenus nemo clare distincteque exponere 10 potuit. Neque vero puto aliam ob rationem Theologis quibusdam exosum esse Traducem quam quod corporalitatem inferre videtur, et divisibilitatem, ac proinde mortalitatem. Quod non esse, 98 ostendam ex ipsa indivisibilium natura tanta claritate quanta est, cum sol || lucet. Quo posito utique rationabilius est propagationem humanam naturalem esse concedere quam ad perpetua creationis novae miracula, ut alias difficultates taceam, Deum sine necessitate devocare. Ex his 15 aliisque de mente demonstratis multa nova circa affectus, actus, virtutes, jus et obligationem, Rempublicam, felicitatem consequentur. Et jam nunc occupor subinde in formandis definiti- onibus, quoad ejus fieri potest acutis et rotundis. Exempli causa: Justum definio, qui amat omnes. Amor est voluptas ex bono alieno. Voluptas est Harmonia in sentiendo. Harmonia est similitudo in dissimilibus. Sentire seu statuere est practice cogitare seu cogitare cum 20 voluntate. Imaginari contra est cogitare sine voluntate. Voluntas est conatus cogitantis. Conatus est initium Motus. Proprietas est jus in rei substantiam. Servitus in qualitatem. Ususfructus in qualitates rei omnes. Jus in rem seu jus reale est obligatio omnium personarum vel indefinitarum id est omnium quae non excipientur. Possessio est victoria de 25 re, seu rei domitiae status. Innumeritas hujus generis definitiones vocabulorum civilium, mora- lium juridicorum fabricatas habeo, et quotidie augeo, et soleo in iis formandis operam dare, ut sint praegnantes theorematum, sufficientque controversiis consequentia manifesta decidendis; quod necessarium est ad obtinendum, ut spero, aliquando Jus breve et certum, ut exiguo Legum positivarum Romanarum nucleo, adhibitis tantum definitionibus et ex his deductis manifestis- simis demonstrationibus juris naturalis, solvi possint omnes casus.

30 Sed ex diverticulo ad schediasmata mea praesentia redeo: de uno dixi, alterum quod *Hypothesin physicam* appello, quale sit facile ex ipsa fronte apparent. Videbis simplicem satis, brevem, claram, phaenomenis explicandis fortasse sufficientem: concordare experimenta vetera novaque, conciliari posse plerorumque hypotheses, rationem redditam reactionum, fermentationum, solutionum, praecipitationum chymicarum; explicatum est, quid sit illud acidum et

1 Geometriam: B. CAVALIERI, *Geometria indivisibilibus continuorum nova quadam ratione promota*, Bologna 1635 u.ö.

alcali, quorum reactione et lucta velut animatur natura, quae Chymici nominarunt potius quam explicarunt. Ego alcali reduco ad subtilem recipientem Magdeburgicum aëre exhaustum, Acidum ad sclopetum insensibile oneratum. Horum porro vim ad aëris Elaterem. Hunc ad Aetheris Circulationem cum Luce circa terram, singulis 24 horis, quam satis fortem esse necesse est. Haec circulatio, crassa aut disjicit ventilando quasi, hinc vis Elastica tensorum compressorumque: aut si satis firmata sunt ac disjicere non possit dejicit in locum ubi minus impediunt, seu ubi circulatio non est tam fortis, id est prope centrum. Hinc jam patet genuina Ratio Gravitatis. Ab eodem principio deduco directionem Magneticam, possum enim rationem reddere, cur magnes se dirigat versus polos seu in latitudinem, nam si se collocaret in longitudinem, inter orientem et occidentem aetheris torrenti se opponeret. Videbis etiam aestuum marinorum, Originis fontium, motus ventorum, regularitatis penduli, reflexionis, refractionisque leges hinc repetitas.

|| Quaeso Vir Ampl^{me} Judicium de his Tuum, ne mihi invide, scio neque exactius facile quenquam judicare posse, neque candidius velle. Valde vellem effici quod facile erit autoritati tuae, ut utrumque Schediasma apud vos quamprimum recudatur, ita enim non tantum impri- 15 metur nitidius, sed et spargetur facilius, ad impetranda judicia eruditorum. Quod restat Vale faveque

Vir Nobilissime et Ampl^{me}

Francofurti, 5. Maii styl. nov. 1671

Cultori Virtutum Tuarum perpetuo.

Gottfredo Guilielmo Leibnitio

J.U.D. et Cons. Mog. 20

Ampl^{mo} Viro Dn^o Lamberto Velthusio etc. <eximio> Fautori Magno. Ultrajecti.

57. LEIBNIZ AN HEINRICH OLDENBURG

Frankfurt, 29. April (9. Mai) 1671. [56.64.]

Überlieferung:

A¹ Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LONDON, Royal Society, Letter Book Original 25
4, S. 285–289. 2°. 5 S. (Unsere Druckvorlage.)

A² Abschrift von A¹: LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 379–385. 2°.

E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 55–59 (nach A¹).

E² II, 1 (1926) N. 57 (nach A¹).

E³ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 22–25 (nach A¹). 30

Übersetzung:

HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 25–29.

Unser Brief stellt (nach N. 46) eine erneute Reaktion auf Oldenburgs Schreiben vom 18. Dezember 1670 (N. 33) dar. Offensichtlich hat Leibniz Oldenburgs letzten beiden Briefe vom 24. April und 4. Mai 1671 (N. 48 u. 56) noch nicht erhalten und befürchtet den Verlust seines letzten Schreibens an Oldenburg vom 11. März 1671 (N. 46). Als Beischluß enthielt der Brief die restlichen Seiten der *Hypothesis physica nova* und ein Exemplar der 5 *Theoria motus abstracti*. Oldenburg antwortet mit N. 68.

:102

|| Vir Amplissime,

Quoniam his nundinis Francofurtensisibus nihil a vobis accepi, vereri incipio, ne, quas ego literas prolixas satis per Cursorem publicum ad Te, cum parte Schediasmatis mei novi destinaveram, perierint. Schedisma ipsum, Illustri Societati Regiae, ut vides, inscriptum est; autore, 10 per Te potissimum, veniam a consessu tantorum Virorum sibi pollicente. Adjunxi aliud, quod Academiae Regiae Parisinae inscripsi: Summa utrique huc redit: Theoria motus Abstracti, invictas propemodum Compositionis continui difficultates explicat, Geometriam indivisibilium, et Arithmeticam infinitorum confirmat; ostendit nihil esse sine partibus in rerum natura; infinitas actu cuiuscunq[ue] continui partes esse; doctrinam de angulis esse de quantitatibus 15 inextensorum; Motum esse Motu fortiorum, ergo et conatum conatu: Conatum autem esse motum per punctum in instanti; punctum ergo punto majus esse. Si corpus premat corpus, conari, ac proinde incipere in ejus loco esse; ergo incipere uniri, seu penetrare; terminos igitur esse eosdem; ergo corpora se prementia cohaerere; conatus diversos, inter se per minima mixtos, producere novi generis motus; nullam esse cohaesionem quiescentis; omnem potentiam 20 esse a celeritate; omne corpus esse mentem instantaneam, mentem servare conatum amissum motu, corpus non servare: sed mentem ab agendo desistere non posse, mentem propagare seipsam sine nova Creatione; multaque Theoremeta admiranda a me demonstrabuntur, non minore claritate Geometrica, quam quae de punctis et conatibus ratiocinari licet: nam quod in corporibus praestant spatia et motus, id in mentibus puncta et conatus. Caeterum hoc loco 25 explicui omnis generis figurarum et motuum originem ex meris rectis; ipsa lentium elaborandarum fundamenta; corporum absolute consideratorum inter se concurrentium eventa saepe paradoxa, quia a Phaenomenis dissentanea; nam alia plane est magnitudo, figura, motus corporis apparens, alia vera. Cum igitur eventa motus apparentis, differant a regulis veri, sed insensibilis, seu non apparentis; cogitandum fuit de ratione conciliandi, seu de quibusdam 30 motibus veris insensibilibus, qui hos sensibiles saepe tam paradoxos producerent. Id quamdiu omnes naturae sinus nondum excussimus, praestari non-nisi per Hypothesin potest, quae quanto clarior, simplicior, brevior, concinnior; phaenomenis, quae hactenus, novimus potissimis difficillimisque solvendis sufficientior, tanto veritati propior habenda est.

8 f. literas . . . perierint: N. 46.

Hypothesis autem mea in summa huc reddit: Suppono, Solem simul gyrate circa suum || centrum, et radiare extra se; ita radiatione apprehendet, gyratione circumaget totum quem vocant magnum orbem suum, ex aethere, et globis in eo disseminatis, planetis nimirum et tellure, constantem. Cur autem globi illi ab aethere diversi distinctique? quia separato motu circa proprium centrum suum circumferuntur; atque in specie terra nostra, dum gyratione sua particulari opponit se aetheri, circa Solis centrum cum ipso gyrate, efficit ut ex duobus his motibus solis radiantis aetherem moventis recto, et telluris obnitus circulari, velut in officina [vitraria], simplicissimo artificialium genere, bullae quaedam, seu vasa subtilia fiant, velut fundamenta specierum, et corporum particularium. Reliqua pars aetheris, quae libera mansit, gyrabitur cum luce circa Tellurem, motu, ut conjicere licet, fortissimo; tellurem enim secum abripi non potest, quin illa separatum sibi motum retineat. Hic statim tum vim Elasticam, tum Gravitatem efficit: Vim Elasticam, quia siquid crassi consistentisque aetheri occurrat, quod in tantam subtilitatem divisum non est, quanta est aetheris gyranter, id motui aetheris obsistit, quia ab eo abripi eadem celeritate non potest: necesse est ergo, vel disjiciatur in similem aetheream tenuitatem, motui aptam; vel dejiciatur in locum ubi motus tam fortis, ac proinde tanta tenuitate opus non est; id est, prope centrum: a disjectione Vis Elastica, a dejectione, Gravitas: Ab his duabus pleraque corporum phaenomena. Nam omnes reactiones, fermentationes, solutionesque, et praeципitationes ferme reduci possunt ad reactionem, quae est inter acidum et alcali, haec vero pendet a Vi Elastica. Est enim Alcali instar [recipientis Magdeburgici aere exhausti, Acidum instar] sclopeti ventanei aere onerati; quorum ex vitro constantium acervi, si violenter, ad rupturam usque commisceantur, quis ejaculante uno, altero sorbente, exoriturus sit tumultus, facile cogitatu est: idem proportione, tumultu non nisi effectibus suis sensibili, in reactionibus omnibus contingere cogitemus. His positis omnia de principiorum Chemicorum numero litigia cessandi; etiam methodi medendi stabienda iniri aliquando ratio poterit; contraria enim contrariis substantia, [similia] similibus gradu, curanda sunt: Alcalia scilicet per acida, et contra, sed subtilitate proportionata; unde specificae medicamentorum vires. Haec satis, opinor, harmonica, aliis non paucis congruentis confirmantur. Quid enim memorabilius, quam rationem directionis magneticae ad polos manifestissimam hinc reddi posse; quod hactenus, quantum scio, nemo praestitit. Nam librata, et potissimum magnetica, si se quomodounque, vel directe, vel oblique in longitudinem, seu inter orientem occidentemque collocarent, torrenti aetheris ab Oriente in Occidentem moti se opponerent; quod ne fiat, collocant se tandem post multas variationes in latitudinem, inter meridiem et septentrionem, seu versus polos; quibus positis fortasse ad declinationis magneticae causam aliquando perveniri potest. Ex eodem principio aetheris circulati, motus marium, et ventorum, leges Refractionis, et Reflexionis, pendulorum synchronismos multaque alia naturae phaenomena deduxi, quanta vix ex hypothesi

8 vitraria A ändert Hrsg. 19 f. recipientis . . . instar erg. Hrsg. nach N. 51 u. N. 76 25 similia erg.
Hrsg. nach VI, 2 N. 40, § 53, S. 245.14

104 tam simplice || quisquam. Quae alia his connexa in re naturali, mechanica, et civili molior, alias fusius dicam. Nunc, Vir Ampliss^e, Te vehementer rogo, ut efficias, hoc quicquid est hominis ignoti et peregrini, et multis aliis morosioribus studiis ultra solitum distracti, a tantis viris, quantis inscriptum est, boni saltem consuli.

5 Non nisi exemplum mitto, quia mittendi ratio alia, quam per cursorem ordinarium non fuit. Valde vellem igitur, ut quia tam exiguum est, apud vos pro commodiore distributione recuderetur, aut fortasse *Transactionibus*, siquidem commode fieri potest, ad aliarum Epistoliarum dissertationumque instar, annexeteretur; quod vero potissimum peto, hoc est, ut judicia, monita, animadversiones, supplementa, emendationes, stricturas, egregiorum virorum scripto
10 <sci>licet, et tanti videtur, ab unoquoque, pro re nata, comprehensas mihi resciscere liceat: Inprimis oro, ut Wardi, Boilaei, Wrenni, Wallisii, Wilkinsii, Loweri, Collinsii, Mercatoris, Hookii, aliorum magnorum Virorum sententiae ad me Tuò beneficio perveniant; poterit fortasse rudior adhuc doctrina poliri exactius, et, sicubi maxime laborare videbitur, demonstrationum robore firmius emuniri. Caeterum Doctissimi Wilkinsii *Characterem Universalem*
15 beneficio Amplissimi Viri Gulielmi Curtii nuper legi; Tabulae perplacent: vellem res, quae describi nisi pictura non possunt, ut sunt varia animalium, plantarum, instrumentorum genera, figuris adjectis exhibuisset. Utinam esset qui in Latinum traduceret, quanquam nemo posset rectius Autore; Dummodo rerum non aliter declarabilium figureae, nonnullarumque vocum
ignotiorum explicationes adjicerentur.

20 Quaesivi literis nuperis, verane sint, quae in itinerario narrat Monconisius de pulvere tam miranda compositionis, ut integras naves destruere possit, quem habeat Dreblii gener Küflerus; item quid de ejus fornace [pistoria]; de registro, se sponte sua ad debitum caloris gradum demittente; de aquae marinae distillatione ibidem asseruntur. Quaesivi etiam, quis eventus fuerit praedictionis circa Declinationes Magneticas, autore, ni fallor, Bondio, quam in
25 vestris *Transactionibus* legi. Quid judicetis de Experimento Magnetico P. Grandamici, qui ait, Terrellam polo impositam, et ita in subere libratam, certum quendam Meridianum, ubique locorum, polo, seu Meridiano loci sine declinatione ulla obvertere: Item, an veram putetis inclinationem magneticam Gilberti et Kircheri, qua acus elevationem poli monstrat. – Haec

22 pisterio ändert Hrsg.

6–8 Valde . . . annexeteretur: vgl. N. 46 u. N. 48. 15 Curtii: d.i. William Curtius, engl. Resident in Frankfurt/M. (vgl. N. 31). 20 literis nuperis: einige der im Folgenden wiederholten Fragen lassen sich im vorangegangenen Briefwechsel nicht nachweisen und beziehen sich wohl auf in der Abschrift nicht enthaltene Teile der Abfertigung von N. 46. 20–23 quae . . . asseruntur: B. DE MONCONYS, *Journal des voyages*, Paris 1665–1666, Tl 2, S. 40–42, vgl. N. 46. 23–25 quis . . . legi: H. BOND, *The variations of the magnetick needle, predicted for many yeares following*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 40, 19. Oktober 1668, S. 789 f. 25–27 de Experimento . . . obvertere: J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magnetica*, La Flèche 1645, S. 60–67; vgl. N. 46. 28 inclinationem magneticam Gilberti: W. GILBERT, *De magnetе*, London 1600 u.ö.; vgl. N. 46. 28 Kircheri: A. KIRCHER, *Magnes sive de arte magnetica opus tripartitum*, Rom 1641, S. 420–425; 3. Aufl. Rom 1654, S. 310–312.

duo, illud in primis, valde nosse vellem, ad Hypotheses meas Magneticas perficiendas; nemini rectius quam Vobis explorata puto. Nihilne novi circa Tubos Opticos inventum? an cum fructu perfecta Machina Wrenniana pro vitris Sectionum Conicarum? Ottius quidam, natione Helvetius, juvenis doctus, ait, machinam facilem sectionibus conicis exhibendis se reperisse, cuius meminit in dissertatione sua de Visu. Scribitur mihi, in Helvetia, Tiguri, ni fallor, Stollium quendam, virum eruditum, Sudorem scintillantem nonnunquam (certo anni tempore, de quo specialiora expecto) inducio excutere. Similes extant observationes apud Borellum, et alios. Becherus, Medicus Germanus, asserit, invenisse se rationem ex solo limo communi, adhibito saepeque abstracto et cohobato oleo lini, faciendi ferrum artificiale, per omnia simile naturali, nullo prius ferri in limo vel lino vestigio. De Wernerio, inventi Hydraulici Autore, diu est quod nihil audivi; expecto responsum Augusta. Vale faveque

Cultori Tuarum Virtutum
Francoforti 29. Aprilis st. vet. 1671.
Gottfredo Guliel. Leibnitio J.U.D.
et Consil. Moguntino.

58. LEIBNIZ AN HERZOG JOHANN FRIEDRICH VON HANNOVER

Mainz, 21. Mai 1671. [42.59.]

15

Überlieferung:

- L Konzept: LH II, 2, 2, Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 7 1/2 S.
 l Abfertigung: LBr F 12, Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 8 S. (Unsere Druckvorlage.)
 A Abschrift von L (von der Hand Eckharts): LBr F 12, Bl. 163–166. 2 Bog. 4°. 7 S
 E¹ BÖHMER, *Magazin*, Bd 1, 1787, S. 123–133 (nach l).
 E² KLOPP, *Werke*, Bd 3, 1864, S. 241–249 (nach L).
 E³ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 49–55 (nach L).
 E⁴ II, 1 (1926) N. 58 (nach l).

Weiterer Druck:

¹ GUHRAUER, *Deutsche Schriften*, Bd 1, 1838, S. 265–273 (nach E¹).

25

Übersetzungen:

1. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 96–98. – 2. CL. ROSLER, *Trois lettres à Jean-Frédéric de Hanovre*, in *Philosophie* № 75, Dez. 2002, S. 7–15.

3 Machina Wreniana: C. WREN, *Generatio corporis cylindroidis hyperbolici, elaborandis lentibus hyperbolicis accommodati*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 48, 21. Juni 1669, S. 961 f. 3–5 Ottius . . . Visu: J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670; vgl. N. 46. 5 Scribitur: Horb an Leibniz, 2. Januar 1671 (I, 1 N. 61, S. 109.32–110.9); vgl. Leibniz an Horb, 12. Januar 1671 (N. 35a; I, 1 N. 63, S. 112.4). 7 Borellum: P. BOREL, *Historiarum et Observationum Medico-Physicarum Centuria IV*, Paris 1657 u.ö., centuria I, observatio 3: *Caro nocte lucens*. 8 Becherus: J. J. BECHER, *Experimentum chymicum novum*, Frankfurt 1671. 11 expecto responsum Augusta: wohl von G. Spitzel; vgl. I, 1 N. 76, S. 133.18 f.

Leibniz unterrichtet Johann Friedrich in unserem Brief vom Stand seiner *Jurisprudentia Rationalis*. Ferner übersendet und erläutert er einige der Abhandlungen, zu denen ihn seine bisherige wissenschaftliche Arbeit geführt hat: *Nova methodus discendae docendaeque jurisprudentiae* (VI, 1 N. 10), *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41), *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40) sowie den dem Brief beigefügten *Discursus de usu et necessitudine demonstrationum immortalitatis animae* mit seinem *Appendix de resurrectione corporum* (N. 59). Unser Brief wird durch N. 63 beantwortet.

Leibniz hat das Konzept nach der Erstellung der Abfertigung noch einmal überarbeitet. Diese Eingriffe, die aufgrund von Tintenfarbe und Federführung identifizierbar sind, kennzeichnen wir mit einem * vor der jeweiligen Lesart. Daß die Überarbeitung nur im Bereich der inhaltlichen Argumentation, nicht aber in den einleitenden und abschließenden Passagen mit Briefcharakter erfolgte, läßt vermuten, daß Leibniz das Konzept noch zu einem anderen Zweck benutzen wollte. Wir drucken nach der Abfertigung unter Beibehaltung der Orthographie des Schreibers.

:105

|| Durchleuchtigster Hertzog, Gnädigster Fürst undt Herr.

Nachdem ich von dem H^m Baron von Boineburg, alß meinem sonderbahren förderer
 15 verstanden daß Ewer Hochfürst. Durchl. dero mir ehemahlen erzeigte hohe gnade annoch
 continuiren, alß habe meine unterhänigste schuldigkeit zu sein erachtet bey dieser gelegenheit
 zu bezeugen, wie sehr ein so unverdientes glück mich vergnüge, undt waß eß mir doch auch
 hingegen für unruhe erwecke, so lang ich nicht in der that erweisen kan die unterhänigste
 devotion so zu Ewer Hochfürst. Durchl. ich schuldigster masen trage.

20 Ewer Hochfürst. Durchl. geruhnen sonsten sich gnädigst zu erinren, waß einßmahls von
 vorhabender Rationali jurisprudentia ich unterhänigst berichtet, undt welcher gestalt ich mich
 getrawe, solche in dergestalt wenige, clare, undt bißher fast unberührte Regeln zu bringen, daß
 wer dieselbe sich eingebildet, oder gleichsam in einer taffel vor sich hat, darauf alleß waß
 25 nicht allein in Römischen Rechten vernunftmäsig erörttert, sondern auch iemahlß sich zutra-
 gen undt gestritten werden kan, leicht undt gründlich entscheiden könne. Wie auch im Process
 solche newe vortheil anzugeben, daß mann zu aller betrangten wohlfarth, zu erhaltung der
 Justitz, zu abwendung der ruin so vieler familien mitt einer so viel möglich sicheren geschwin-
 digkeit zur warheit kommen könne.

16 erachtet (1) meine deswegen habende Vergnütigung (2) bey L 17 f. doch auch hingegen erg. L
 18 erwecke, (1) umb dermahl eins mit der that zu bezeugen (2) so L 18 kan (1) den eifer und (2) die
 |unterhänigste erg. |L 21 f. ich mich . . . wenige, clare, und bishehr (1) wenig (2) fast unberührte L
 22 dieselben L 25 f. Proceß solche |neue erg. |L 26 bedrangten (1) Nuz (2) wohlart L
 27 f. sicheren geschwindigkeit L

20 f. was einßmahls . . . berichtet: Wann und was Leibniz Johann Friedrich mitteilte, ist nicht ermittelt; vgl. aber seine Ausführungen zum Thema etwa in den Briefen an Conring vom 23. Januar (N. 15) und vom 19. April 1670 (N. 20), ferner die unter dem Obertitel »Jurisprudentia Rationalis« gedruckten Schriften (VI, 1 N. 10–12, VI, 2 N. 27–31).

Gleich wie ich nun darinn Gottlob nicht wenig fortgang gehabt, undt zimblich auff den grundt kommen zu sein verhoffe, so werde doch durch die Römischen Rechte sehr auffgehalten, dieweil alle Leges deß gantzen Corporis juris gegen solche vernunfftmäsig gründe natürlichen Rechtß gehalten, in solche eingetheilt, undt also in eine natürliche ordnung bracht, undt entweder da sie eß leiden darauß geführt undt demonstrirt, oder aber da sie solchen zu wieder oder doch zum wenigsten etwaß auß blosem willen deß Gesetzgeberß dazuthun, auch solches ahngezeigt, undt die pur undt schlechter ding willkürliche Römische Rechte ebenmäsig in einem kurtzen alleß in sich begreiffenden undt zu entscheidung der iemahlß vorkommenden sachen gnugsamen Kern gleichsamb zusammen gepresset werden sollen. 5

|| Doch hoffe eß werde vielleicht der nutzen einbringen, waß die Langsamkeit geschadet. 10 106
necessarium esse, sed ut dixi necessitate nihil libertati adimente, quia nec voluntati et rationis usui. In nullius potestate est velle quae velit, etsi interdum posse quae velit. Imo nemo optat sibi hanc libertatem volendi quae velit, sed potius volendi optima. Cur ergo quae nec ipsi optamus, Deo affingimus? Hinc patet absolutam aliquam voluntatem non a rerum bonitate dependentem esse monstruosam, contra, || nullam esse in omniscio voluntatem permissivam, nisi quatenus 5 118 Deus ipsi se rerum idealitati seu optimitati conformat. Nihil ergo absolute malum esse putandum, alioqui Deus aut non erit summe sapiens ad deprehendendum, aut non summe potens ad eliminandum. Hanc fuisse sententiam Augustini nullus dubito. Peccata mala sunt, non absolute, non mundo, non Deo, alioqui nec permitteret, sed peccanti. Deus odit peccata, non ut nec conspectum eorum ferre possit, uti nos quae aversamur, alioquin eliminaret, sed quia 10 punit. Peccata bona sunt, id est harmonica, sumta cum poena aut expiatione. Nulla enim nisi ex contrariis harmonia est. Sed haec ad Te: nolim enim eliminari. Nam nec rectissima a quovis intelliguntur.¹

60a. LEIBNIZ AUF JOHANN AMOS COMENIUS FÜR MAGNUS HESENTHALER

[Mai 1671.] [60b.]

15

Überlieferung:

L¹ verb. Reinschrift: LH V, 4, 3, Bl. 5. 1 Bl. 16°. 1 S. Am unteren Rand abgeschnitten. Buchstabenreste. (Unsere Druckvorlage.)

L² verb. Teilreinschrift von *L¹*: LH V, 4, 3, Bl. 6. 1 Bl. 32°. 1 S.

L³ verb. Teilreinschrift: LH V, 4, 3, Bl. 4. 1 Bl. 4°. 1/2 S.

20

E¹ PERTZ, *Werke*, Erste Folge, Bd 4, 1847, S. 270 (nach *L¹*).

E² KVAČALA, *Korrespondance Jana Amosa Komenského*, Bd 2, 1902, S. 209 (nach *L³*, die beiden letzten Disticha nach *L¹*).

E³ II, 1 (1926) N. 98 (nach *L¹*).

Weitere Drucke nach *E³* mit Übersetzung:

1. HECHT, *Leibniz-Gedicht* in: *Comenius Jb.* 1, 1993, S. 84–85. – 2. TSCHIZIEWSKI, *Comenius*, 1996, S. 107 (Übers. v. A. Fritsch). – 3. HECHT, *Leibniz über Comenius*, 2005, S. 378–380.

25

Daniel Comenius erbat von einigen Freunden Trauergedichte für seinen am 15. November 1670 verstorbenen Vater Johann Amos Comenius, um sie geschlossen zu publizieren. Diese Bitte leitete Hesenthaler am 18. April 1671 an Leibniz weiter (I, 1 N. 81, S. 140), der wohl bald danach das vorliegende Epicedion verfaßte. Dessen Abfertigung, die *L¹* entsprochen haben dürfte, und der Brief, mit dem Leibniz es absandte, liegen nicht mehr vor. *L²* und *L³* sind spätere eigenhändige Abschriften nach 1676 ohne die letzten beiden Disticha. Eine Reaktion Hesenthalers, mit dem Leibniz nachweislich bis Oktober 1671 korrespondierte, ist nicht bekannt. Zu der von ihm angesprochenen Sammlung ist es, wie auch aus Leibniz' Bemerkung zu *L³* hervorgeht, nicht gekommen.

¹ Leibniz hat später hinzugefügt: Haec postea correxii. Aliud enim infallibiliter eventura 35 esse peccata, aliud necessario.

:201 || In Comenii obitum. Versus quos Hesenthalero misi.¹

Fortunate senex, veri novus incola mundi,
 Quem pictum nobis jam tua cura dedit:
 Seu res humanas insanaque jurgia, liber
 Despicis, et nostris usque movere malis;
 Sive Apicem Rerum et mundi secreta tuenti,
 Interdicta solo, nunc data Pansophie;
 Spem ne pone tuam, superant tua carmina mortem
 Sparsaque non vane semina servat humus.
 Posteritas non sera metet, jam messis in herba est,
 Articulos norunt fata tenere suos.²
 Paulatim natura patet, felicibus una,
 Si modo conatus jungimus, esse licet.
 Tempus erit quo te, COMENI, turba bonorum,
 Factaque, spesque tuas, vota quoque ipsa, colet.

60b. LEIBNIZ AN MAGNUS HESENTHALER

[Mai – Oktober 1671.] [60a.]

Überlieferung:E¹ FELLER, *Monumentorum ined.*, 1718, S. 112–114.E² II, 1 (1926) N. 97.

Weitere Drucke:

1. KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 3, 1738, S. 262–266. – 2. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 5, 1768, S. 181–182. – 3. *Monatsschrift d. Ges. des vaterl. Museums in Böhmen*, Jg. 2, 1828, S. 350–352. – 4. KVAČALA, *Korrespondance Jana Amosa Komenského*, Bd 2, 1902,S. 152–154. – 5. J. KVAČALA, *Die pädagogische Reform des Comenius (Monumenta Germaniae Paedagogica*, Bd 26.1), Berlin 1903, S. 374.

¹ Vor dem Gedicht in L³: Cum olim Dominus Magnus Hesenthalerus ICTus et Consiliarius Wurtenbergicus a me juvne Carmen breve in Comenium tunc haud ita pridem defunctum, cum quo illi notitia fuerat, petiisset; tale Epigramma misi, nescius quid cum illo sit factum.

30 In Johannem Amosum Comenium.

² Nach dem Gedicht in L²: in Comenium; rogatu Hesenthaleri

4 f. liber Aspicis, | et darüber aut | nostris L² liber Despicis, aut nostris L³ 12–15 Paulatim . . . colet.
 fehlt in L², L³

Unser Brief antwortet auf einen nicht gefundenen Brief Hesenthalers, in dem dieser Leibniz um eine Stellungnahme zu den Schriften von Comenius bittet. Wie Hesenthalers am 18. April 1671 (I, 1 N. 81) geäußerte Bitte um ein Epicedium, die Leibniz durch N. 60a beantwortet hat, steht auch unser Brief im Zusammenhang mit dem Tod von Comenius (1670). Daher dürfte er im zeitlichen Rahmen der übrigen Korrespondenz mit Hesenthaler, die bis Oktober 1671 belegt ist, geschrieben worden sein.

5

|| Quia licuit mihi beneficio tuo majore, quam antea solitus eram, in Comenii scriptis animi attentione versari, judicium meum qualemque, quod flagitas, ingenue perscribam. Et primum agnosco profundiores paullo cogitatione voluisse, quam prima specie apparent. Velle ad particularia se demisisset magis. Neque enim dubito ingentem ei rerum apparatus tot annorum studio comportatum praesto fuisse, cum praesertim ipsummet alicubi et rationibus et 10 exemplo suo excerptendi studium commendare videam. Didactica ejus in summa valde probo, nec moveor illis quae in sua *methodo* Beccherus objicit. Beccherus videtur vocabula naturali ordine digesta quidem, sed disjuncta separataque, nec in continuatatem sermonis colligata, exhibenda dissentibus esse. Mihi contra videtur, nihil lucis nihil jucunditatis inesse simplici vocabulorum congeriei, utcunque ordinatae, quod ex ipso Beccheriano specimine satis 15 apparent. Comenio igitur prorsus assentior, Januam Linguarum et Encyclopaediolam debere esse idem. Illud tamen diffiteri non possum in hac philosophiae luce rem paullo aliter instituendam, quam illis temporibus potuit Comenius. Quaeres, quid || Encyclopaediolam complecti debere credam? Ego vero ad eam pertinere puto primum definitiones vocabulorum crebriorum et insigniorum, et ex his deducta theorematum et problematum insignioris usus, eaque in moralibus adagio aliquo dictoque Sapientum aut historia memorabili vestita aut potius explicata: deinde experimenta naturae vulgariora, deinde compendium Historiae et Geographiae tum universalis, tum in primis hodiernae. Videtur mihi Hornius hac in primis fine postrema aliquot opuscula sua publicasse, quem ego, quicquid etiam dicant delicatores, non omnino contemno, melioribus tamen opus esse agnosco. Encyclopaediolam autem his contractis constare vel hinc appareat, quod Encyclopaedia integris absolvitur. Est enim utique Encyclopaedia Systema omnium, quo usque licet, propositionum verarum, utilium, hactenus cognitarum. Omnes autem propositiones aut singulares sunt aut universales, quanquam dentur singulares quiddam universitatis tenentes, ut propositiones de corporibus coelestibus ob constantiam cursus, quemadmodum contra dantur 20 universales singularibus accedentes, quae scilicet inductione sunt fabricatae. Singulares uni-

:199

200

11 f. Comenius hat seine didaktische Methode in mehreren Schriften dargestellt, die zum größten Teil in seine *Opera didactica omnia* (1657) aufgenommen wurden. Die Methode ist von J. J. Becher vor allem in seinen Schriften *Methodus didactica* (1668) und *Appendix practica, über seinen Methodum didacticam* (1669) kritisiert worden. Aus letzterer hat Leibniz einen annotierten Auszug angefertigt (VI, 2 N. 52). 16 f. Januam: J. A. COMENIUS, *Schola ludus, seu encyclopaedia viva, hoc est, praxis scenica januae linguarum et rerum, artificium exhibens amoenum*, Frankfurt a. M. 1659. 24 Hornius: wohl gemeint G. HORN, *Accuratissima orbis antiqui delineatio sive geographia vetus*, Amsterdam 1653.

versae sunt pars aut historiae aut Geographiae universalis, aut potius utriusque, tractant enim de iis quae certo tempore locoque evenere. Propositiones universales vel demonstratione vel inductione constitutae sunt, id est vel ratione vel sensu. Demonstratione cognitae sunt propositiones, quae pendent ex definitionibus vocabulorum, seu claris distinctisque ideis rerum,
 5 quales sunt omnes arithmeticæ, geometricæ, logicae, metaphysicæ, magna pars earum, quae ad moralia scientiamque civilem ac jurisprudentiam naturalem pertinent; quarum omnium clavis in definitionibus continetur. Cum enim nihil sit aliud demonstratio quam combinatio definitionum, ut in *arte combinatoria* ostendi, manifestum est, qui claras quasdam ac lucidas definitiones vocum habet (quales Plato in dialogis passim, Aristoteles, Euclides
 10 caeterique mathematici; JC^{ui} veteres in pandectis, Cujacius, Campanella, Cartesius, Hobbius, et saepissime Ritschelius dare solent) eum innumera theorematum solius Analyseos ope (ut in arithmeticis Diophantus et Cardanus, in Geometricis Vieta et Cartesius, at in mechanicis et civilibus hactenus docuit nemo) eruere, et problema datum solvere, aut ostendere impossibilitatem posse. Quo negotio cum apex humanae scientiae contineatur, efficiam spero, ut quae
 15 aliquando de arte combinatoria Lullianorum exerrationibus depravata et infamata pene puerilibus annis orsus sum, fructu aliquo exitum sortiantur. Inductione cognitae sunt propositiones medicorum, chemicorum, astronomorum pleraque omnes aut saltem fundamentales. Denique dantur propositiones mixtae ex theorematibus et observationibus inter se combinatis deductae. Sed quo feror? Volui haec eo tantum consilio huc afferre, ut ostenderem, non
 20 posse perfectam Encyclopaediam, aut Encyclopaediolam fieri, nisi omnium potissimum vocabulorum definitionibus, omnibus experimentis artium liberalium pariter et mechanicarum fundamentalibus, utilioribus, denique Historia universalis || temporum locorumque distinctissima summaria, collectis et digestis. Unde omnia accendentibus tantum artibus combinatoria et analytica, seu synthetica et resolutoria, quarum illa inventionis haec judicij est, proprio ingenio
 25 suppleri possunt; quanquam auctis interim experimentis, Historia et geographia, ipsa quoque Encyclopaediae suppellex perpetuo augeatur. Sed et Historiae et Observationes particulares, quae nihil cum publicis negotiis habent, ut Sectio anatomica monstri cuiusdam, ubi parum refert quo loco et tempore contigerit, rectius velut materia inductionum ab historia et Geographia ad experimenta transferuntur. Haec mihi nuperime circa Comeniana destinata consiliumque praecipuum
 30 clarum Encyclopaediae perficiendae in mentem venere aut rediere.

8 LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig 1666 (VI, 1 N. 8).

61. PIERRE DE CARCavy AN LEIBNIZ

Paris, [5. Juni] 1671. [65.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 143, Bl. 3–4. 1 Bog. 8°. 1 $\frac{1}{2}$ S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
A Abschrift: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 29.
1 Bl. 2°. 1 $\frac{1}{9}$ S.
E II, 1 (1926) N. 61 (nach K).

5

Der Briefwechsel zwischen Leibniz und dem Mathematiker und königlichen Bibliothekar in Paris Pierre de Carcavy kam auf Vermittlung des Abbé de Gravel zustande. Carcavy stellt für Leibniz die Verbindung zur Pariser Akademie her. Der Briefwechsel endet schon im Juli (?) 1672 (N. 108). Wir datieren unseren Brief, trotz der Angabe *Nonis Quintil. (7. Juli) 1671*, auf die Nonen des Juni 1671. Da unser Brief der erste von Carcavy an Leibniz ist, der auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz wohl vom 11. Mai 1671 antwortet, kann er zeitlich nicht nach der Antwort Carcavys vom 20. Juni (N. 65) auf einen weiteren nicht gefundenen, aber späteren Brief von Leibniz, wohl von Anfang Juni 1671, geschrieben worden sein. Dieselbe Verwechslung von *Quintil.* und *Junias* findet sich auch in dem Schreiben von Ferrand an Leibniz vom 3. Juni 1671 (I, 1 N. 89), dem unser Brief beigeschlossen war. Der Brief Ferrands war seinerseits Beischluß zum Brief des Abbé de Gravel an Leibniz vom 17. Juni 1671 (I, 1 N. 91). Unser Brief wird beantwortet durch N. 66 und 67.

10 :118

|| Viro Amplissimo

G. Gulielmo Leibnitio J.U.Doctori. Petrus de Carcavy. S.P.D.

20

Illustrissº Abbati Gravellio magnas debeo gratias quod te mihi notum fecerit, et majores in posterum debebo si amicitiae tuae meis obsequiis demerenda ansam mihi praebuerit, ut et si declaranda ejus quam de egregio tuo merito concepi opinionis locum mihi fecerit.

Epistolam¹ quam ad me scripsisti cum Academicis nostris communicavi, eam ut par erat laudarunt, et gratiss^{um} ipsis mihi feceris, si quaestiones aliquot Physicas discussas et iuxta principia tua examinatas ad nos miseris. Quod si in Germania reperiretur nonnemo qui Mathematicis operam daret, et ad ea potiss^{um} quae ad Theoriam spectant animum appelleret, magna certe voluptate nos affeceris si eum nobis indicaveris, ad nos quod attinet eum postquam nobis innotuerit majore quo poterimus favore prosequemur.

Litteras quas ad Cl. Capellanum te scripsisse narras non vidi, quid causae sit nescio, sed solitas ejus infirmitates accuso, quae eum quominus ad nos accedat saepe impediunt. Vide in

30

¹ Von Epistolam bis feceris am Rande angestrichen

24 Epistolam: Leibniz an Carcavy, 11.(?) Mai 1671, nicht gefunden. 30 f. Litteras: wohl gemeint
N. 24.

quo tibi mea officia praestare possim, et mecum obsecro libere age, nostrum vero literarum commercium continues rogo et tibi me addictissimum putas velim. Lutetiae Paris. Nonis Quinctil. 1671.

A Monsieur Monsieur Leibnitz Docteur en droit et con^{er} de S.A. de Mayence.

5 61a. LEIBNIZ AN JOHANN GEORG GRAEVIVS
Mainz, 7. Juni 1671. [44a.]

Überlieferung:

L Abfertigung: KOPENHAGEN, *Kongelige Bibliotek*, Thott 4° 1263 N° 104. 1 Bog. 4°. 4 S.

(Vorlage für unseren Teildruck.)

10 E I, 1 (1923) N. 90.

Leibniz erhielt von Graevius' einen (nach dem velorengegangenen ersten) zweiten Brief (I, 1 N. 82) in dem Moment, als der holländische Buchhändler Peter Elsevier schon dabei war, die Rückreise nach Utrecht anzutreten; einen dritten (I, 1 N. 83) fand er bei seiner Rückkehr von der Frankfurter Buchmesse in Mainz vor. Unseren Brief, der die beiden Schreiben von Graevius beantwortet und dem auch ein Schreiben an van Velt-
15 huysen (N. 61b) beigeschlossen war, gab er dem Mediziner und kaiserlichen Rat Johann Joachim Becher mit, der auf dem Weg nach Utrecht war. Eine Antwort ist nicht bekannt; allerdings übermittelt van Diemberbroeck am 28. August 1671 Grüße von Graevius (I, 1 N. 101). Die Fortsetzung der Korrespondenz erfolgte erst 1679 (I, 2 N. 413).

[. . .] Illustris Schelii *de jure imperii* opus posthumum legi: agnosco veritatem laudum
20 tuarum: omnia ea elegantia efficaciaque uno velut spiritu deducta sunt, procul ab inerti illa
scribendi rubigine qua vulgo sibi plaudunt Scholae; ut facile internoscas genium viri magni et
in luce versati a tenebrosa tractandi ratione ineptientis magistelli. Videtur mihi etiam a Grotio
15 non raro dissentire, ac fortasse saepe cum ratione: intelligo enim etiam Illustrem Gronovium
ejusdem fere sententiae stricturas in Grotii *de Jure Belli et Pacis* opus eximum, monstrasse
25 amicis.

Hobbius mira arte scripsit sua texisque: habebunt eum omnes assentientem: ne Junius
Brutus quidem autor *vindiciarum in Tyrannos* aut nunc La Courius plus populo potestatis dare

19 opus posthumum: R. H. SCHELE, *De jure imperii liber posthumus*, Amsterdam 1671. 23 f. Gronovium . . . amicis: Gronovius' Anmerkungen zu H. GROTIUS, *De jure belli ac pacis libri III*, erschienen erst Frankfurt 1696. 26 f. Junius . . . Tyrannos: H. LANGUET [Pseud. Stephanus Junius Brutus], *Vindiciae contra tyrannos: sive, de principiis in populum, populique in principem, legitima potestate*, Edinburgh [vielmehr Basel] 1579 u.ö. 27 La Courius: wohl gemeint P. C. DE LA COURT, *Interest van Holland, ofte gronden van Hollands-Welvaren*, Amsterdam 1662; dt. Übersetzung u.d.T. *Interesse von Holland*, o.O. 1665; vgl. van Diemberbroeck an Leibniz, 28. August 1671 (I, 1 N. 101, S. 165 f.).

possunt, quam Hobbius singulis concessit in Republica. Nam fatetur alicubi cum salutis periculum aut periculi opinio ingruat, vinculum omne quantum ad pericitantem resoli (securitatis enim causa initam hanc societatem) ac proinde redire ei jus in omnia seu statum naturalem. Hoc si singulis concedimus, quid populo negabimus? Schelium de Castrametatione nondum legi: egregium esse jam tum a Boeclero didici, qui editis nuper *de Legione Romana*, item *de militari Germanorum jure* eruditis dissertationibus, aliquoties laudat. [. . .]⁵

Les Pensées de Monsieur Pascal, libellum aureolum, videris opinor. Profunditate cogitationum, ipsaque explicandi elegantia maximis quibusque viris certat, et tamen posthumae sunt, nec nisi ex sparsis ejus schedulis collectae: apud mathematicos eximiis aliquot opusculis, praesertim hydrostaticis inclaruit. Idem est (quod dum viveret pressum, nunc innotuit) autor ¹⁰ elegantissimarum *literarum ad provincialem*, quas hactenus Arnaldo imputavere omnes, qui busque Casuistae quos vocant, in primis ex Societate Jesu, tam graviter perculsi sunt. [. . .]

Samuelem Pufendorfium Londini Scanorum editurum opus multorum annorum *de jure naturali* (sunt qui *corpus juris naturalis* inscripturum dicant) audio. Prodiit etiam Maevii Praesidis in Pomerania Suecici, ICⁱ celebris, *prodromus* operis magni posthumi de jure naturali. Ita est ergo: omnes certatim in jus naturae tradendum nunc incumbunt: et demonstratio-¹⁵ibus tamen certis hactenus caremus, praeter pauca Aristotelis et Hobbi. IC^{torum} Romanorum veterum gliscit paulatim neglectus, et quisquis tamen eos intelligit, fatebitur mecum opinor, non extare nunc librum in quo plura de jure naturali, majoreque elegantia et claritate (iis qui dictionis eruditae et rerum veterum sunt intelligentes) sint demonstrata quam Corpus Juris: ut ²⁰ credam nec Euclidem nec Cartesium, si se huic doctrinae applicuissent, potuisse scribere rotundius profundiusque, quam Ulpianum et Papinianum: ut quisquis his non lectis intellectisque magnum se juris naturae et gentium consultum fore sperat, procul a janua sit aberraturus. Sed ita permista sunt naturalia civilibus, ut aegerrime, nec nisi a cuncta percurrente separari

2 aut periculi opinio erg. L

1 alicubi: vgl. TH. HOBBIUS, *Leviathan*, I, 14 (M.E.W. III, S. 116–130; M.O.L. III, S. 102–111).⁴ de Castrametatione: PSEUDO-HYGINUS GROMATICUS, *De castris romanis, quae extant: cum notis et animadversi-⁵onibus, quibus accedunt dissertationes aliquot de re eadem militari populi Romani*, hrsg. v. R. H. Schele, Amsterdam 1660; vgl. I, 1 N. 83. 5 J. H. BOECKLER, [Praes.], *De legione Romana*. [Resp.:] Chr. J. von Loh, Straßburg 1670. 5 f. de . . . *jure*: wohl gemeint JOH. D. STALBURGER, *Jus militare Germanicum, quod . . . loco disputationis inauguralis juridicae solenni examini publice exhibet Joh. D. Stalburger*, Straßburg 1671. 7 B. PASCAL, *Pensées . . . sur la religion, et sur quelques autres sujets, qui ont été trouvées après sa mort parmy ses papiers*, hrsg. v. É. Perier, Paris 1669 u.ö. 9 f. opusculis: B. PASCAL, *Récit de la grande expérience de l'équilibre des liqueurs*, Paris 1648; *Traitez de l'équilibre des liqueurs, et de la pesanteur de la masse de l'air*, Paris 1663. 11 B. PASCAL [Pseud. Louis de Montalte], *Les Provinciales, ou les lettres écrites par Louis de Montalte à un provincial . . . et aux RR. PP. Jesuites: Sur le sujet de la morale, et de la politique de ces Peres*, Köln [vielmehr Leiden] 1657 u.ö. 13 f. Samuelem . . . *naturali*: S. V. PUFENDORF, *De jure naturae et gentium libri octo*, Lund 1672. 15 f. *prodromus . . . naturali*: D. MEVIUS, *Prodromus jurisprudentiae gentium communis, pro exhibendis ejusdem principiis et fundamentis*, Stralsund 1671.

possint. Hunc ergo laborem in nos suscepimus, leges Romanas universas ad sua principia naturalia civiliaque quae pauca sunt, redigendi, vicissimque ex iis jam inventis, quod est taediosissimum, leges omnes deducendi. Sed multa occurrunt loca in quibus integri dies consumendi sunt, quaedam maximis IC^{uis} intacta, aut desperata, aut perperam explicata: nonnulla ita comparata sunt, ut credam ob corruptelas truncationesque vix a quoquam mortalium nunc intelligi satis posse, quanquam nihilominus, quid de casu in tali lege proposito ex solidis juris rationibus, etsi nec lex extaret, sentiendum sit, semper ostendatur. Utinam quisquam Tui similis, Vir Cl^{me}, antiquitatis interiorumque literarum consultus in vicinia esset, ad quem subinde confugeremus. Vix abit dies, qui quidem huic studio impenditur, quin nova aliqua vel 10 juris ratio vel textus sententia eruatur, quae unica est voluptas qua labor tam morosus nonnunquam distingui possit. Video consilium nostrum a nonnullis viris doctis non satis intelligi, unde conabimur mature in certo quodam juris argumento specimen omnium legum ad pauca principia revocatarum, et inde explicatarum dare, etsi hoc ob rerum in rationali methodo connexionem, toto opere non absoluto, aegerrime, nec nisi imperfecte fieri possit. Quaeso, Vir 15 Ampl^{me}, si occasio se offert, fac ut IC^{torum} Batavorum sententiam non ignorem, nam et suggesterent fortasse nonnulla in elaborando non negligenda, in primis consultissimorum virorum Regneri, et Crusii, nam caeteros qui nunc florent, doleo me pene ignorare. Crusii Specimen in quodam textu Juris nostri praebitum, quod tuo beneficio vidi, valde mihi placuit, utinam hujus generis producat plura. [. . .]

20 61b. LEIBNIZ AN LAMBERT VAN VELTHUYSEN

Mainz, 7. [Juni] 1671. [56a.]

Überlieferung:

L Abfertigung: LBr 953, Bl. 4–5. 1 Bog. 4°. 4 S.

E I. HEIN, in *Studia Leibnitiana*, Bd 22, 1990, S. 159–162.

25 Unser Brief antwortet auf N. 21, den Leibniz nach dem 5. Mai 1671, dem Abfertigungsdatum von N. 56a, verspätet und nur als Kopie erhalten hat. Es ist der letzte bekannte Brief der Korrespondenz und als Beischluß zu Leibniz an Graevius, 7. Juni 1671 (I, 1 N. 90) gesendet worden. Der Katalog der Leibniz-Edition verzeichnet einen weiteren Brief an van VelthuySEN vom 16. April 1679 (3 S. 4°, eigenhändig), der 1875 in Paris verkauft 30 worden sein soll. Über Inhalt und Verbleib ist nichts bekannt, und auch andere direkte oder indirekte Kontakte zwischen den beiden Korrespondenten in späterer Zeit sind nicht belegt.

2 quae pauca sunt *erg. L*

17 Specimen: wohl gemeint G. C. CRUSIUS, *Diatribe ex variis observationibus, quae ad jus civile pertinent*, Leiden 1669.

Die Datumsangabe »7. Maii« dürfte auf einem Versehen beruhen. Leibniz hat am 5. Mai und noch vor Erhalt der Kopie von N. 21 an van Velthuysen geschrieben. Für diese Kopie bedankt er sich erst am 7. Juni bei Graevius. Es ist unwahrscheinlich, daß er am 5. oder 6. Mai diese Kopie erhalten hat und unmittelbar am nächsten Tag unseren Brief abgefertigt hat, ohne auf dieses enge Zusammentreffen zu verweisen (vgl. dazu den Briefanfang, »nuperque transmisit«). Stattdessen spricht er in Bezug auf die Abfassung von N. 56a von »nuperis . . . nundinis Francofurtensibus«, und es ist bekannt, daß er sich von 18. April bis 9. Mai 1671 zum Besuch dieser Messe in Frankfurt aufhielt; vgl. I, 1 N. 90, S. 154, Leibniz an Graevius (7. Juni 1671). Es ist daher wahrscheinlich, daß unser Brief ebenso wie der begleitende Brief an Graevius am 7. Juni 1671 abgefertigt worden ist. 5

Die Abfertigung unseres Briefes wurde 1988 von der Nieders. Landesbibliothek erworben und fand daher in der Erstauflage unseres Bandes von 1926 noch keine Berücksichtigung. 10

Mogunt. 7. Maii styl. nov. 1671.

Illustri et Ampl^{mo} Viro D^{no} Lamberto Velthusio etc.

S.P.D. Gottfredus Guilielmus Leibnitius.

Insigni me beneficio affecit Illustris Graevius noster, aut si mavis vester, qui periturarum alioquin ingenti jactura mea literarum Tuarum apographum mihi conservavit nuperque transmisit. Sunt eae ex earum genere, quae non delectant tantum fugaci voluptate, sed et solido perpetuoque fructu prosunt: ita certe graviter de magnorum ingeniorum fatis, *de principiis justi et decori*, de scriptoribus qui in eo genere optime se gessere disseris, ut non possis in libro magis. 15

Est apud vos magna Reipublicae praerogativa, liber decurrenti campus egregiis viris: nec ambitu et adulationibus veritas corrumpitur: et qui suetae alibi potentiae umbram retinere volunt, prudentum sibilis excipiuntur: macti estote hac gentis felicitate, hoc perpetuo hominum eximiorum et rectae indolis retinentium magnetismo, qui nunquam vobis etiam in maximis angustiis patietur populum deesse. 20

Nec ideo minus turbatores abesse jubetis: documento esse potest Jean de Labadie, quem ego hominem putavi pia quadam zeli simplicitate exardescere: sed quae nuper apud vos *historia curiosa vitae morumque ejus* prodiit ambitionis mihi suspicionem injecit: agit in Germania ambigua fama, minore etiam loquacitatis usu apud remotiores a lingua sua. Homo Reipublicae utilis, si potuisset monentibus parere, ad plebem quae hujus modi oratoribus duci solet quo ratio juberet flectendam, ut scriptis ejus nunquam doctior surrexi meliorve: necesse est ut melius loquatur quam scribit, quanquam plus soleamus loquenti condonare quam scribenti. Habuit 25
30

15 apographum: N. 21. 17 L. VAN VELTHUYSEN, [anonim], *Epistolica dissertatio de principiis justi et decori, continens apologiam pro tractatu Clarissimi Thomae Hobpii de Cive*, Amsterdam 1651 (*Opera*, 1680, S. 955–1012). 27 *historia curiosa*: H. U. D. DESMARETS, *Histoire curieuse de la vie, de la conduite, et des vrais sentimens du Sieur Jean de Labadie, dont le nom et la reputation font tant de bruit parmy les gens de bien*, Den Haag 1670. Zu Labadie, den Labadisten und zu dem Buch der Brüder Desmarests vgl. Leibniz an Spitzel, 7. April 1671 (I, 1 N. 76).

aliquando aulam Brandenburgicam adversam sibi, non tantum theologorum extimulatione, sed et subnata jurisdictionis lite. Nam cum Elector principem Palatinam Abbatissam Hervordiensem (quod Electori potissimum debet) theologorum suorum monitis de eo homine appellasset, Abbatissa immediatam se imperii causata, nec Episcopi egentem, pene Electorem irae facilem 5 ad acriora provocasset, sed composita tamen lis est. Wolzogii librum *de scripturae interprete* doctissimum simul et moderatissimum demiror in suspiciones incurrire potuisse, cum nihil facile scribi possit lucidius, nihil distinctius. Nondumne nostis quis sit autor *philosophiae scripturae interpretis*? Quisquis est, vir certe est non nimis magnus: at libertas philosophandi uti ingeniosior doctiorque, ita periculosior: non ausim probare hoc criticae sacrae genus. Libros 10 Israelitarum sacros a solo Esdra esse, mihi non facile persuaserit. Non omnes cum Esdra Hierosolymam redierant, mansit a prima urbis direptione magna gentis pars dispersa toto orbe, indicio acta Apostolorum esse possunt, quibus Judaei Elamitae, Arabes, Parthi, Cretenses etc. memorantur, nondum eversis a Tito sedibus dispersa natione. Hoc posito, an credemus Esdram omnibus autoritate sua libros nove confectos pro Mosaicis, pro propheticis, pro sacris obtendere 15 potuisse. Autor libri memoratur Spinosa, judaeus quondam, eruditionis non illaudatae, vidi olim ejus in Cartesii *meditationes* quaedam: etiam naturae indagatione excellere audio. Quod Tu, Vir Illustris, noveris rectius.

Schediasma meum physicum si accepisti, judicium Tuum perscribere, ne quaeo gravare. Ipsa rerum moralium penitior scrutatio ad motus pariter cogitationisque indagandam diligentius 20 naturam me adegit: in utroque videor mihi nonnulla a nemine hactenus facta demonstrataque observasse, de quibus scripsi Tibi fortasse literis nuperis quas in nundinis Francofurtensibus festinantissime exarare coactus sum.

Hobbii *de Cive* philosophiam ego tanti facio, quanti quisquam: omnia ejus mihi diligenter expensa et pervolutata sunt. Demonstrationibus ejus magnam partem nihil verius: inest tamen 25 vitium aliquod applicationi lectoribus potius quam autori imputandum. Nimirum quae de Majestate, de summa civitatis potestate, de jurium majestatis indivisibilitate, de absoluta obedientia imperantibus debita: ex positis ab eo definitionibus rectissime consequuntur, sed nullae sunt, quales ille definit summae potestates civitatesque in orbe terrarum, praeter unicam universalem cuius Rector Deus, subditi omnes, in qua sola Hobbiana theorematum verificantur.

13 a Tito erg. L 25 applicationi (1) autor (2) lectoribus L 25 quam (1) *⟨mentor⟩* (2) autori L

5–15 Wolzogii librum . . . potuisse: Zur Kontroverse zwischen L. VAN WOLZOGEN, *De scripturarum interprete contra exercitatem paradoxum*, Utrecht 1668, und Lodewijk Meyers anonym erschienener Schrift *Philosophia Sacrae Scripturae interpres*, [Amsterdam] 1666, vgl. VI, 1 N. 22, S. 552 f. 11–13 mansit . . . natione: Apg. 2, 9–11. 16 *meditationes*: B. DE SPINOZA, *Renati des Cartes Principiorum philosophiae pars I, et II, more geometrico demonstratae . . . Accesserunt ejusdem Cogitata metaphysica, in quibus difficiliores, quae tam in parte metaphysics generali, quam speciali occurrunt, quaestiones breviter explicantur*, hrsg. v. L. Meyer, Amsterdam 1663. 18 Schediasma: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*, Mainz 1671, London 1671 (VI, 2 N. 40), Beischluß zu N. 19. 21 literis: N. 51 vom 7. Mai 1671. 23 TH. HOBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, Paris 1642.

Nam ille solus postulare potest absolutam obedientiam, qui praestare summam securitatem, quod non est nisi omnipotentis. Fatetur ipse Hobbius civitatem securitatis causa ingredi homines: jus ergo suum ad omnia quae ipsis interesse securitatis videbuntur ne in statu quidem civili deponent, cur enim finem dimittant mediorum causa? Tantum quia probabilior in civitate securitas, major obedientia, id est pro jussis rectorum *prae sumptio* esse debet: infallibilia, aut saltem tuta et in praxi sequenda semper rectorum jussa esse (poena male gestorum jubentes, non jussos mansura) nescio an firmis satis argumentis docuerit Hobbius. Nimirum totus *de cive* liber principia juris talia tradit, quae possint et Atheos tenere, neque enim ad Rectorem mundi aut animae immortalitatem respicit. Quod uti non improbo, ita tamen sufficere non puto. Sed si quis supponat Rectorem mundi Deum et proinde Rempublicam universalem multa ab Hobbio demonstrata applicatione carebunt: nam nemo totam personam suam transferre poterit in Rempublicam particularem, quae jam in universali continetur, nisi quoque universali, id est bono universi congruum futurum est: nec vero necessaria ad securitatem vitandumque bellum omnium in omnes haec translatio est, cum omnibus bonis, posita immortalitate animae et Rectore rerum parata sit aliquando non securitas tantum, sed et felicitas certa. Deum Rectorum jussa prava a subditis executioni mandata non subditis de pravitate persuasis, sed Rectoribus imputaturum demonstrasse mihi non videtur. Etiam quae de statu naturali disserit applicatione carent, per se verissima. Posito enim Rectore Mundi non datur Status naturalis, seu extra Rempublicam, nec proinde jus bellumve omnium in omnes et quicquid inde deducitur. Ita ergo sentio theorematum Hobbii exacta esse, et admiranda, sed quibus facile abuti possit applicator incautus. Caeterum nec Hobbius ita monarchicus, aut, ut sic dicam majestaticus est, uti quidem videtur: concedit enim iis a quibus Magistratus poenas sumere vult, summum jus repugnandi, ac proinde quasi dissoluto ob cessantem securitatem vinculo, redditum status naturalis seu juris in omnia, sed suadet caeteris, ne assistant, quod tamen ab iis qui ab eorum periculo securitati suaee metuunt expectari nec posse, nec debere ipse fatebitur. Sed supposita Republica universali et vita futura haec quoque aliter eveniunt. Potest enim evenire, ut rectius occidi me patiar quam resistam, fiducia futurorum, quod et martyres fecisse videmus. Utinam delineasset Hobbius eam Reipublicae formam, quam alicubi ait ita mente designari posse, ut nequeat illa a causa interna dissolvi. Hoc qui ostenderit, ei plurimum debebit humanum genus. Egregia in hoc genere dixere Cardanus, et Campanella, et Octavius Pisani. Sunt et mihi meditata quaedam de

26 et vita futura *erg. L*28 illa *erg. L*29 qui (1) designaverit | (2) ostenderit *erg. | L*

30 Cardanus: G. CARDANO, *Arcana politica, sive de prudentia civili liber singularis*, Leiden 1635 u.ö.
 30 Campanella: T. CAMPANELLA, *Realis philosophiae epilogisticae partes IV, hoc est De rerum natura, hominum moribus, politica, (cui Civitas solis juncta est) et oeconomica*, hrsg. v. T. Adamus, Frankfurt a.M. 1623.
 30 Pisani: O. PISANI, *Le Leggi per le quali si fa vera et presta giustizia senza spese*, Antwerpen 1618; vgl. auch Leibniz' Excerpt nach der Übersetzung von F. M. van Helmont (1666), in VI, 2 N. 31.

optima ratione contrahendi processus judiciales, ut vix putem posse magis, quod quanti sit in Republica momenti, res ipsa puto clamat. Nimirum magnum Ethicae politicaeque discrimen est: illius enim est efficere ne velint homines, hujus ne possint peccare, quod ut efficiatur multis reconditis artibus opus est, quas si cuiquam, Tibi Vir Illustris, in Republica et luce versato,
5 philosophiamque experientiae conjungenti, notas esse scio.

Rempublicam ego definio Societatem cum securitate. Securitatem autem miseriae improbabilitatem; atque ex iis definitionibus omnia de Republica theorematum derivo.

Virum bonum definio qui amat omnes, A mare alterius felicitate delectari. Jus potentiam viri boni. Obligationem necessitatem viri boni. Ex his definitionibus omnia juris
10 naturalis theorematum a me demonstrantur.

Post Jurisconsultos veteres, (quorum in fragmentis superstibus admiranda subtletatis profunditatem quoties inspicio toties miror), tum Aristotelem, Platonem, Ciceronem, Cardanum, Campanellam, nullus est fateor, cui in moralibus plus quam Hobbo debeam. Est in Germania vir doctus Joh. Feldenus, cuius notas in Grotium vidisti opinor. Is *Elementorum Jurisprudentiae* partem edidit, etsi paulo magis quam necesse sit Aristotelicam, multa tamen praeclara minimeque vulgaria continentem. Hobbii *de cive libellum* Grotium vidisse, et maximi fecisse, et jam olim sibi visum optasse, habeo ex amico cui retulit Emundus Mercerius, si bene memini, Grotii Parisiis legatione fungentis domesticus, vir doctus et bonus. Idem ajebat Grotium vehementer laudasse *Ethicam* Johannis Crellii, sine nomine autoris in 8^o ut vocant, tunc
20 editam quae postea auctior in 4^o divisaque in *Ethicam* duplicem *Aristotelicam et Christianam* prodiit. Etiam Cardinalis Pallavicini dialogi *de Bono* mihi mirifice placuere, et Cycnea ejus cantio, de *perfectione Christiana*. Audio apud Venetos asservari multas meditationes politicas et morales magni illius viri, P. Pauli. Nec dubito quin videris *les pensées* de Monsieur Pascal, quarum lectione valde affectus sum. Sharrokius fortasse non est tanti.

25 Principia Decori pudorisque communi hominum opinione recepta, ad certas rationes difficillime referri dudum prudentissime observasti; ab iis certe, quibus mecum amor univer-

14 notas: J. VON FELDEN, *Annotata in Hugonem Grotium de jure belli et pacis*, Amsterdam 1653. 15 J. VON FELDEN, *Elementa juris universi et in specie publici Justinianaei*, Frankfurt a. M. u. Leipzig 1664. 16–19 Hobbii . . . Crellii: vgl. E. MERCIER, *Elegia de vita, obitu et scriptis H. Grotii*, Paris 1661. 17 amico: nicht nachgewiesen. 19–21 *Ethicam* . . . prodiit: J. CRELL, *Prima ethices Elementa*, Racow 1635; erw. Ausgabe u.d.T. *Ethica aristotelica, ad sacrarum literarum normam emendata. Ejusdem Ethica christiana sive Explicatio virtutum et vitiorum quorum in sacris literis fit mentio*, [Amsterdam 1650?] 21 S. PALLAVICINO, *Del bene libri quatuor*, Rom 1644; lat. Übers. *Philosophia moralis P. I. seu de bono libri quattuor*, Köln 1646. 22 *perfectione Christiana*: S. PALLAVICINO, *Ars perfectionis christiana in tres libros distincta*, Rom 1665 u.ö. 23 P. Pauli: d.i. Paolo Sarpi. 23 B. PASCAL, *Pensées . . . sur la religion, et sur quelques autres sujets, qui ont été trouvées après sa mort parmy ses papiers*, hrsg. v. É. Perier, Paris 1669 u.ö. 24 Sharrokius: R. SHARROCK, *Τύποθεσις ἡθικῆ de officiis secundum naturae jus*, Oxford 1660 u.ö. 26 observasti: L. VAN VELTHUYSEN, [anonym], *Epistolica dissertatio de principiis justi et decori*, Amsterdam 1651 (*Opera*, 1680, S. 955–1012).

salis, seu bonum publicum universi, juris fons est. Mihi semper visum, nuditatem hominibus displicuisse velut crebrum nimis obviumque libidinis incitamentum: Venerem autem omnem irritam esse illicitam, regulariter; irritam, id est ex natura rei aut intentione utens infoecundam, quia insumtricem inutilem pretiosissimi liquoris. Finem veneris esse, ut homines gignantur, sed felices, interesse igitur generis humani, ut certi sint parentes, quos ipsa suitatis opinio conspirare jubeat ad procurandam liberorum felicitatem. Hinc vagas extra conjugia libidines pravas esse solere, hinc improbanda adulteria, hinc ipsa matrimonia illaudabilia, quae male coierint, hinc jus aliquando divertiorum. De quibus commentatus sum aliquando peculiari dissertatione, sed nondum publicavi. Sed Tuo judicio omnia integra servari volo, quo nihil mihi poterit accidere laetus.

5

Caetera quae ad Ampl^{mum} Graevium scripsi, huc repetere nolo, quorum, si tanti est legendorum occasio Tibi non deerit.

Audio apud vos Theodorum Kerckringum multa praeclara detexisse, certe inter Chymicos Anatomicosque ingenti subito fama assurrexit. Scripsi nuper viro, sed de responso despero. Novi enim genium eorum qui his studiis se dedere. Si data occasione tuo favore ut 15 respondeat effici potest plurimum Tibi debebo plus vero si licebit in posterum quoque intueri pignora favoris Tui, quem mihi maximo et ornamento et fructui duco.

10

Vale vir magne, et virtutum Tuarum verissimo cultori fave.

20

62. OTTO VON GUERICKE AN LEIBNIZ

Magdeburg, 6./16. Juni 1671. [54.75.]

Überlieferung:

k Abfertigung: LBr 341, Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 S. (Unsere Druckvorlage.)
A Abschrift: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6,
 Bl. 81–84. 2 Bog. 2°. 7 1/4 S.

E' GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 93–96 (nach *k*). 25

*E*² II, 1 (1926) N. 62 (nach *k*).

Weiterer Druck:

SCHIMANK, *Experimenta* Bd 2, 1968, S. 81–84 (nach *E*²).

5 ipsa (1) *societat* (2) *suitatis L*

8 f. dissertatione: möglicherweise eine verlorene Schrift »De principiis decori pudorisque«; vgl. den Abschnitt *Matrimonialia* in den *Elementa juris civilis* (VI, 2 S. 84 f.). 14 Der bisher nicht gefundene Brief an Theodor Kerckring war Beischluß zu Leibniz an Graevius, 5. Mai 1671 (I, 1 N. 84 S. 147). Eine Antwort von Kerckring ist nicht bekannt.

Unser Brief antwortet auf die uns nur im Auszug bekannte N. 54. Beilagen waren Abschriften von Teilen aus Guerickes 1672 erschienem Buch *Experimenta nova (ut vocantur) Magdeburgica de vacuo spatio*, und zwar das nicht gefundene Inhaltsverzeichnis und aus Buch VI (*De systemate mundi nostri planetario*) das 11. Kapitel (*De latione planetarum*, LBr 341, Bl. 13). Leibniz dankt dafür in seinem Brief vom 17. August 1671⁵ (N. 75).

:119

|| WohlEdler Vest. undt Hochgelarter,
Insonders großünst. hochgeehrter Herr,

Deßelben angenehmes *de dato* Franckfurth den 3 Maii, habe allererst den 11 *Junii Stil.*
Nov. vom hiesigen Buchführer, auch dabey daß Tractälein, mit dienstlicher bedanckung, zu
 10 recht erhalten; Verstehe anfanges daß Meinem hochgeehrten Herren, nebst andern vornehmen
 liehabern verlange nach meinem Tractat *de Spatio Vacuo*, welchen zu drücken Herr Johan
 Janson von Waeßberge zu Amsterdam, vor länger den $1\frac{1}{2}$ Jahren uff sich genommen, Wir
 haben einen richtigen Contract mit einander, Er aber differiret daß werck von einer zeit zur
 andern, mit guten vertröstungen, Also daß ich davor halte, Er habe so viel zu drücken uff sich
 15 genommen, daß eines nach dem andern warten muß, welches mihr dan zu schaden nicht allein
 gereichert, sondern meine Jahre kommen heran, undt wehre beßer daß es zeitig genuch
 bey meinem leben herauß kehme; Ich wünsche nuhr daß andere Ihn auch hart anmahnneten, so
 müste Er desto ehender forth; Ietzo gibt Er nuhn wieder die vertröstung gegen künftige
 20 herbstmäße, wohferne daß Buch nicht zu groß; da ich Ihm doch geschrieben, daß es über $3\frac{1}{2}$
alphabet in fol. nicht werden wirdt, Die drey ersten Bücher nebst allen kupffer Platten, deren
 25 20, habe ihm schon vorm Jahre zugeschicket, Undt weil dieses Buch nicht hoch ins geldt
 lauffen wirdt, weiß ich gewiß, daß Er in 3 Monaten alle materien loß werden kan.

So viel daß hauptwerck betrifft, bestehet alles vornehmlich uff die rechte verständnüs
 oder erkendnüs des *Universalis vasis seu Continentis omnium rerum*, welches ich zwartd *brevi*
 25 *verbo Spatiū* nenne, aber nicht in solchem verstande, *ut Vulgus Spatiū secundum trinam*
dimensionem concipere solet, sed in quo omne corpus seu omnis substantia suum
esse vel subsistere aut habet aut habere potest: quod nulli cedit, nec tantum cedit
quantum est corpus receptum, sed permanens est atque immobile, ubique in omnibus per
 30 *omnia, sive corporea vel incorporea, cuique nihil infert esse hic vel alibi, repletum vel inane.*
 Davon dan so deutlich in meinem Buche gehandelt wirdt, daß unmöglich zu contradiciren;
 Anfangs werdenß zwartd Paradoxa zu sein düncken, undt sich viel opponenten, aber hernach,
 wan erst gespühret worden, waß es vor ein licht in allen natürlichen dingen geben wirdt, sich
 desto mehr *defensores* finden. Zu mehrer nachricht, überschicke einige *Exemplaria librorum et*
Capitum hujus mei tractatus.

9 Tractälein: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40). 24–29 *Universalis . . . inane*: O. VON GUERICKE, *Experimenta nova (ut vocantur) Magdeburgica de vacuo spatio*, Amsterdam 1672, lib. 2, cap. 4.

120

Daß mein hochgeehrter Herr schreibet: *An verum sit, quod narraverunt, me posse globum in aëre libero pendentem alterius applicatione, novo quodam Magnetismi genere circumducere,* || Daß wirdt gewiß die kugel sein, davon *in lib. 4, cap. 15*, außführlich geschrieben. Eß sindt unterschiedliche *mineralia* so mit Schwäffel, in eine ronde kugel, in der grōße zweor faüste groß, zusammengegoßen: Wodurch einige *Virtutes Mundanae* (wie ich sie nenne, davon daß gantze 4^{te} Buch tractiret) *oculariter* demonstriret werden; Also: da Tycho de Brahe schreibet: Er wolte gerne dem Copernico beypflichten, wan nicht der Erdboden ein so schwär *Corpus* wehre, hergegen demonstrire ich hirdurch, daß der Erdboden nicht so schwär alß die allerleichteste *Plumula* sey. *Item* gedencket Galilaeus in seinem tractat: Daß man nicht begreiffen könne, wohher es komme, daß der Mond immer der Erden folge, undt auch immer *eandem faciem* gegen dieselbe behalte. So demonstrire ich mit derselben kugel, daß solches durch sonderliche *Virtutes Mundanas* geschehe, *Ex. gratia*: Wan die kugel zuvor etwaß mit der handt überstrichen, undt sodan eine gar leichte *Plumula* daran gehalten wirdt, so zeügt die kugel die *Plumulam* anfangs an sich, stoßet sie aber baldt wiederumb so weit abe, alß es ihr *orbis Virtutis* vermagk, undt woh also dan die kugel hingehet, da gehet auch die *Plumula* in der lufft schwebende hin, so daß man sie uff jedes begehrtes punct, ia uff jemandes Nase bringen kan; Sie behelt auch immer *eandem faciem, globum versus*, so daß man sie vermittelst dieser kugel in der lufft umbdrehen kan, wie man sie haben will. *Item* es können gar viel andere wunderbahre dinge durch diese kugel demonstriret werden, so daß man siehet, daß nicht eine, sondern etliche *viventes virtutes* darinnen verborgen, gleich wie man vom Magnetstein siehet, in welchem die *virtus directiva Telluris*, kein mehrers aber, stäcket; Also hirinnen andere *virtutes*, so zu weithlaüftig zu schreiben etc.

Anlangend meines hochgeehrten Herrens zugeschickten tractat, so sehe darauß daß derselbe *omnia naturae mira* dem *Circulato aetheri cum luce circa terram* undt also auch *vim elasticam, gravitatem, magnetis directionem etc.* zuschreibet. Nuhn laße demselben billig seine vernünfftige *sententiam salvam et integrum*; nach der meinigen geringen aber, ist Aether nichts anders den daß *Spatium purum extra aëream sphaeram in summa altitudine longe lateque circumfusum*. Es schreibet zwardt einer: *Quod Spatium a Terra ad ultimum usque mundanorum corporum terminum, quod quidam Expansum, Veteres Aetherem vocant, liquidissima aura refertum sit: et ita quidem refertum, ut nihil sit in rerum natura adeo solidum et durum cuius poros non penetreret, eo fine a Deo constitutum, ne alicubi Vacuo locus concedatur.* Deme antworste ich: *Quia Aura nihil aliud quam rarissimus aér, aëris¹ autem corporeum quid atque*

¹ Am Rande von Leibniz' Hand: an ex aëre aqua?

1–3 Die folgende Passage bezieht sich auf N. 54, die uns nur als Auszug bekannt ist, der die hier zitierte Stelle nicht enthält. 9–11 tractat: G. GALILEI, *De systemate mundi*, vgl. O. VON GUERICKE, a.a.O., lib. 5, cap. 19 u. 20. 26–28 Aether . . . *circumfusum*: O. VON GUERICKE, a.a.O., lib. 2, cap. 5. 28–31 *Quod . . . concedatur*: O. VON GUERICKE, a.a.O., lib. 7, cap. 4, Annotatio IX und X. 32–S. 202.7 *Quia . . . fore*: O. VON GUERICKE, a.a.O., lib. 7, cap. 4 (Annotatio S. 237).

121 *Telluris odor est (sicut per varia experimenta demonstro, ipsaque ratio dictitat, nisi corporeum quid esset, non possit replere vacuum) ideoque impossibile est, quod aura tanquam corporeum quid, possit penetrare corpora, sed Expansum sive Spatium sit, quod penetrat omnia. Deinde sequeretur si Expansum aura refertum esset, quod aliud sit Expansum ipsum et aliud aura, et 5 quia sunt || separata, ideoque unum ab altero, corporeum scil. ab incorporeo posse separari, et per consequens Spatium reddi vacuum, fictam vero illam per immensum auram, omnino inutile fore.*

Eß sindt zwardt auch andere gewesen denen ich die *machinulam*, worin daß *summum Vacuum exhibiret* wirdt, davon daß *Cap. 8. lib. 3.* handelt, gezeyget (deßfals sie auch gestehen müssen, daß darauß augenscheinlich zu sehen undt zu märcken, daß *intra aëream Sphaeram* von keinem Menschen, es mit demonstrirung des *Spatii Vacui*, könne höher gebracht werden) die haben wollen vorgeben, daß ein *subtilior aër vel aura* oder aether so glaß undt alle metallen penetriren könnte, *ad implendum ejusmodi vitrum evacuatum* müße wieder hineinträten; hergegen aber war opponiret worden, doferne solch aether verhanden wehre, der glaß undt andere 15 metallen penetriren könnte, daß derselbe auch von anfange schon müße *in vase isto vitro* sein, es sey repliret mit welcher materi es wolle; Dann kan ein solcher aether in daß evacierte *vas vitreum* succediren, warumb solte er nicht zuvor schon in alle die materi wohmit daß glaß erfülltet gewesen, würcklich sein? Haben derowegen entlich gestehen müssen, daß keine aura oder *corporeum quid*, ia auch kein also genanter aether, sondern daß *Spatium Purum* müße 20 hinnein geträten, oder vielmehr schon darin gewesen sein; Dann weil daß glaß die penetrirung nicht hindern kan, so hat sie viel weniger daß waßer oder die lufft im glase hindern können, *et per consequens* ist die penetrirung schon geschehen, ehe undt bevor daß glaß evaciaret worden.

So viel den *motum* oder vielmehr die *lationem Planetarum circa Solem* concerniret, so ist hirbey mein weniges sentiment auß meinem tractat geschrieben (wie wohl es sich uff die 25 *Virtutem impulsivam* undt *lationem Telluris* referiret, so aber zu weitläufigt, undt daher nicht so wohl wirdt können begriffen werden) worauß abzunehmen, daß wohferne ein solch aether, der nicht von einem *Puro et ab omni materia vacuo spatio* verstanden wirdt, solte verhanden sein, selbiger die *lationem periodicam Planetarum* nicht alleine verrücken, sondern auch, wegen der großen distantz, so da ist zwischen der Sonnen undt Planeten, die *virtutem Solis* 30 (welche man sonst *radios Solares* nennet) debilitiren, impediren, oder auffangen würde, da hergegen in daß *Spatium purum*, nichts kan agiret oder effectuiret noch durch daßelbe ichts waß impediret werden.

Die *gravitas* woher solche entstehe, wirdt mit gedachter Schwäffelkugel augenscheinlich demonstriret, undt weil der Erdboden *per virtutem conservativam*, alles waß ihm dienlich, an 35 sich helt, consequenter auch die lufft, alß bekömbt sie dadurch zugleich eine *gravitatem, per quam se ipsum premit*, worauß die *vis elastica* entstehet, davon ich gar unterschiedene Expe-

18 würcklich erg. K 36 *premit, (I)* worauff (2) worauß K

36 *gravitatem . . . premit*: vgl. O. VON GUERICKE, a.a.O., lib. 3, cap. 1.

rimenta; Wohmit aber weitleüfftiger meinem hochgeehrten Herren bey andern vielen geschäfften nicht magk beschwährlich fallen, zumahln schon ietzo geschehen, daß wieder verhoffen ich mit diesen zu weitleüfftig gegangen bin. Empfehle denselben der Göttlichen vorsorge, undt verbleybe

Meines hochgeehrten Herns allezeit bereitwilligster Diener
Magdeburg den 6/16 Junii Aº 1671.

Otto von Guericke. 5

63. HERZOG JOHANN FRIEDRICH VON HANNOVER AN LEIBNIZ

Riddagshausen, 6. (16.) Juni 1671. [59.84.]

Überlieferung:

k Abfertigung: LBr F 12, Bl. 15–16. 2 Bl. 2º. $\frac{1}{2}$ S. Aufschrift u. Siegel.

10

E¹ BÖHMER, *Magazin*, Bd 1, 1787, S. 134.

E² KLOPP, *Werke*, Bd 3, 1864, S. 250.

E³ II, 1 (1926) N. 63.

Weiterer Druck:

GUHRAUER, *Deutsche Schriften*, Bd 1, 1838, S. 273 (nach *E¹*).

15

Unser Brief antwortet auf N. 58.

|| Von Gottes gnaden Johann Friedrich Herzog zue Braunschweig und Lüneburg etc.
Unsern gunst und geneigten Willen zuvor, Vester, Hochgelahrter, Lieber Besonder.

:122

Es ist Unß deßelben beliebtes Schreiben von 21 Maij nebenst dem Beyschluß zu recht geliefert und deßen allerseits zum öfftern wiederholende verlesung über alle maaße angenehm. 20 Gleich Wir nun darab seinen Unß zuetragenden Wolwillen sattsamlich zu verspüren, Also sagen Wir ihme desfalls geziemenden dank, verlangen sothaner beliebegen correspondence fernerweite continuation und werden nicht ermangelen, bey fürkommender Gelegenheit, solches allemahl dankbahrlich zu erkennen, gestallt Wir demselben mit gunst und geneigtem willen sonders wol beygethan. Gegeben zu Riddagshausen, am 6^{ten} Junii 1671. 25

Johann Friedrich.

Dem Vesten Hochgelahrten, Unserm Lieben Besondern, Gottfried Wilhelm Leibnitzen,
der Rechte Doctoren.

19 Beyschluß: N. 59.

64. LEIBNIZ AN HEINRICH OLDENBURG

Mainz, 8./18. Juni 1671. [57.68.]

Überlieferung:

- 5 A¹ Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LONDON, Royal Society, Letter Book Original 4, S. 322–326. 2°. 4 1/2 S. (Unsere Druckvorlage.)
- A² Abschrift von A¹: LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 427–432. 2°.
- E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 59–62 (nach A¹).
- E² II, 1 (1926) N. 64 (nach A¹).
- E³ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 76–79 (nach A¹).
- 10 Übersetzung:
 HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 79–81.

Unser Brief antwortet auf N. 48 und wird – nach Bestätigung seines Empfangs in N. 73 – beantwortet durch N. 81. Die in der Abschrift enthaltene Zeichnung ist von Oldenburgs Hand.

:122

|| Vir Ampliss^e,

15 Non dubito quin postremae meae literae, quibus residuum *Hypotheseos* meae, tum et festinata de *abstracta motus theoria* cogitata, ad Te recte pervenerint: Ex iis licebit, opinor, perspicere indolem sententiae meae, quanquam poliendae ejus perficiendaeque curam non abjecerim; neque enim adeo difficile erit, ubi otium suppetet, editis ineditisque meis amicorumque cogitatis experimentisque illustrare sententiam, ad explicanda omnia latissime paten-
20 tem. Certe nihil est Experimentorum publice notorum, quae non ei, notabili harmoniae simplicissimae claritate, conciliare sperem. Omnes omnium gentium temporumque philosophi de Spiritu quodam Universali, seu Anima mundi disseruere, unde vita rebus ratione parentibus et motus: ne Aristotelis quidem loca desunt; at qui Spiritus ejus motum, causamque motus et effecta mechanice exposuerit, notus est mihi nemo.

25 Magno me beneficio affeceris, Vir Amplissime, si egregiorum apud vos Virorum, quibus abundatis, tum judicia mihi perscriperis, tum favorem notitiamque conciliaveris; non eorum tantum, qui naturae novam lucem infundunt, sed et qui circa Theologiam naturalem et moralia aliquid praeclari moliuntur. Licetne aliqua Experimentorum Relationumque per communica-
123 tionem nancisci, quae in *Historia Societatis* enumerantur, praesertim si quid vicissim aperiri ||
30 communicarive possit? Si qua judicia de Schediasmate meo insinuata sunt Illustri Societati, ea, rogo, ut mihi, qualia sunt, etiam cum Autorum nominibus, si licet, integra descripta mittas:

15 postremae . . . literae: N. 57. 29 *Historia Societatis*: TH. SPRAT, *The history of the Royal-Society of London, for the improving of natural knowledge*, London 1667. 30 f. Si . . . mittas: vgl. Leibniz' ähnliche Bitte am 9. Mai 1671 (N. 57). Oldenburg übermittelte das Urteil von J. Wallis in seinem Brief vom 22. Juni 1671 (N. 68).

reprehensiones enim, modo aculei absint, non aegre fero. De Machinae Wernerianae successu haec comperi; in fodinis Schwazensibus Bavaricae ditionis hactenus frustra fuisse, sive ipsius artificii vitio, sive, ut solet, obtrectatorum malitia, aut fortasse sumptuum mora, qui, ut cogitatu facile est, ad talia in magno opere prosequenda non exigui requiruntur: Autorem ergo ad extremum, facta redeundi afferendorumque necessariorum spe, domum abiisse, nondum redi- 5 isse.

Sed nondum ideo res tota mihi damnanda videtur, qui scio, quot mali genii bonis se conatibus opponant. Ego, ut certiora tandem nanciscar, ad Wernerum ipsum, curante Amico, cui familiaris est, scripsi. Responsum habebitis, ubi ego nactus fuero.


Grandamici Experimentum Magneticum, de quo antehac loquebar, hoc est:

10

Magnes Sphaericus raticulae subereae, vel alteri vasculo aquis innatanti imponatur, ea ratione, ut polus ejus *b* Borealis, hoc est, ille qui sibi relictus borealem coeli plagam, sive verius, telluris polum [*B* spectat, in raticula vergat deorsum Nadir versus, adeoque ad centrum telluris;] Australis autem *a* respiciat Zenith. Hoc enim modo constitutus magnes, post aliquot hinc inde reciprocationes, in liquido *cd* horizonti parallelo, disponet quasdam suas partes 15 constanter in Austrum, et oppositas in Boream sine ulla declinatione. Quare, si in terrella, sic consistente ope lineae meridianae accurate repertae per aliquod e problematibus Astronomicis, designetur in superficie Terrella Meridianus circulus, erit is universalis pro omnibus terrae locis, citra usitatam illam declinationem Magneticam, tantopere variam, et inconstantem. Haec ille. Valde desidero, nosse rei veritatem ad Theorias meas magneticas 20 perficiendas, et experimentum ipsum tale est, ut mereatur a diligentissimis observatoribus excuti. Quo facto, si quid mihi certi perscriperis, magno me beneficio affeceris. Kircherus, Zucchius, Scottus approbant; sed scis, alios testes domesticis accedere debere: si verum est, sequetur, causam declinationis agere in solum Magnetis polum, cui si sic vacillandi libertas adimatur, declinationem cessaturam; de quo fateor esse cur dubitem. Licetne nosse, quid rei sit 25 mirabilis ille pulvis Keifferi, Drebelii generi, cujus meminit Monconisius in *itinerario*, qui totas naves destruere possit; Meminere ejus etiam *Ephemerides Gallicae*, in judicio de Monconisio.

13 f. *B* spectat . . . telluris; erg. Hrsg. nach N. 22

1–6 De Machinae Wernerianae . . . rediisse: Wann und durch wen Leibniz diese Information erhalten hat, ist nicht ermittelt. 8 f. ad Wernerum . . . scripsi: die Übermittlung des nicht gefundenen Briefs von Leibniz an Werner bestätigte Crafft am 12. August 1671 (I, 1 N. 143, S. 220.21). 10–20 Grandamici . . . inconstantem: vgl. N. 46 u. N. 57. Die Beschreibung des Experiments (mit Zeichnung) ist fast wörtlich von Kochański (N. 22) übernommen. 22 f. A. KIRCHER, *Magnes sive de arte magnetica*, Rom 1641, S. 420–425; 3. Aufl. Rom 1654, S. 310–312. 23 N. ZUCCHI, *Nova de machinis et magnete philosophia*, Rom 1649. 23 C. SCHOTT, *Thaumaturgus physicus sive Magia universalis naturae et artis pars IV*, Würzburg 1659, lib. III: *De magia magnetica*. 26 Monconisius in *itinerario*: B. DE MONCONYS, *Journal des Voyages*, Paris 1665–1666, Tl 2, S. 40; vgl. N. 57. 27–S. 206.2 Meminere . . . Cromwello: Rezension zu Monconys Werk im *Journal des Scavans*, 10. Mai 1666, S. 221–225, dort S. 222.



Verumne quod ibi narratur, experimentum sumptum esse coram Cromwello? Continuaturne Atlas Anglicanus? Ignosce Te Quaestionibus obtundenti. Unum est praeterea, quo, post || tot beneficia, fortiore etiam, si id fieri potest, modo, Vir Amplissime, me Tibi obstringes. Comperi, apud vos olim prodisse librum quandam Anglicum Gabrielis Plate de rebus subterraneis, inque eo narrari processum quandam eliciendi Solem ex Antimonio, qui sit quidem infructuosus ob paucitatem, et sumptuum magnitudinem, evincat tamen veritatem transmutationis. Hunc processum ex illo libro, quem audio apud vos esse sic satis vulgarem, mihi verbotenus describi valde desidero, eaque in re curanda benevolentiam tuam invoco. Experimentum a Becherio Medico Germano descriptum, faciendi ferrum ex rebus non-metallicis, imo nec mineralibus, nescio an ad vos pervenerit: memini ejus, ni fallor, nuper; id ita habet:

Si limus, unde lateres coquuntur et furni parantur, ad aërem siccatus, ut cribrari possit, oleo lini ita perfundatur, ut globuli inde formari possint, pro colli retortae capacitatem; idque eum in finem, ne facta distillatione ob exemptionem capitis mortui, retorta frangi debeat, deinde ut 20 ignis parvos globulos vehementius quam totam massam penetret: Repleatur globulis retorta, et per gradus ex aperto igne distilletur augendo sub finem ignem fortiter. Prodibit oleum simile illi, quod vulgo vocant, Philosophorum. Finita distillatione globuli nigrescentes contundantur et cibrentur, in patinam ponantur, et superfusa aqua communi moveantur; turbidum per inclinationem gradatim effundatur; [limpida] nova addatur; idque tam diu, donec effusa aqua clare 25 decurrat, et in fundo patinae grave nigrum sedimentum maneat. Hoc siccatum chartae imponatur; adhibitus magnes pulvisculum [ferreum] extrahet, qui repetita extractione copiosus colligetur, ex quo ferrum fiet in omnibus probis optimum. Haec Becherus, qui putat ex

24 limpida A¹ ändert Hrsg. 26 terreum A¹ ändert Hrsg.

2 Der erste Teil des *English Atlas* war im Vorjahr erschienen: J. OGILBY, *Africa: being an accurate description of the regions of Aegypt, Barbary, Lybia, and Billedulgerid . . . collected and translated from most authentick authors, and augmented with later observations*, London 1670. Als zweiter Teil erschien *America: being the latest, and most accurate description of the New world; containing the original of the inhabitants, and the remarkable voyages thither . . . Collected from most authentick authors, augmented with later observations, and adorn'd with maps and sculptures*, London 1671. Bereits am 10. Mai 1669 hatte Ogilby das Flugblatt *A proposal concerning an English atlas* herausgebracht. 6–10 librum . . . transmutationis: G. PLATTES, *A discovery of subterraneall treasure, viz. of all manner of mines and mineralls*, London 1639, cap. 9. 8 Solem: d.i. die Gewinnung von Gold aus Antimon; vgl. N. 81. 13–S. 207.1 Experimentum . . . ferrum: vgl. J. J. BECHER, *Experimentum chymicum novum, quo artificialis et instantanea metallorum generatio et transmutatio ad oculum demonstratur*, Frankfurt 1671. 16 nuper: N. 57.

reactione quadam inter limum et oleum lini fieri ferrum. Quod concedendum erit, si verum est, sine oleo ferrum extrahi non posse: Imo, alio olei limive genere adhibito, alia metalla oriri; sed sunt, qui putant, esse tantum latentis in limo ferri extractionem, cum etiam Sendivogius alicubi asserat, in omni terra plurimum Martis latere. Sed Vos rectius arbitrabimini. Experimentum ipsum verum est, et coram Eminentissimo Electore Moguntino nuperime sumtum, qui incomparabili judicio, et maxima harum rerum experientia, decora in Reip. administratione eluentia, velut distinguit. Unum restat, quod non possum, quin [Tibi] significem: Est mihi amicus, in re metallurgica egregie versatus; is rationem invenit et in praxin deduxit chalybem ex ferro in quantitate cum magno fructu parandi. Sed cum talia ita comparata sint, ut fructus eorum ab iis demum, quibus fundus est rem tentandi in magno, authoritasque, et notitia securitasque consumptionis, sentiatur; Statuit vendere inventum suum iis qui rectius queant uti, quales vos judicat: nec si contrahetur, quicquam petet antequam sumptibus suis assertionem suam apud vos verificaverit.

Res est consideratu digna: Nec hic vulgare aliiquid, ac tritum suspicere.

Si quid nonnunquam apud vos notabile incidit, quod scire liceat, *Transactionibusque non inseratur, ejus me significatione subinde mire beabis.* Quod restat, vale, quamprimum literis || 125 me tuis recrea, Illustri Societati commenda, faveque

Vir Ampliss^e Cultori Virtutum Tuarum

Gottfredo Guilielmo Leibnitio

J.U.D. et Consil. Mog. 20

Moguntiae 8/18 Junii 1671.

65. PIERRE DE CARCAVY AN LEIBNIZ

Paris, 20. Juni 1671. [61.66.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 143, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. (Unsere Druckvorlage.)

A Abschrift: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 25. 25
1 Bl. 2°. 1 S.

E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 4 (Teildruck nach K).

E² II, 1 (1926) N. 65 (nach K).

7 ubi A¹ ändert Hrsg.

4 asserat: wohl M. SENDIVOGIUS, *Novum lumen chymicum*, Paris 1608. 4 in . . . latere: das Eisenvorkommen in der Erde. 4 f. Experimentum . . . sumtum: wahrscheinlich von J. J. Becher während seines Aufenthaltes in Mainz ausgeführt; vgl. I, 1 N. 90. 7 amicus: d.i. J. D. Crafft; vgl. N. 81.

Unser Brief antwortet auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz wohl von Anfang Juni 1671. Eine Antwort fehlt.

:125

Viro Clariss^o D. Leibnitio. P. De Carcavy. S. P,

Libros quos mittis nondum accepi, eorum videndorum desiderio accendor eo potissimum
 5 nomine quod praeclarum opus a te elaboratum avide expecto. Qui apud nos libri prodeant tibi
 indicare supervacaneum, eos enim tibi apprime esse notos fidem faciunt tuae litterae, Rem
 porro gratam feceris si qui in Germania edentur mihi, ut coepisti, significaveris, et Illustriss^o
 Abbati Gravellio detuleris, ut eos ad nos devehi curet.

Ad¹ machinam tuam quod attinet, quam curiosam et utilem existimo, eam si ad nos mittere
 10 velis dabo operam ut Excellentiss^o Colberto innotescat, eamque nanciscar occasionem ut tua
 merita apud eum extollam, scilicet Effecta verbis praepollent praesertim apud eum qui plura
 facit quam dicit, nec dubito quin vir sagacissimus eam magni faciat, arcanum autem Religi-
 osissime servabo, is enim sum qui tibi inservire etiam atque etiam exopto. Doctissimus Pascha-
 lius Mathematicarum olim peritissimus, jam a multis annis similem fere machinam invenit ex
 15 multis rotis compositam, cuius beneficio additionem et subtractionem, proindeque alias Arith-
 meticae regulas confidere in promptu est; eam si non videris author sum ut videoas. Interim vale
 Vir Clarissime, et rem literariam illustrare perge. Lutet. Par. die XX^a Junii an. 1671.

A Monsieur Monsieur Libnits. Docteur en droit et con^{er} de Son Altesse Electorale de
 Mayence.

20 ¹ Von Ad machinam bis zum Schluß am Rande angestrichen.

4 Libros: zum Inhalt der Büchersendung vgl. N. 66, am Ende. 9–16 Leibniz hat in einem verschol-
 lenen Schreiben an Carcavy von Anfang Juni 1671 über seine Rechenmaschine berichtet (III, 1 S. LXVI).
 Carcavy verweist im vorliegenden Brief auf Pascals Rechenmaschine, über die er im Brief vom 5. Dezember
 1671 (N. 94) weitere Einzelheiten mitteilt. 14 Pascal hat seine *arithmetische Maschine* 1641 erfunden, diese
 Erfindung aber erst 1649 abgeschlossen; vgl. u.a. Mersenne an Constantyn Huygens, 17. März 1648 (HUYGENS,
Oeuvres, Bd 1, N. 46, bes. S. 86, Anm. 20).

66. LEIBNIZ AN PIERRE DE CARCavy

[22. Juni 1671.] [65.67.]

Überlieferung:L Konzept: LBr 143, Bl. 9–10. 1 Bog. 2^o. 3 S.

E II, 1 (1926) N. 66.

5

Unser Brief antwortet auf N. 61 und wird beantwortet durch N. 70. Möglicherweise war N. 67 Beischluß zu unserem Brief, der, wie aus dem Anfang von N. 67 hervorgeht, an den Abbé Gravel mit der Bitte um Übermittlung geschickt worden war. Es handelt sich bei N. 66 wohl um einen der Briefe, deren Empfang, zusammen mit einem nicht gefundenen Begleitschreiben von Leibniz vom 22. Juni 1671, Gravel am 1. Juli 1671 bestätigt (I, 1 N. 92). Eine Datierung unseres Briefes auf den 22. Juni, allenfalls kurz davor, liegt daher nahe. 10

|| à M^r Carcavy.

:125

Illustris et Ampl^{me} Vir

Literas Tuas recte accepi, humanitatemque respondendi homini ignoto gratus colo: spero interea venisse in manus tuas etiam libellos quos misi, et inter eos Schediasma meum duplex, || 126
Theoriam motus abstracti et Hypothesin Physicam novam, illustribus coetibus, illud vestro, hoc 15
 Anglicano inscriptum.

Illud compositionem continui ad summam claritatem redigit, *Geometriam indivisibilium Cavalieri demonstrativa ratione vindicat*, demonstrationum admirabilium hactenus incognitum de natura mentis ex natura Anguli et Conatus fundamenta jicit, cui vera cogitationis notio, et ratio immortalitatis superaedificari potest, denique rationem attingit, omnes lineas figuras et 20 motus ex abstracti motus legibus definiendi. Unde et lentium secundum sectiones Conicas elaborandarum ratio, verbulo tacta pendet.

Hoc abstracta Concretis, Geometriam Physicae applicat ostenditque non posse aut aegerime posse Phaenomena Mundi cum abstractis motus Legibus, Experientiamque cum ratione conciliari, nisi adhibito quodam Spiritu universalis, vitae motusque velut πρότῳ δεκτικῷ quem 25 sive aethera sive quintam essentiam, sive animam Mundi, sive materiam subtilem voces perinde est. Pleni sunt Platonicorum, Stoicorum; veterum, recentiorum; Chemicorum, Democriticorum, imo et Orientalium libri fragmentaque. Etsi enim nonnulli absurduscule interpretati pro incorporeo venditaverint, satis constat tamen, nihil aliud esse prudentibus hoc πνεῦμα, cui

17 *indivisibilium erg. L* 19 cogitationis (1) ratio (2) notio *L* 24 Legibus (1) conciliari (2), Experientiamque *L*

15 LEIBNIZ, *Theoria motus abstracti*, [Mainz] 1671; London 1671 (VI, 2 N. 41). 15 LEIBNIZ,
Hypothesis physica nova, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40). 17 f. B. CAVALIERI, *Geometria indivisibilibus continuorum nova quadam ratione promota*, Bologna 1635 u.ö.

intellectum tribuere nihil necesse est, quam subtile corpus. Hunc ergo, cum agnoverint pene omnes; qui tamen originem motus in hoc spiritu, modumque agendi omnia in omnibus explicuerit satis, est, quod sciam, nemo. Mihi ergo in mentem venit, non tantum motum ejus universalem esse a gyratione solis circa centrum suum, sed et determinationem motus in globo 5 nostro esse a concursu duarum circulationum solis et telluris, neque enim nisi a plurium occursu varietas. Horum ergo silicum conflictu generatur ignis ille invisibilis, omnia nostra permeans, totumque globum quoisque nobis nosse datum est servans in perpetuo fluxu, aëris instar nostri, igne supposito, porisque insinuato, pavonia colorum varietate in lebete bullientis. Bullientis inquam, nam bullitio rerum igne liquefcentium, in perpetua bullarum gene- 10 ratione et interitu, transfiguratione, unione plurium parvarum sibi appropinquantium in unam majorem, dispersione unius nimis tumefactae in plures parvas, mirabili circulatione consistit. Idem in fermentantibus sua sponte liquoribus, in aqua spumescente, imo in simplicissima artium semiphysicarum vitraria apparet, ubi ex ignis motu circulari, spiritus recto (ut telluris circulari, radiorum solis recto) vitra simplicissimum artificialium genus parantur. Similiter ergo 15 telluris nostrae intima bullitio fluxusque insensibilis, quem circulatio ejus, solaribus radiis penetrare conantibus sese opponens efficit, gignit bullarum insensibilium figura, amplitudine, crassitie laterum, interceptae materiae subtilis (crassaeve) quantitate, variantium quandam infinitatem. Quae res optime concordat meae *motus abstracti theoriae*, ubi ostendi cohaesione- 20 nent originariam, qua velut fornicantur quaedam insensibilia corpora primo dura (quod nobis intelligentiae causa supponere sufficit, alioquin enim nihil prohiberet esse progressum in
 127 || infinitum ac velut novos in qualibet atomo mundulos), quorum implicazione firmantur secundo dura, esse a motu earum in se redeunte circa proprium centrum. Nam etiam globus telluris non esset unum continuum, non globus, non opponeret sese radiis solaribus, non oppositione illa gigneret globulos seu mundulos seu terrellas particulares; seu bullas: sed a 25 radiis solaribus instar vacui, permearetur, nisi circularetur circa proprium centrum. Nihil enim opponi potest motui, nisi motus, nec differt corpus a corpore nisi per motum, neque ergo cohaesio nisi a motu optimeque ab in se redeunte. Quomodo autem motus faciat cohaesionem, geometrico rigore in abstracta motus theoria ea ratione confectum est, quae hactenus quod sciam nemini in mentem venit. Hoc jam supposito ortu bullarum, explicata rerum sensibilium
 30 Elementa habemus.

Nam Bullitionis hujus perpetuitas facit perpetuo alias res sensibiles oriri et crescere alias decrescere et evanescere. Quia, ut dixi, in liquido (sive per se, sive per ignem liquefacto, id est in re fluxum quendam et motum intestinum habente) cum bullae minores sibi appropinquant, nisi rumpantur, subito coëunt in unam majorem, quae, cum nimis intumescit quam pro portione 35 crassitudinis sua, rumpitur rursus dispergiturque in multo minores quam fuere ex quibus

23 solaribus, (1) nisi | (2) non erg. | L

generata est. Ergo si supponamus globum telluris initio, cum primum ingruerent radii lucis, gyrationem quidem circa suum centrum habuisse, atque ita dissolvi non potuisse, admisisse tamen radios varie penetrantes, consequenter in statum fermentationis seu fluxus intestini deductus est, bullit ergo, seu abiit in bullas innumerabiles, id est vitrum. Nam basis terrae vitrum. Nec arena aliud quam vitrum. Nec aqua aliud quam arena subtilior. Unde aqua perpetuo sedimento arenam deponit. Aqua simplicissima tota abire potest in terram, terra tota in aquam: illa quiete, haec motu. Neque enim aqua et terra, adde et aërem, differunt nisi bullarum subtilitate. Fecit ergo spiritus Domini qui ferebatur super aquas, id est aether, radiis lucis chaos nostrum ingrediens et fermentans ut limosum illud et rude partim in aërem sublimaretur, hinc atmosphaera, partim in terram praecipitaretur, hinc globi solidatio, partim in aquae ⁵ forma supernataret, hinc Oceanus. Haec ergo globi terr-aq-aërei origo. Quae dum geruntur interceptus aether foecunditate quadam seminali singulos impraegnavit. Hinc in aëre occultus quidam vitae cibus, unde aër semel haustus fit inutilis respirationi, nisi novo aëri libero misceatur. Quam aëris essentiam nitrum aëreum non absurdâ analogia vocant. Hinc OCEANUS imbutus sale, quo privatur aqua in vapores elevata, in pluvias nivesque rursus densata, ¹⁰ cisternisque montanis pro fontium perennitate infusa. Ut proinde aqua dulcis proportione respondeat aëri nitro suo per respirationem privato. Hinc denique TERRA imbuta calce. Omnis enim terra aut calcem continet, aut vitrum: id est maximo igne tentata aut vitrificatur, aut fluxum respuens comburitur in calcem, differt ergo terra vitrea a calcosa ut aqua dulcis a marina.

20

Hoc jam trium globi nostri massarum statu videamus quomodo species generentur. Id || ita fieri consentaneum est: cum ostensum sit fluxu intestino seu bullitione durante sequi generationem, incrementum, decrementum et interitum, bullis nempe parvis appropinquatione in unam grandiorem conflatis, et grandi nimia tumefactione rursus in parvas dirupta; necesse est ut causam reddamus, cur bullitio ista seu fermentatio globi nostri duret. Durat ergo, quia durat ²⁵ solis radiatio et Telluris circulatio. Hinc aether subtilissimus omnia penetrans motum lucis diurnum circa terram sequitur. Quae fortissima gyratio causa est trium phaenomenorum globi nostri fundamentalium: Gravitatis vis Elasticae et Directionis magneticae. Crassa enim motuque suo fortissimo obstantia, aut disjicit aether, si potest, hinc Elaterium; aut si non potest, dejicit, hinc gravitas. Dejicit inquam, id est deprimit in eum locum ubi minus turbant, id ³⁰ est ubi remissior aetheris motus, id est versus centrum. Disjicere autem non potest bullas non nimis quam pro portione firmitatis tumefactas, quaeque ex his contextis componuntur. Disjicit eas quas natura fecit justo tumidiores tenuioresque, et quas ars tetendit, cum primum obstaculum remotum est. Hinc arcus tensi, sclopeta ventanea aëris compressi, exhausti recipientes

128

34 recipientes (1) aëris (2) aetheris distenti, obsta (3) aëris *L*

aëris attenuati, obstaculo remoto in statum priorem tanta violentia redeunt, quia totius Systematis nisu. Hinc et pulveris fulminantis communis aureive, et in genere cur quaedam fortius agant quam pro mole sua, cur magnes ultra centuplum sui, pulvis ultra millecuplum elevare, tinctura si qua est, et venenum tanta celeritate operari possint; unde tanta vis motui musculorum, aliorumque naturae miraculorum ratio redditur. Quod hactenus quantum ego sciam nemo praestitit. Quia causam violentiae a celeritate recte quidem petiere, sed causam celeritatis aut a distantia a centro magna, qualis in parvis pulvisculis nulla est, aut a nisu systematis, id est motu aetheris cum luce, mecum ducere debuerant. Ab eodem principio Bullarum exhaustarum et distentarum deduco Alcali et Acidum, ab his pugnantibus. id est sese sorbentibus alteriusque nimietate suam inopiam solantibus, omnes sympathias, antipathias, reactiones, praecipitationes solutionesque derivo. Hinc etiam specierum generationes, incrementa, decrementa, interitus facile duco. Nam Aetherea illa Bullitio, tum in omnibus, tum praecipue in Oceano efficit, ut jam ex bullis parvis fiant magnae, jam contra, ut dictum est. Ambae jam sunt aqua paris spatii aut graviores si simul repletae, aut si secus leviores. Ergo aut ascendunt elevanturque in vapores, aut subsidunt in limum quendam bituminosum. Nam et Oceanus, ut ajunt, circa fundum bituminosus potius quam salsus. Hinc duplia si sic loqui licet meteora ex Oceano, alia sursum alia deorsum. Quae sursum abeunt nota sunt. Deorsum delata accumulataque in aestuarium quoddam interius globi nostri constituere possunt Pyrophylacia bituminosa exaestuantia fundumque calidum in alterum latus, qua aqua ipsis non incubbit, per fundum spongiosum sursum mittentia. Hi fumi terra apta capti in mineralia et metalla figuntur. Ad crustam terrae delati purioresque accedente meteororum superiorum irrigatione, terrae calce, aëris || nitro, solis destillatione, quid mirum si in plantas excrescant. Animalia quoque bruta initio omnia ex ovo quasi quodam seu bulla tandem maturitate rupta instar plantarum, instar insectorum, fortiore tunc nondum firmatis rebus aethere, exclusa esse nihil prohibet.

129 25 Directionis Magneticae prope oblitus eram, sed hanc dudum Tibi explicui oriri a motu aetheris ab oriente in occidentem, opponi sibi librata non ferentis, ac proinde in eum statum cogentis, quo aequaliter utrinque opponuntur. Quod fit cum consistunt intra meridiem et septentrionem. Unde spes est fortasse aliquando posse declinationis rationem reddi. Magnes autem et ferrum præ caeteris directionis capacia, quia genuina terrae proles, et quasi filii primogeniti, poris suis, ita motui aetheris proportionati, ut vitrum radiis lucis. Argilla enim omnis si igne recte urgeatur, pulverem quendam praebet, qui a magnete trahitur.

Sed desinendum est, nam si usum hypotheseos meae pro vastitate sua persequi vellem, omnia naturae artisque phaenomena percurrenda essent, quod et in ipsa hypothesi impressa summatim, quodammodo tamen, feci. Quam si lectione vestra et censura, candida tamen et minime contumeliosa, de qua summa prudentia et humanitas vestra me dubitare vetat, dignabimini eamque ad me pervenire antequam forte publicetur, patiemini, magno me beneficio

5 naturae (1) phaenomenorum (2) miraculorum L 32 sua (1) prosequi (2) persequi L 34 et censura erg. L

afficietis. Poterit fortasse si ita videtur, schediasma utrumque, cum aliquot tantum plagulas impletat, pro commodiore communicatione apud vos recudi.

Libros quos ex nundinis misi, non dubito quin acceperis, et inter eos *monumenta Paderbornensia*, quae mihi eum in finem Ill^{mus} Baro Boineburgius dedit ut Tibi addita a se salute, mitterem. Ampl^{mo} Ferrando scribam, cum de Abulfeda responsum accepero. Responsum festinavi, tum quia nondum visa opinor tunc Hypothesi mea, quam nunc cum caeteris libellis ad manus tuas pervenisse puto, aliquot quaestiones Physicas juxta principia mea discuti jussisti (quod, si qua speciatim proponatur, paratus sum facere fusius) tum quia amicus has inclusas sine mora ad Te curari petit, responsumque maturum desiderat, prout etiam res meretur. *Giornale de Letterati* novum, quod Venetiis edi coeptum est, sine dubio vidistis. Plura de re literaria proximis cum et Ampl^{mo} Ferrando scribam, quem interim officiosissime saluto. Interea vale faveque

Illustris et Ampl^{me} D^{ne} cultori nominis famaeque tuae devotissimo —

67. LEIBNIZ FÜR PIERRE DE CARCAVY

[22. Juni 1671.] [66.70.]

15

Überlieferung:

L Konzept: LBr 143, Bl. 9–10. 1 Bog. 2°. 1 1/2 Sp.
E II, 1 (1926) N. 67.

Auf unseren Brief antwortet N. 70. Zur Datierung vgl. die Vorbemerkung zu N. 66, zu der unser Brief möglicherweise Beischluß war.

20

|| Illustris et Ampl^{me} Vir

:129

Mirabere me Tibi unis literis bis scribere, sed ita faciendi ratio fuit. Nam exteriores illas apertas et Ill^{mo} Gravellio inspiciendas reliqui. Sed has velut ab alio scriptas claudi amicus || jussit, cuius negotium propono. Negotium est maximi momenti dignumque cura tua, dignum

130

21 Ampl^{me} (1) D^{ne} (2) Vir L 22 ita (1) ami (2) ratio coegit (3) faciendi ratio fuit. L 23 velut . . .
scriptas erg. L

3 f. F. VON FÜRSTENBERG, *Monumenta Paderbornensia ex historia Romana, Francica, Saxonica eruta et notis illustrata*, Paderborn 1669 u.ö. 5 Leibniz spielt auf den Erwerb der Abulfeda-Manuskripte aus dem Besitze Hesenthalers an; vgl. seinen Briefwechsel hierzu vom Sommer 1671 (bes. I, 1 N. 89 u. 100 mit Louis Ferrand, N. 91 mit Gravel, N. 95 u. 99 mit Hesenthaler). 8 amicus: d.i. Johann Daniel Crafft. 10 Das *Giornale veneto de' letterati* wurde seit 1670 in Venedig herausgegeben.

attentione Summi Viri Colberti vestri, cui etiam non ignotum est. D^{nus} Kraft Germanus, Chymicus et Mechanicus in paucis eximius, et praeterea quod in eo genere rarum, prudens catus et probus, per Germaniam principibus curiosisque aestimatus, idemque itineribus in Indiam Occidentalem clarus, caeterum mihi in tanto licet experientiae discrimine, studiorum 5 quadam similitudine familiaris; is inquam Kraftius quod vulgo jam a tanto tempore jactatum passimque etiam exiguis quibusdam speciminibus seu ut vocant probis, in magno tamen vel non succendentibus, vel ob impensas infructuosis, adumbratum est, mutationem ferri in chalybem, ad maximam perfectionem deduxit. Nam in magna copia chalybem parat, ipso communi artificium consensu certissimisque testimoniis meliorem nec duritie tantum longis- 10 sime praecellentem, sed et tamen politurae quoque elaborationisque capacem. De fossili saepe vix decem virgae dant unam bonam, harum artificialium fallit vix ulla. Quanti autem momenti sit chalybs praesertim communi melior in Republica, quem recte ὄργανον ὄργάνων, omniumque belli pacisque artium instrumentum pene universale vocare liceat, nemo prudens non videt. Sed rem privatis auspiciis occipere ausus non est, in Germania praesertim, chalybis 15 fodinas habente, exclamaturis non dominis tantum minerarum, sed et artificibus quibusdam et mercatoribus, quorum circuli turbarentur. Ita enim comparatum est in Germania, ut praeter alias causas conjecturatu faciles, tum vero ob opificum tribus legibus quibusdam saepe absurdis vinctas, bona consilia, si nova, aegre exitum sortiantur, quibus malis vos unius domini vigor facile absolvit.

20 Kraftio ergo aliquot abhinc annis ab Em^{mo} Electore Moguntino in Galliam misso venit in mentem rem Excellentissimo Colberto proponere, cuius nota ubique in procuranda Reipublicae vestrae felicitate vigilantia cum maximo rerum pene omnium usu conjuncta, omnes facile, praeclera molientes, allicit. Praesertim cum cogitaret Galliam non tantum chalybis sic satis indigentem esse, sed et bona malaque sua egregie nosse; nec ad propositiones fructuosas 25 surdam esse. Colbertus, non tantum negotium recte cepit, sed et omni favore prosecutus est: tractatum de transferenda in Galliam rei tam fructuosae tam longe alioquin petendae, officina; consensum in privilegii designationem quandam (*project*) liberalissime amplissimeque extensam: imo muneric Maximo Rege digni, quo nemo in egregiis minus parcus est, spes facta.

1 attentione (1) maximi Viri (2) Summi L 1 etiam (1) notum est (2) non L 3 probus (1) per Germaniae aulas (2) per Germaniam L 8 in (1) maxima (2) magna L 9 communi (1) certissimoque (2) artificium (a) om (b) consensu (aa) testimoniisque (bb) certissimisque testimoniis L 9 nec (1) duritiem (2) duritie L 10 capacem. (1) Fossilis optimi decem (2) De fossili saepe L 11 harum|artificialium erg. | fallit (1) facile (2) vix L 12 praesertim communi melior erg. L 14 videt. (1) Kraftius ergo (2) Sed rem (a) privato ausu occipere (b) privatis L 14 f. chalybis (1) fodinis abundante (2) fodinas L 22 vestrae erg. L 22 vigilantia (1) omnes facile praeclera agitantes allicit (2) cum L 24 nosse; (1) minimeque ad pro (2) nec L 26 f. tractatum (1) est de transferenda in Galliam rei tam fructuosae tam longe alioquin petendae, officina; de privilegio in cuius (2) de ... privilegii L 27 f. extensam, (1) jam tum consensus est (2) imo L 28 muneric (1) Regii (2) tanto (3) Maximo L

Interea nescio quomodo sufflaminatum est negotium[,] Kraftio rerum Moguntinarum causa, incidente tum etiam Ephordensi negotio, domum redire coacto, reque per absentiam ut solet, refrigerescente praesertim cum deesset Kraftio certus aliquis, cum quo in Gallia commercium coleret, Ampl^{mo} D^{no} du Fraisne, continuante quidem et sustentante causam, sed ut fieri solet itineribus et negotiis impedito interruptoque; Kraftio etiam (neque enim huic uni rei alligatus, aut rei familiaris necessitate obstrictus est) compluribus interim jucundis fructuosive || experimentis inventisque (quae hoc loco enumerare nihil attinet) tempus utiliter fallente. Sed cum interea Dn. du Fraisne ad vos novissime reversus reassumtam rem scriberet, et vero jam annus excesserit, ex quo aliunde oblatae sunt ejusdem negotii nomine conditiones valde speciosae, quas neque rejicit, ne utrinque excideret, neque accepit, quod rem maxime Gallia dignam, a 10 Gallia optime prosequendam crederet: ideo putavit Kraftius moram omnem longiorem abrum-pendam sibi esse. Scripsit igitur Ampl^{mo} Du Fraisnio responsionem decretoriam se jam tandem avide expectare: diutius in suspenso manere non posse. Cumque intelligeret nonnullam mihi Tecum, Vir illustris et Ampl^{me} notitiam intercedere, petiit ut primis ad Te literis hujus rei mentionem facerem, stipulatus tamen silentii fidem, neque enim nisi quorum autoritate ad 15 exitum perduci debet, nosse necesse est. Sperat efficacius agi, quod duo separati urgeant. Quare si hujus rei causa cum Summo Viro Colberto vestro ages, non Kraftium tantum maximo beneficio Tibi obstringes, sed me quoque hac promtitudine humanitatis plurimum Tibi obli-gabis, praesertim si quam fieri maturime potest, rescribere digneris literasque non Heribolin nunc quidem ad Ill^{mum} Gravellum, id enim ambagiosum est, sed recta Moguntiam dirigas, 20 modo literis mihi prius inscriptis obsignatisque hoc novum operculum circumdes: *A Monsieur Monsieur Lasser, Conseiller de Son Altesse Electorale de Mayence. à Mayence.* Ita enim certissime citissimeque ad me pervenient. Spero accepisse Te literas meas secundas, quas D^{no} Lersnero juveni erudito Senatoris Francfurtensis filio ad Vos eunti credidi, iis inserueram Schedulam de re quadam non contemnenda, quam si accepisti legistique, rogo uti responso 25 quod proxime expecto aliam schedulam illi respondentem inseras. Quod superest vale faveque et quamprimum rescribere dignare

Illustris et Ampl^{me} Vir,

Cultori nominis famaeque Tuae devotissimo
G. G. Leibnitio.

1 negotium Kraftio L 4 coleret, (I) Domino du Fresne (2) Ampl^{mo} D^{no} du (a) Fresne (b) Fraisne L
4 quidem (I) tractatu (2) et L 5 etiam (I) ad (2) aliis (3) (neque L 5 f. alligatus (I) et ad eam (2) aut L
6 est) (I) ad (2) compluribus L 8 du (I) Fresne (2) Fraisne L 8 f. annus (I) sit (2) excesserit L
11 prosequendam (I) putet (2) credat (3) crederet L 11 ideo (I) Kraftius (a) putavit (b) credit (2) putavit L
12 Du (I) Fresnio (2) Fraisnio (a) se valde decretorium (b) responsionem L 13 Cumque (I) audiret (2)
intelligeret L 15 quorum (I) sententia (2) autoritate L 17 tantum (I) sed me quoque (2) maximo L
21 literis (I) ad me directis (2) mihi L 21 novum erg. L 23 meas (I) posteriores (2) secundas L
25 Schedulam (I) aliquam (2) de L

23–25 literas meas secundas . . . contempendas: der zweite (nicht gefunden) Brief von Leibniz wohl von Anfang Juni 1671, dem Leibniz eine Beschreibung seiner Rechenmaschine beigelegt hatte, wie sich aus Carcavys Antwortschreiben (N. 65) ergibt.

68. HEINRICH OLDENBURG AN LEIBNIZ

London, 12. (22.) Juni 1671. [64.73.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 695, Bl. 9–10. 1 Bog. 2°. 4 S. (Unsere Druckvorlage.)
 5 k Abschrift von K : LONDON, Royal Society, Letter Book Original 4, S. 315–316. 2°. 1 1/3 S.
 A Abschrift von k : LONDON, Royal Society, Letter Book Copy 4, S. 418–419. 2°.
 E' GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 1, 1849, S. 19–23 (nach K).
 E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 62–66 (nach K).
 E³ II, 1 (1926) N. 68 (nach K).
 10 E⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 99–103 (nach K).
 Übersetzung:
 HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 103–104 (des Oldenburg-Textes); Bd 7, 1970, S. 562–564 u. Bd 8, 1971, S. 73–74 (der Wallis-Zitate).

Unser Brief antwortet auf N. 57 und wird beantwortet durch N. 86.

15 Seit der Übersendung der ersten Hälfte der *Hypothesis physica nova* am 11. März 1671 (N. 46) äußerte Leibniz mehrfach den Wunsch, diese der Royal Society gewidmete Schrift von deren Mitgliedern beurteilen zu lassen, insbesondere wieder am 9. Mai 1671 (N. 57), als er die zweite Hälfte der *Hypothesis physica nova* zusammen mit der *Theoria motus abstracti* an Oldenburg sandte. In der Sitzung der Royal Society am 23. März 1671 wurde der bis dahin vorliegende Teil der *Hypothesis physica nova* vorgestellt, und Boyle, Wallis, Wren und 20 Hooke wurden um eine Begutachtung gebeten. Nachweislich erhielten nur Wallis und Hooke, außerdem Pell die Schrift. Für die am 18. Mai 1671 der Royal Society vorgestellte *Theoria motus abstracti* wurden vermutlich nur Wallis und Hooke um ein Gutachten gebeten. Lediglich Wallis hat ausführlich zur *Hypothesis physica nova*, knapper zur *Theoria motus abstracti* in seinen Briefen an Oldenburg vom 7. April und 2. Juni (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 7, S. 559–562 u. Bd 8, S. 72 f.), die unser Brief zitiert, Stellung genommen. 25 Oldenburg veröffentlichte beide Briefe von Wallis gleichzeitig auch in den *Philosophical Transactions* (Nr. 74, 14. August 1671, S. 2227–2230 u. 2230 f.). Die wesentlichen Abweichungen im Druck der *Philosophical Transactions* (P.T.) geben wir in den Fußnoten wieder.

Der Abfertigung beigeschlossen war eine Kopie der von Oldenburg verfaßten Anzeige für den Londoner Nachdruck der *Hypothesis physica nova* und *Theoria motus abstracti*. Die Anzeige ließ er in den *Philosophical Transactions* (Nr. 73, 17. Juli 1671, S. 2213 f.) erscheinen.

:131

|| Ampliss^o et Consultiss^o Viro
 D^{no} Gothof. Guilielmo Leibnitio J.U.D.
 et Consil. Mogunt^o. Henr. Oldenburg Sal.

Exhibita, prout jusseras, Regiae Societati *Hypothesi tua Physica*, nec non *Motus Abstracti*
 35 *Theoria*, mox Illa, more suo, utrumque libellum, diversis vicibus, nonnullis e caetu suo Mathematicis et Physicis evolvendum atque examinandum commendavit. Factum hic, quod fieri assolet in ferenda de rebus extra Mathematicam evidentiam positis sententia: In diversas quippe opiniones Philosophi illi abiere. Interim, qui favere sensis tuis omnium maxime videbatur, erat

Clariss^{us} Wallisius, Geometriae Professor Savilianus Oxonii; cuius mentem, si placet, paucis, et quidem primo de *Hypothesi ipsa*, sic accipe;

Legi semel atque iterum¹ Dn. Leibnitii *Hypothesin novam*, de qua opinionem meam petitis. Authorem quod spectat, utut de nomine (quod memini) mihi ignotum prius, || 132
aestimare tamen debeo, ut qui, in loco magno inter magna negotia positus, vacare tamen potest liberae Philosophiae, et rerum causis investigandis, quique ad multa respexisse videtur. Opus quod attinet, multa inibi² reperio summa cum ratione dicta, et quibus Ego plane assentior, ut quae sint sensis meis consona. Talia sunt, *Debere Physicum ad mechanicas rationes*,³ quam fieri potest, omnia accommodare, §. 15. *Nihil seipsum, ex⁴ abstractis Motus rationibus, in lineam priorem restituere, etiam sublato impedimento, nisi accedit nova vis*, §.⁵ 23. *Omnia corpora sensibilia, saltem dura, esse Elastica*; Atque, ab *Elatere oriri Reflexionem*, §.⁶ 22. (Quae meis de Motu Hypothesibus, *Transactionibus Philosophicis*⁷ (v. Num. 43.) jam antehac insertis omnino congruunt, quaeque in *Mechanicis seu de Motu Tractatu fusius prosequor capp.*⁸ 11. et 12.) Item, *Attoli gravia, non metu vacui, sed propter Atmosphaerae aequilibrium*, §. 25. *Levitatem vero per accidens tantum sequi ex Gravitate* (gravioribus minus gravia sursum pellentibus) §. 24. *Irrupti- onem Aëris (sed et Aquae etc.) in vas exhaustum ob Aëris Gravitatem et Elaterem fieri*, §. 26.⁹ Item, *Exhausti atque Distenti* (ut loquitur) *Effectus; unde Fermentationes, Defla- grationes, et Displosionum omne genus, nempe displodente altero, quod alterum absorbet* (seu admittit potius) §. 27. 39. 40. Nam et haec etiam ab *Elatere* fiunt,¹⁰ vel in *Contento*, 20

¹ P.T.: iterum, quam impertiisti, Dn.

² P.T.: ibi

³ P.T.: rationes, quoad ejus fieri

⁴ P.T.: ex abstracti Motus rationibus,

⁵ P.T.: §. 22.

25

⁶ P.T.: §. 21.

⁷ P.T., am Rande: Num. 43.

⁸ P.T.: cap. 11. 13.)

⁹ P.T.: 26. Nec non, Exhausti

¹⁰ P.T.: fiunt, in

30

13 V. Num. 43. erg. K am Rande

13 insertis: J. WALLIS, *A summary account given by Dr. John Wallis, of the general laws of motion, by way of letter written by him to the publisher, and communicated to the R. Society, November. 26. 1668*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 43, 11. Januar 1668/9, S. 864–866. 13 f. *Mechanicis . . . Tractatu*: J. WALLIS, *Mechanica sive de motu tractatus geometricus*, 3 Bde, London 1670–1671.

vel in Continente, vel utroque; illic, explicante se quod nimis fuerat compressum; hic, contrahente se quod nimis fuerat¹¹ distentum: quippe utrovis modo, nedum utroque, fiet irruptio vel explosio, dummodo locus sit, quo¹² sine impedimento recipi possit quod ejiciendum erit.¹³ Suntque haec plane consona traditis nostris *Mechan.* c. 14.

Sed et illud, *Gravitatem in inferioribus oriri ex motu* (vel pressu) *superioris aetheris*, §. 13. 16. magna saltem verisimilitudine dicitur: quanquam enim Gravitatis causa (ut et Elateris) tam sit in abscondito, ut mihi nondum usquequa satisfactum sit quid in ea re statuam, Naturae tamen phaenomena Pulsione quam Tractione felicius utplurimum expli-cantur. Aliaque multa sunt, quae repetitu non est opus, quae magna verisimilitudine, si non et certitudine, dicta judico; quaeque per se satis consistunt independenter ab aliis; neque enim ita inter se sunt connexa omnia, ut uno vacillante caetera simul ruant.

De tota vero Hypothesi ne quid statim pronuntiem, id saltem facit, quod non sim pronus Ego (in rebus saltem pure Physicis, non Mathematicis) assensum novis traditis adhibere, donec vel Eruditorum sententiis in utramque partem ventilatis quid statuendum sit rectius constet, vel ipsa sui evidencia (quod in Veris hypothesisibus non raro fit) veritas eluceat. Fundamentum *Hypothesos novae* petit ex *Abstracta sua motus Theoria* (quam necdum¹⁴ vidi, ut nec hujus Tractatus posteriora, quae passim citantur),¹⁵ nempe, *Quod nulla sit cohaesio quiescentis, sed omnis consistentia seu cohaesio oriatur a motu*, §. 7. 12. 34. (quod cum Gulielmi Neilii¹⁶ nostri placitis coincidit). Contra vero, Honoratiss^{us} Boyleius¹⁷ Consistentiam in particularum quiete, et Fluiditatem in earundem continuo motu, || collocat. Alii, ad varias Atomorum figuras, hamatas et varie implicitas, rem referunt. Neque Ego is sum, qui in tanta sententiarum varietate me velim¹⁸ arbitrum interponere. Sed tempori res permittenda est et Doctorum in

¹¹ P.T.: distentum fuerat;

¹² P.T.: quo recipi sine impedimento possit

¹³ P.T.: fuerit.

¹⁴ P.T.: non

¹⁵ P.T., am Rande: Prima enim vice nonnisi *Hypothesos* hujus priorem partem, ad usque scil. p. 48, Author per literas transmiserat, sine *Abstracta Motus Theoria*.

¹⁶ P.T.: Gulielmi Neilii dazu am Rande: Juvenis hic erat genio plane philosophico, e *Societate Regia*, praematura nuper morte nobis eruptus.

¹⁷ P.T.: Boyleius, cum aliis, Consistentiam

¹⁸ P.T.: vellem

22 in (1) hac (2) tanta K

17 posteriora: d.i. die noch fehlende zweite Hälfte der *Hypothesis physica nova*. 21 collocat: vgl. R. BOYLE, *Certain Physiological Essays*, 2. Aufl. London 1669.

utramque partem rationibus. Quippe, idem fere obtinet in novis Hypothesibus¹⁹ atque in Pendulorum Oscillationibus; ubi, post crebras hinc inde factas²⁰ reciprocationes, tandem in perpendiculo fit quies. Id vidimus in Hypothesi Copernicana, quae utut fuerit Veteribus cognita, tamdiu tamen jacuit²¹ sepulta ut pro nova haberetur: Et quamvis optima esset suffulta²² ratione, non tamen statim obtinuit, sed a variis fuit variis modis impetita, et acriter²³ disputata, donec tandem rationibus authoritati praevalentibus ita jam universum admittitur, ut vix quispiam harum rerum gnarus de ea dubitet, nisi quibus Cardinalium decretum praejudicio est: Et quanquam Tycho novam illius loco substituerit quae illi aequipolleret, ea²⁴ tamen tot onerata est incommodis, ut existimandus videatur potius ad frangendam invidiam id fecisse (quoniam Telluris motus ita Vulgi opinionibus horribilis videbatur) quam quod Copernici Hypothesin ex animo repudiaverit. Idem dicendum de Circulatione Sanguinis Harveana; quae utut optime stabilita²⁵ fuerit et oculorum αὐτοψίας comprobata, disceptata tamen fuit inter Londinenses Medicos viginti plus minus annis, antequam in publicum prodiret; et ab aliis²⁶ postea: Quae tamen deinceps post maturam rei pensitationem (quod tempori dandum erat) ab omnibus ut indubitate recipitur. Sic Galilaei Hypothesis (ob Antlias, aquam non ultra certam altitudinem attrahentes, primum excogitata), quam Torricellius in graviori liquido adeoque magis tractabili promovit, Aequilibrium Atmosphaerae pro Veterum Fuga Vacui substituens, non nisi post diutinas hinc inde disputationes eum apud Viros Doctos locum obtinuit quem jam habet. Idem²⁷ de Jolivii nostri vasis Lymphaticis, ante multos annos Londinensibus Medicis ab illo indicatis atque ab²⁸ iisdem admissis et approbatis dicendum erit: Quae

¹⁹ P.T.: Hypothesibus, quod in Oscillationibus Pendulorum;

²⁰ P.T.: reciprocationes factas,

²¹ P.T.: sepulta jacuit

²² P.T.: ratione suffulta,

25

²³ P.T.: acriter disceptata, donec

²⁴ P.T.: tot tamen ea incommodis est onerata,

²⁵ P.T.: fuerit stabilita,

²⁶ P.T.: aliis deinceps: Quae tamen post

30

²⁷ P.T.: Idem dicendum de

²⁸ P.T.: ab eis admissis et approbatis; quae

5 tamen erg. K 20 Idem (1) dicendum (2) de K

13 f. disceptata . . . prodiret: W. HARVEY, *Exercitatio anatomica de motu cordis et sanguinis in animalibus*, Frankfurt 1628. 1616 berichtete er bereits vor dem Londoner Royal College of Physicians über seine Theorie des Blutkreislaufs. 20 Jolivii . . . vasis Lymphaticis: Die Beobachtung von George Joyliffe wurde beschrieben in F. GLISSON, *Anatomia hepatis*, London 1654.

tamen ita rationi consona reperta sunt et oculari inspectioni manifesta, ut tandem longo post tempore inter alios aliquot acriter disputatum²⁹ sit, quis eorum primus Inventor fuerit.³⁰ Idemque in hoc negotio, aliisque novis Hypothesibus exspectandum, quae nec oculi inspectione nec certa demonstratione probari possunt, ut, si veris rationibus fundatae sint, tandem,³¹ quamvis non-nisi post velitationes utrinque factas, in libere philosophantium animis locum obtinebunt,³² interea pendulae mansurae.

Secundo, Idem Wallisius de *Theoria Motus Abstracti* haec alio tempore multo parcus respondet;

10 134 Accepi³³ transmissam D. Leibnitii *Theoriam Motus Abstracti*; de qua³⁴ etiam judicium meum exspectatis: Duo autem sunt quae suadeant, ne illud praestem. Alterum, quod res invidiosa videatur de aliorum scriptis censuram agere: Alterum, quod occupatiss^o || tempore hoc advenerit, quo aegre³⁵ tempus obtainuerim semel atque iterum attentius³⁶ legendi, nedum omnia pensiculatus³⁷ expendendi. Quoniam vero³⁸ id petitis, haec pauca dicam. Multa scil. inibi contenta, Ego plane approbo, ut subtiliter et solide dicta, quaeque virum curiosum et cogitabundum indicant. Si pauca sint quibus non statim assentiar, ignoscet, spero, vir humanissimus. Et speciatim, fateor, mihi nondum satisfactum esse, ut, primis saltem cogitationibus, statim assentiar, Cohesionem omnem ex continuo celerique sed inobservabili particularum motu fieri (quod ille Theoriae Motus Concreti fundamentum ponit); uti nec pridem³⁹ mihi fiebat satis, cum, ante aliquot annos, similem quietis et Cohesionis causam assignaverit⁴⁰ Neilius noster.⁴¹ Quid olim aliquando⁴² fiet, post rem

²⁹ P.T.: disputaretur,

³⁰ P.T.: fuerit, etc. Idem in

³¹ P.T.: tandem, sed non nisi

³² P.T.: obtineant;

³³ 25 P.T.: Accepi nuperrime a Te transmissam

³⁴ P.T.: qua judicium meum petitur. Duo

³⁵ P.T.: aegre vacavit semel

³⁶ P.T.: attentius legendi, nedum

³⁷ P.T.: pensiculatus considerare. Quoniam

³⁸ 30 P.T.: vero Tu is expetis, haec

³⁹ P.T.: pridem, cum

⁴⁰ P.T.: assignaverat Nelius

⁴¹ 35 41 Von Leibniz' Hand, am Rande: nota si quies est causa cohaesioneis, omnis cohaesio est aequalis.

⁴² P.T.: aliquando futurum sit, post

accuratius perpensam, nec dicere possum nec praevidere. Interim Ego ἀπέχω, nec quicquam in aliorum praejudicium pronuntio; quin liberum cuique sit, eam quam rationi magis consentaneam judicaverit sententiam amplecti.

Hucusque Wallisius noster; qui forte rem totam a Te propositam, concesso ampliori otio, penitus excutiet. Nelius ille, quem indigitat, vir adhuc juvenis, e Societate Regia, aetate juxta ac ingenio florenti fatis nuper concessit. Is Anno 1667. sua de Principiis et Natura Motus Cogitata primum Doctiss^o Wallisio et mihi, deinceps vero ipsi Societati Regiae exhibuerat, prout in ejusdem Archivis consignata reperiuntur. Supponebat ille, Nullum quiescens habere resistentiam ad Motum; et, duo corpora sibi invicem occurentia, ambo in concursus instanti a motu desinere. Nullam ipse in mundo admittebat Reflexionem, statuens, nullam materiae particulam posse retroagi quin prius moveri desineret; si vero denuo moveatur, a novo id impulsu oriri, etc.

Caeterum, Vir Amplissime, morem gessi desiderio tuo, et pro commodiori distributione Scriptum tuum hic recudendum tradidi. Hoc sane pacto, Doctorum quorumvis nostratum sententias longe lateque explorabit, ab iisque forsan, ubi Tu neandum clare cernis, ampliorem aliquam lucem faenerabitur. Tu interim valeas feliciter, et scientias Philosophicas pro virili augere pergas. Dabam Londini d. 12. Junii 1671.

P. S. Jam ante aliquot septimanas transmittendos ad Te curavi libros, quos petieras. Martinus noster, bibliopola Londinensis, commendavit eos Schultzio Hamburgensi; hic, Zunnero Francofurtano. Tu operam dabis, si placet, ut quantocius resciscam, postquam tum illi libri, tum hae literae ad manus tuas pervenerint; meminerisque inscriptionis solitae, nempe A Monsieur Mons^r Grubendol à Londres. Nil praeterea, nisi ut literae tuae rite currentur vel Amstelodamum vel Antverpiam; inde enim tuto ad nos transferentur.

Si quid Parisienses de Tua *Hypothesi et Motus Theoria* censuerint, id nobis a Te communicatum iri omnino confidimus.

5 juvenis, (I) ⟨ - ⟩ (2) e K 9 f. a motu erg. K 10 mundo (I) ⟨ - ⟩ (2) admittebat K 14 tradidi.
 (I) ⟨ - ⟩ (2) Hoc K 19 Schultzio (I) Hamburgo (2) Hamburgensi; K 20 resciscam, (I) quando (2)
 postquam K 24 Tua erg. K

7 Wallisio et mihi: vgl. Wallis an Oldenburg, 21. März 1667 (HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 3, S. 373). 7 f. deinceps . . . reperiuntur: vgl. TH. BIRCH, *History*, Bd 2, S. 361 f. 14 recudendum: London 1671 bei J. Martin, dem Drucker der Royal Society. 18 curavi libros: s. N. 56.

68a. FRANCESCO DE LANA AN LEIBNIZ

[Rom, Juni 1671.] [93.]

Überlieferung:

- 5 *K* Abfertigung: LBr 521, Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 1 $\frac{1}{4}$ S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
A Abschrift (von der Hand Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 5–6. 2 Bl. 2°. 3 S.
E II, 1 (1926) N. 72 (nach *K*).

Unser Brief war Beischluß zu Kochański's Schreiben aus Prag an Leibniz vom 1. Juli 1671 (N. 69) und 10 antwortet auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz wohl vom Mai 1671, auf den Kochański in seinem Begleitschreiben verweist: *Transmisi Epistolam Tuam P^{ri} Franc^o Lana, cum parte Libelli; reliqua proximo Tabellioni traditurus*. Bei dem *Libellum* handelt es sich um die im März 1671 erschienene *Hypothesis physica nova (Theoria motus concreti)*. Daß Lana zugleich oder bald darauf auch die im Mai 1671 erschienene *Theoria motus abstracti* in Händen hielt, geht aus seiner Bezugnahme darauf in N. 93 hervor. Da Lanas Brief zuvor von 15 Rom nach Prag geschickt worden ist, muß er vor dem 1. Juli, vermutlich im Juni 1670 abgefaßt worden sein. Eine Antwort von Leibniz auf unseren Brief ist ebenfalls nicht gefunden worden.

:141

|| III^{mo} et Exc^{mo} D^{no} Gottfredo Guilielmo Leibnitio
 J.U. Doct. et Consil. Mag. Fran^{cus} Lana Soc. Jesu. S.P.D.¹

Nihil mihi magis ex voto accidere potuisse pro certo habeat Ill^{ma} Dom^{tio} V^{ra} quam 20 hujusmodi occasionem nancisci, qua possim animum maxima tibi benevolentia devinctum testari, acutissimum ingenium tuum admirari, et plurimum ex maximo licet minimae molis libello in rerum naturalium scientia proficere. Statim ac illum accepi, attentissime ingeniosissimam, qua passim refertus doctrinam meditari coepi, ac liquidissima voluptate perfusus est animus adeo, ut plurimum somni (tempus erat nocturnae quieti destinatum) sensibus alioquin 25 defatigatis jucundissime substraxerim: nimirum perspicax et acerrimum ingenium tuum genio meo tanta respondebat conformitate, ut nullum unquam auctorem legerim, vel audiverim, ingenue fateor, quocum opinionibus magis consentiam; Et quamvis nullam adhuc hypothesisim determinaverim, totusque nunc sim in captandis experimentis in omni rerum naturalium genere, quibus deinde aliquam hypothesisim stabilire possim, iisdem non repugnantem; tua tamen mihi 30 maxime arridet, cum per illam summa rerum capita facile explicitur.

¹ Auf Bl. 1 von Leibniz' Hand: Castagna

22 libello: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40).

Itaque antequam opus a me promissum in *prodromo*, in lucem edam, vel saltem aliquam ejus partem, quam jam in promptu habeo, decrevi prius aliqua principia experimentis firmare, ex quibus caetera deducantur. Interim ne otiali videar libellum fortasse typis mandabo, in quo nova quaedam inventa longitudinis nauticae proponam examinanda. Transmutationem 24 in 20 feci per quandam meum manipulatorem, et sunt hic testes oculati, qui deinde suis-met manibus illud idem fecerunt experimentum; 24 tamen adhibuimus calcinatum, et post alias ablutiones iterum redactum in corpus. ||

Quod refers de machina hydraulica aquam ejaculante, sine dubio fit per compressionem, et hujus specimen aliquod vidi, ni fallor, in *magia naturali* P. Gaspari Schotti; robustae tamen vires requiruntur; sed debiles etiam machinamento aliquo roborari posse quid vetat, ut sic 10 compressio valida fieri possit a puer. Idem auctor lib. 6. cap. 3. *Technicae* exhibit navim quae quolibet vento etiam contrario provehi possit, quae tamen non caret difficultate; an ea quam memoras hujusmodi sit libenter noscerem. Distantias autem, seu altitudines metiri geometrico unica statione reputo omnino impossibile; non ita *Physice* v.g. per mensuram temporis quo propagatur sonus ab uno loco ad alium; vel quo cadit grave a data altitudine; vel etiam 15 geometrico-optice per speculum etc. Caeterum multo majora a te expectamus; ex Hypothesi enim, velut ex ungue Leonem, conjicere licuit acutissimum ingenium tuum, sapientiam, eruditio-
nem; adeo ut exclamare cogar, et antiquum illud repetere: *Talis cum sis, utinam noster
esses.* Vale, meque famulorum maxime tibi devotorum numero adscribe.

Nobili Clar^{mo} et Consult^{mo} D^{no} Gottfredo Guilielmo Leibnitio U. J. Doctori, et Consiliario 20 Moguntino, D^{no} mihi plurimum Observ^{do}. Moguntiam.

1 opus a me promissum in *prodromo*: F. T. DE LANA, *Magisterium naturae et artis. Opus physico-mathematicum*, 3 Bde, Brixen u. Parma 1684–1692. Hierauf hatte Lana in seinem *Prodromo overo saggio di alcune inventioni nuove premesso all'arte maestra*, Brescia 1670, hingewiesen. 9 C. SCHOTT [Pseud. Aspasius Caramuelius], *Joco-seriorum naturae et artis, sive magiae naturalis centuriae tres*, o.O. 1661 u.ö. 11 auctor . . . *Technicae*: C. SCHOTT, *Technica curiosa sive mirabilia artis libris XII comprehensa*, Würzburg 1664; Nürnberg 1664. 13 f. Distantias . . . statione: Zu Leibniz' eigenen Plänen gehört in diesem Zusammenhang auch seine *Ratio metiendi ex una statione*; vgl. Leibniz an Lambeck, wohl August 1671 (N. 76); Leibniz an Herzog Johann Friedrich, wohl 2. Hälfte Oktober 1671 (N. 84); Lana an Leibniz, wohl November 1671 (N. 93). 17 velut . . . Leonem: vgl. ALCAEUS, *Carmina*, fr. 113; PLUTARCH, *De defectu oraculorum*, 410 c. 18 f. *Talis . . . essemus*: F. BACON, *The two books of the proficience and advancement of learning*, London 1605, lib. I, cap. 3, § 3.

69. ADAM ADAMANDUS KOCHAŃSKI AN LEIBNIZ

Prag, 1. Juli 1671. [22.91.]

Überlieferung:

- 5 K Abfertigung: LBr 487, Bl. 3–4. 1 Bog. 4^o. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
- A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 4, Bl. 4–8. 5 Bl. 2^o. 9 S.
- E' BODEMANN u. DICKSTEIN, *Koresp. Kochańskiego Leibniza*, XII, 1901, S. 229–232 (nach K).
- E² II, 1 (1926) N. 69 (nach K).

10 Nachdem Leibniz' Antwort auf N. 22 Kochański nicht erreicht hat, bedankt sich dieser für die wohl im Mai 1671 erfolgte Zusendung der *Hypothesis Physica nova* und des dazugehörigen, heute nicht mehr vorhandenen Begleitschreibens von Leibniz. Auf unseren Brief antwortete Leibniz wohl im September 1671 mit einem weiteren nunmehr verlorenen Schreiben (vgl. N. 91). Beischluß zu unserem Brief war wahrscheinlich ein Brief von Lana (N. 72) ebenfalls mit Dank für die Übersendung der *Hypothesis*.

:135 15 || Nobili, Clar^{mo}, et Consultiss^o Viro,
 D. Gottfredo Guilielmo Leibnitio, U.J. Doctori. Consil^o Mog^{no} etc.
 Adamus Adamandus Kochanski e Soc^{te} Jesu φιλομαθής S. P. D.

Praga Kal. Quintil. MDCLXXI.

Quanto¹ diuturnior fuit exspectatio, et jam prope deposita spes omnis Epistolae Tuæ, tanto
 20 majori me voluptate perfudit nuper improviso mihi tradita Tua, reconditæ subtilitatis, eruditio-
 nisque plenissima; quæ multo sane cum foenore mihi reddidit ea, quæ ad primam meam a
 Te (ut significas) reposita, nescio² qua injuria periere. Sed enim jacturam illam meam
 reparasti velut Amaltheæ cornu tot ac tantis opibus novarum Theoriarum supereffluens, ut
 ambiguis haerream, quidnam primum debitiss encomiis mihi sit celebrandum. Liceat mihi apud
 25 Te libere loqui quod sentio, citra assentationis speciem, vehementer mihi arridet Ingenii Tui
 indoles, plane ad meum palatum. Mathesin Motuum cuius lineamenta describis, desiderari jam
 dudum mecum ipse dolenter reputavi ac etiam questus sum in *Epistola mea Theoretica*; quam
 olim P. Gasp. Schottus *Cursui Suo Mathematico* attexuerat: quin etiam non pauca in eam rem
 congesseram, sed occupationum varietas non permisit congesta digerere et expolire. Si Tibi Cl.

30 ¹ Am Kopf des Briefes von Leibniz' Hand: 1. Jul. 1671.

² Die gesperrt gedruckten Textpartien wurden von Leibniz unterstrichen.

Vir otii tantum, quantum est ingenii, Spartam hanc strenue excole, immortale Tibi nomen paritaram. Ego primus ero qui Tibi applaudam, qui Mathesi gratuler.

Hypothesin Tuam Cosmosophicam centenis Hecatombis censerem dignissimam, si quam simplex et universalis esse videtur, tam facile quoque pleneque Phaenomenis omnibus Universi faceret satis. Id si fortasse necdum assecutus es, ut assequare porro, curis posterioribus, quae solent esse sapientiores, admitaris, etiam atque etiam oro, et ne ultimam manum subtrahas aut differas, ipsemēt ego hortabor, stimulabo. Hinc etsi meum de ea judicium non exquisivisses, quod tamen facis perhumaniter, egomet ultro me Tibi importune ingessissem; non contradicendi studio, a quo sum alienissimus, sed solius veritatis amore, quae vix unquam tota simul in apricum educitur, nisi censoriis obelis acriter exstimulata Latibulum deserere cogatur. Paucula itaque haec, quae nunc Hypothesi Tuae magis dilucidandae, et perficiendae opponam, affectu qui Philalethen decet, accipe, et ubi tecum perpenderis, difficultatum solutionem mihi indigitare ne graveris, oro.

Primum est quod me suspensum tenet, quinam ex Aetheris aut Lucis circa molem Terraqua-ream conversione, Naturales Gravium motiones εὐτάκτως explicari queant: Cum enim Lux illa circa Mundanum, et ipsius Telluris axem circumducatur, ejus circulatio crassiorum || interpositu turbata, deprimit ea versus locum, ubi tardior, aut nullus est aetheris motus; hoc autem totum habetur in tota longitudine Axis mundani; adeoque Tellus formaretur potius in Cylindrum quandam per Axem mundi incidentem, et non in Sphaeram, cuius figura, sive tumor in partibus aequatori adjacentibus, turbandae illi circulationi est aptior, non item Cylindrica: Immo si Natura Lucis attendatur, cum haec fortius pulset medium Axis, quam partes Polis viciniores, ad has potius depelleret obstantia sibi corpora crassiora, et non ad medium sive Centrum Orbis nostri.

Quodsi dicatur, Declinatione Lucis ab Aequatore versus Tropicos, massam crassiorum in Sphaeram, vel Sphaeroide tornatam esse, quanquam hoc quoque difficultatibus suis non carebit, Actualis certe gravium descensus ad idem punctum collantium, sive Lux ab Aequatore, sive a Tropicis profluat, non video quomodo tribui possit Luci ea deprimenti; maxime vero in partibus Terrae subpolaribus, aut circumpolaribus ubi Gravia versus Axem mundanum via multo breviori, quam ad Centrum Telluris pellerentur.

Insper Velocitas Gravium descendantium per spatia composita in ratione Quadratorum Temporis, non video quomodo tribui possit Lucis, aut Aetheris impulsui, si nempe fiat intra Puteum opacum, profundum, et in solidissima quadam densissima Rupe excisum; in hoc enim Circulatio Aetheris turbata vastae rupis interpositu, concipi nequit ferri motu concentrico ad motum aetheris sublimioris et impedimento liberi. Et haec circa Motum Gravium obiter, ut primo occurserunt.

Circa Directiones Magneticorum Corporum hac difficultate mihi laborare videtur Hypothesis. Demus enim Acum Magneticam aequalium brachiorum sese ad Polos convertere debere, ne se torrenti Aetheris ab Oriente in Occasum fluentis opponat; In Acu tamen inaequalium

brachiorum, leges Mechanicae id prohibent, juxta quas Acus ista se disponet parte breviori contra torrentem, sive in Ortum, longiore vero in Occasum; analogia a legibus Aquae, et Aëris fluentis, ad Aetheris fluxum translata.

Sed de his hactenus. Habeo quidem quae dicere possem contra Propositiones nonnullas in Motu Abstracto, maxime in Fundamentis Praedemonstrabilibus at quia res est prolixior quam ut hac Epistola comprehendi possit, in aliud tempus differo, et ad alia Epistolae Tuae capita me converto.

Transmisi Epistolam Tuam P^ri Franc^o Lana, cum parte Libelli; reliqua proximo Tabelioni traditurus. Num quae P. Lana de transmutationibus Metallicis, deque Panacea ^{† niali} scribit,
 5 Experientia probaverit, incompertum habeo; id mihi constat virum esse studiis hujusmodi ac etiam Operationibus addictum: Scripsit is mihi nuper de Ephemeridibus Eruditorum Venetorum, in haec verba. – *Anche qui in Venezia s'è formata un' Academia di Virtuosi, de quali ho ricevuto Inviti simili a quelli, che mi fà V. R^{za}: Et hanno introdotto i Giornali de Letterati, || de' quali ne sono già usciti alcuni, con alcune belle Curiosità; quali potrà procurare dal Libraro*
 137 *15 Erici³ in Venezia; et in essi havrà anche notizia de' Libri che escono. Il Montanari in Bologna*
ha stampato, ch'è poco, un Libretto di Speculazioni Fisiche intorno ad alcuni effetti
naturali; intorno alla fragilità di quelle Gocce di vetro temperate, e della natura del
vetro, Peso e fragilità de Metalli etc. Ephemerides Germanicas legi, et etiam
transmisi Florentiam Ser^{mo} et Emin^{mo} Cardⁱⁱ Mediceo, cum aliis Opusculis collegarum
20 ejusdem Academiae, cuius Director D^r. Philip. Jacob. Sachsius Physicus, et Medicus Wratislaviensis frequenter dat, et accipit a me vicissim literas. Opuscula postuma D. Marci
Marci, de Impetus natura, et de Ideis extant adhuc inedita, sed spes est brevi lucem
visura, admittente praesertim Doct. Dobrzenskio, pro nunc Universitatis nostrae Rectore
Magnifico meo familiari, qui Te perhumaniter adsalutat. Non desunt hic viri omnifaria erudi-
25 tione exculti, ut et qui colunt Astrologiam Hypogaeam, cuius Te quoque non imperitum
prodit Hypothesis; sed an ex Adeptorum numero sis, aut certe primum Zodiaci Perigaei signum
Lynceo oculo inspexeris, est qui nosse desiderat.

³ Am Rande von Leibniz' Hand: Herz

8 Epistolam Tuam: Leibniz an Lana, wohl Mai 1671 (nicht gefunden). 8 parte Libelli: die im März 1671 erschienene *Hypothesis physica nova (Theoria motus concreti)*. 8 reliqua: die im Mai erschienene *Theoria motus abstracti*. 9 f. scribit: wohl gemeint F. T. DE LANA, *Prodromo overo saggio di alcune inventioni nuove premesso all' arte maestra*, Brescia 1670; vgl. N. 68a. 12–18 *Anche . . . etc.*: Lana an Kochański (nicht gefunden) über das *Giornale Veneto de'Letterati*. 16 *Libretto*: G. MONTANARI, *Speculazioni fisiche*, Bologna 1671. 18 *Ephemerides Germanicas*: d.i. *Miscellanea curiosa medico-physica Academiae naturae curiosorum, sive Ephemeridum medico-physicarum Germanicarum curiosarum*, Leipzig 1670 ff. 21 opuscula postuma: Gemeint ist vor allem die erst viel später erschienene Schrift des J. M. MARCI VON KRONLAND, *Otho-sophia, seu, philosophia impulsus universalis . . . opus posthumum nuperrime in ejusdem authoris Liturgia mentis promissum*, hrsg. v. J. J. W. Dobrzensky, Prag 1683.

E Patribus Nostris hic Pragae commorantibus alter typis dabit Decadem 2. *de Ortu et Progressu Politicimi*; est is P. Carolus Grobendoncq Flander, qui jam ante annos complures dederat primam, Opus ex actis Politicis in Sacro Codice recensitis collectum, et eruditis animadversionibus illustratum. Alter P. Balbinus *Historiam Bohemiae* jam praelo paratam habet: alius *Theologiam Scholasticam* compendio brevi traditam et per modum Thesum publica Disputatione pro more oppugnandam. Prodit etiam e Typographia Collegii nostri Tractatus Astronomicus, in quo *Observationes Cometarum Anni 1665* in Indiis habitae a quodam P^e Bohemo, accurate supputantur, et referuntur. 5

De Thoma Bonarte inquirenti, certi nihil innotescere potuit. Machinam Hydraulica Werneri non vidi, ac ne quidem unquam de ea quidquam audivi; suspicor tamen ex iis 10 quae de mira ejus efficacia percenses eam fundatam esse in una Machina jam vulgari satis, sed multiplicata; ejus enim ego p[re]re reliquis Hydracon[ti]steriis vim eximiam perspexi: et credo me idem quod Wernerus cum ea praestiturum. Kircheri *Latium* nuperime editum puto Te vidisse, sequetur *Turris Babel*, et *Arca Noe*: Ricciolium vix credo quidquam aliud scripturum, est enim jam prope senio confectus, et olim questus est mihi se 15 continuis catarrhis salsis infestari: cuperem viro tanto vitam longissimam et robur Herculeum, Atlanteo validius. Grandamici Meridianus Universalis paralogizat, et in infidum Experimentum referendus est, prout mihi luculenter constat, et aliquando etiam manifestum faciam, cum aliis quae bono publico molior, etiam circa coordinandum Systema mundi. Cuperem plenius edoceri de successu moliminum Jo. Oltii, Wrenni, et Titelii circa || Hyperbolica: Nam et ego a multis Annis excogitavi Machinam, qua in similibus figuris et quibus- 20 138 cunque elaborandis nil unquam praestantius excogitatum esse vidi. Theoria sane est Demonstrative certa, Praxim necdum tentavi, sed quamprimum licuerit Machinam ex Chalybe curabo et successum, quem felicissimum ominor, tentabo. Sed dic, oro, quinam tibi videatur modus in

1–4 CH. DE GROBENDONCQ, *De ortu et progressu spiritus politici, et quo ille . . . tandem sit evasurus. Decas prima*, [Prag] 1666. Der angesprochene zweite Teil ist wohl nicht erschienen. 4 *Historiam Bohemiae: Balbins Epitome historica rerum Bohemicarum* erschien in Prag 1677. 5 f. Alius . . . oppugnandam: wohl gemeint CHR. TODFELLER, *Centum quaestiones ex universa theologia scholastica propositae et probatae*, Resp. M. M. Axlar, Prag 1671. 7 f. Tractatus Astronomicus: wohl gemeint V. STANSEL, *Phaenomena coelestia, sive dissertatio astronomica de tribus cometis qui proximis annis in caelo apparuerunt*, Prag 1665. 9 Thoma Bonarte: Unter diesen Pseudonym erschien 1664 die Schrift *Concordia scientiae cum fide*. An ihr und ihrem Autor hatte Leibniz zeitlebens großes Interesse; vgl. die Vorbemerkungen zu den Marginalien, An- und Unterstreichungen in seinem Handexemplar (VI, 4 N. 440, S. 2582). 9 f. Machinam . . . Werneri: vgl. die vielen Hinweise auf Werner im Briefwechsel mit Oldenburg, z.B. N. 28. 13 A. KIRCHER, *Latium, id est nova et parallela Latii tum veteris, tum novi descriptio*, Amsterdam 1671. 14 A. KIRCHER, *Turris Babel, Tomus I. quo structura turris, nec non aliarum prodigiosarum fabricarum monumenta exponuntur*, Amsterdam 1673. Zwei weitere vorgesehene Bände sind nicht erschienen. 14 A. KIRCHER, *Arca Noë in tres libros digesta*, Amsterdam 1675. 17 Grandamici Meridianus Universalis: vgl. N. 22. 20 Oltii: d.i. Joh. Ott.

Praxi accuratissimus describendi in plano Hyperbolam, habeo complures sat idoneos, quid si detur aliquis alias melior? Hypothesis Mutationum Declinationis Magneticae, quanquam a me visa non sit, accedit tamen mihi per quam mirabilis, et multarum consequentiarum, quas inter utinam sit aliqua quae Controversiam Copernicanos inter et 5 Tychonicos dirimat; ego rem in hoc genere habeo efficacissimam, sed pariter Observationibus multis indiget, variis locis et temporibus factis, quarum tamen jam plurimae mihi suppetunt, ut et nonnulli ex eruditis Italies, qui in eandem mentem venit; cum tamen nunquam inter nos mediata vel immediata extiterit sensuum communicatio. Sed de his alias plenius et planius. De P. Nadasi num continuet Alegambium, nihil accepi, sed proximis 10 inquiram Viennae. Controversia Theologica, Num Deus agat semper optimum, quam subtilis, tam prolixior est, quam ut hic tractari possit. Ego sentio Deum non semper ex infinitis possibilibus optimum eligere, videorque id multis instantiis probare posse ex serie Creaturarum in Universo desumptis, praeter rationes quae Metaphysice id ipsum convincere videntur. Jus Romanum ad Leges Naturae revocatum, si praesertim quam compendiosissime id fiat, et a 15 paucioribus Regulis sive Axiomatibus deducatur, plausum Orbis merebitur. Cogitabam ego quoque nonnunquam colligere omnes Terminos juris universim; ut ex horum combinatione omnes Casus possibles in humana societate, deducantur, et quid in unoquoque varia jura statuant indicetur, ac denique ponantur in conspectum ea, quae adhuc sunt intacta et indicta. Sed quia haec res est alieni fori, et chori extra quem saltare nolo, utar aliquando, si 20 Deus vitam dederit, hac industria in rebus Mathematicis, ut Inventa a Desideratis in conspectum veniant, et discriminentur. Per quam libenter viderem Tuam *Dissertationem de Arte Combinatoria*, curaboque Francofurto adferri proximis nundinis, si venalis prostet. Si adhuc unum Exemplar Hypotheseon Tuarum mihi esset ad manum, transmittem illud Sermo Card^{li} Mediceo Florentiam, ut et Patavium Doctiss^o Carolo Rinal- 25 dinio, cuius *Algebra Numerosa et Speciosa* jam typis absoluta est, ut et *De Compositione et Resolutione Mathematica* etc. prout ab ipsomet Authore intelligo qui vellet operis hujus Exemplaria 100 circiter commutare cum aliis libris utilibus et qui in Italia distrahi possint. Exemplar unum *Algebrae* Tomis II continetur, pretium ejus est librarium Venetarum 50 quarum 16 conficiunt unum Ducatum, sive 2 Imperiales.

9 continuet: Die Arbeit des jesuitischen Historiographen Ph. Alegambe wurde nach dessen Tode 1652 insbesondere von J. Nadasi fortgesetzt. 25 f. *Algebra . . . Mathematica*: C. RENALDINI, *Ars analytica mathematum pars secunda. Tractatus de algebra speciosa; de resolutione, et compositione mathematica; et geometram promotum complectens*, Padua 1669. 27 commutare: Zu diesen Plänen zum Tausch von Büchern vgl. auch die von Kochański angeregte Anfrage (Kochański an Gamans, 20. März 1670; LBr 296, Bl. 3) von Johann Gamans an Leibniz (5. Mai 1671; I, 1 N. 85), ferner N. 91, am Ende.

Ad extremum rogatum Te velim Nobilis et Clar^{me} Vir ut frequentioribus Epistolarum tuarum beneficiis me beatiorem facias; quas via fortasse breviori per P. Rectorem Collegii || Moguntini, vel Tyrocinii, vel ope Pr^{is} Maximiliani Habersac hominis ingeniosi, mihique cum-primis chari Pragam perferri curabis. Vale et tuo nomini addictum reciproco affectu prosequare.

Al Molt' Ill^e ed Eccell^{mo} Sig^{re} e Pron^e Col^{mo} Il Sig^r Godefrido Guilielmo Dott^{re} e' Consig^{re} 5 di Sua Emin^{za}. Mogonza.

70. PIERRE DE CARCAVY AN LEIBNIZ

Paris, 10. Juli 1671. [67.74.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 143, Bl. 5–6. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druck- 10 vorlage.)
A Abschrift: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 30.
1 Bl. 2°. 1 1/2 S.
E II, 1 (1926) N. 70 (nach K).

Unser Brief antwortet auf N. 66 und N. 67 und wird beantwortet durch N. 74. Wir behalten die eigenwillige 15 Orthographie Carcavys bei.

|| Monsieur

de Paris le 10^e Juillet 1671.

:139

ne pouvant me donner l'honneur de vous escrire que peu de chose à cause des affaires dont je suis accablé, je le faiss en nostre langue vous suppliant d'agreeer que j'en use de la sorte, et que je vous dise en ce qui regarde M^r Kraf, et le secret dont il a parlé à M^r Colbert qu'il n'a 20 qu'à executer ce dont il est demeuré d'accord avec M^r du Fresne, et qu'on luy tiendra absolument tout ce qu'on luy a promis.

Pour ce qui est de vos petits livres j'ay donné à quelques uns de nos M^{rs} ce qu'il vous a plu 25 en envoyer, Eux et moy vous en rendons tres humbles graces, ils m'ont prié de vous dire qu'ils eussent souhaité que vous vous fussiez davantage estendu en certains endroits, où ils ont trouvé quelque difficulté et obscurité, ce qui est arrivé sans doute par le desir que vous avez eu de comprendre beaucoup en peu de mots, la plus part des hommes sont ennemis de la peyne, et comme chacun a ses occupations et mesmes ses preventions il faut pour entrer en commerce s'accorder les uns avec les autres. Si vous me jugez capable de vous servir en quelque chose je le feray tres volontiers estant avec verité

30

23 petits livres: LEIBNIZ, *Theoria motus abstracti* [Mainz] 1671; London 1671 (VI, 2 N. 41), und *Hypothesis physica nova (Theoria motus concreti)*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40).

139

Monsieur vostre tres humble et obeissant serviteur de Carcavy.

A Monsieur Monsieur Libnitz Docteur ez droits et con^{er} de Son Altesse Electoralle de Mayence.

71. JOHANN OTT AN LEIBNIZ

5 Schaffhausen, 6. (16.) Juli 1671.

Überlieferung:

- A Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung (von der Hand Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 15–16. 1 Bog. 2°. 4 S.
 E II, 1 (1926) N. 71.

10 Unser nur in Abschrift vorliegender Brief ist das einzige gefundene Dokument dieser Korrespondenz. Ott antwortet auf einen Brief von Leibniz, den er über den Heidelberger Professor Johann Ludwig Fabricius erhalten hat und dem Leibniz seine Schriften *Theoria motus abstracti* und *Hypothesis physica nova* beigelegt hatte.

:139 || Nobilissime, Excellentissime ac Consultissime Domine.

Ad manus meas, curante celeberrimo D.D. Fabritio, literae tuae eruditissimae pervenerunt,
 15 illaeque eodem temporis articulo oblatae mihi fuerunt, quo [nugacia], id est, ex statuto Academiae Basileensis, vocabula illa, famosa, an infamia dicam nescio? in *trix, fica et alis,*
 140 videlicet *nutrix, auctrix, generatrix, attractrix, expultrix: pulsifica, offifica: naturalis, vitalis, animalis* etc. ad nauseam usque memoriae erant inprimenda. Non enim te latet, vir consultissime, qua ratione Medicina nostra vulgaris ineptis, inutilibus, nihilque significantibus verbis
 20 onerata et penitus fere obpressa sit, estque ars illa, si qua ulla alia, conjecturis et densa incertitudine plenissima. Sed etiam pariter absconditae eruditionis binos tractatus junctos literis accepi, pro quo egregio munere, non solum ego, sed et Cl. D^{nus} Spleissius et D.D. Screta gratias rependimus maximas, quas possum[us], prae primis etiam ideo, quod obscura nostra nomina

15 nugari A ändert Hrsg.

16–21 vocabula illa: Ott war aufgrund eines Baseler Universitätsstatuts gezwungen, für ihn unsinniges, lateinisches Fachvokabular der Medizin zu erlernen und zu verwenden, wohl im Rahmen seiner 1671 in Basel erschienenen *Dissertatio inauguralis de proprietum oculorum defectibus ad leges Mechanicas revocatis*. 21–S. 231.1 binos tractatus . . . voluisti: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova* und *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 40 und N. 41). Leibniz bezieht sich in der *Hypothesis physica nova* lobend auf J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670, und H. SCRETA, *De causis ac natura auditionis*, Heidelberg 1670; vgl. VI, 2 S. 252.

illustribus tuis lucubrationibus inserere voluisti. Utinam pares fuissemus, aut labor noster isto titulo dignus! Dabimus ideo operam, ut in posterum meliora de nobis cogitare vel tu, vir consultissime, vel alii amici queatis. Egregie sane in bino isto scripto, quantus et qualis in universa humana sapientia excellas, luculenter ostendis. Unum hoc dolui, quod ob Medica negotia ea diligentius perlustrare, et ob quarundam figurarum defectum mentem tuam minus feliciter assequi potuerim. Repetita igitur in sequentibus diebus lectione, ut penetrem geminum istum et pulcerimum ingenii tui foetum, operam dabo. Manca quidem specialior pars ad me pervenit, per bibliopolam facile emendanda. Curiosam de reflexione per lineas curvas tuis inseruisti doctrinam, quam tamen hactenus me, ob memoratam absentiam figurarum, penitus intelligere nequivisse fateor. Viro consultissimo forte occasio et ansa dabitur rem istam specialius declarandi, aliisque de sententia ista judicandi. Nomen tuum nobilissimum, quod thesibus meis praefixerim, aequo animo credo feres. Factum id solum propterea, quod hac vice melius aut praestantius nihil habeam. Etenim si modo eo, quo praefationem instruxi, universam visionis rectae et morbosae oeconomiam delineare adgressus fuisse, quin elaboratus et perfectius quidpiam viro consultissimo me exhibere potuisse non dubito; verum ea in aliud tempus differenda esse plurima, et praesertim loci importunitas, effecerunt: coeptam tamen telam in posterum elaborare non desistam. Totus jam in eo sum, ut novum illud genus tuborum opticorum Heidelbergae inventum effectui dem. Ipsius namque operis facilitas, et Geometricae demonstrationes egregium valde usum mihi persuadent. Sed quid et quoisque rem perficere permissum erit, suo tempore viro consultissimo patefacere non dedignabor. Illustrissimum Dominum Baronem a Boinenburg, virum, cuius subactum ingenium secula nulla tacebunt, admiratione prosequi semper studebunt, si Patronum effeceris, vir consultissime, me tibi adeo devincies, ut nihil non intentatum in tui gratiam relinquere aut omittere gestiam. Analysis alia non utor, quam ea, quam Cartesius in *Geometria*, libro prae omnibus aliis caro, tradidit, quaeque adeo est universalis et usus admirandi, ut meliorem aut generaliorem nullam adhuc videre contigerit. In ea enim, ut in corollario quodam disputationis Heidelbergae habitae, tam methodus Cavallerii, quam Hobbii ars computandi per motus compositionem, tam veterum synthesis, quam Analysis et ipsamet ars combinatoria, et si quid aliud, continetur. Neque || etiam viribus diffido in solutione problematis mihi propositi. Illa enim in promptu foret, si modo diagrammate quodam mentem tuam clarius exposuisses. Ita enim propositum, uti jacet, infinitis solutionibus capax est. Quamobrem si viro consultissimo placuerit adjicere ulteriore explicationem et schematismo etiam rudiori declarationem; solutionem proxime a me exspectabis. Sed finiendum. Vale itaque, vir consultissime, cum Illustrissimo tuo Maecenate, et eum, qui te amat, redama. Nunquam enim non ero

141

⁷ Manca . . . pars: Ott hat vermutlich zunächst einen unvollständigen Vorab- oder Teildruck erhalten; vgl. VI, 2 S. 220, Erl. 11 f. Nomen . . . praefixerim: J. OTT, *Dissertatio inauguralis de proprietum oculorum defectibus ad leges mechanicas revocatis*, Basel 1670, Widmungsblatt. 17 f. novum . . . inventum: Zu Leibniz' Interesse an den neuen Heidelberger Erfindungen zum Fernrohr vgl. N. 46 und N. 57. 26 disputation Heidelbergae: J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670, Corollaria, S. 47 f.

Consultissimae tuae Excellentiae addictissimus
Schafhusii d. 6. Julii 1671.

Joh. Ott. D.

D.D. Screta ob negotia a scribendo desistit. Amicissime tuam Excellentiam salutat, cum celeberrimo D^{no} Spleissio, qui se totum tibi devovet.

⁵ 72. FRANCESCO DE LANA AN LEIBNIZ
Sommer 1671.

jetzt N. 68a.

72a. LEIBNIZ AN JOHANN ALBRECHT PORTNER
6. August 1671.

Überlieferung:

- 10 *L* Auszug: LH II, 2, 3, Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S.
 E I, 1 (1923) N. 28.

Unser Brief an den Reichshofrat Johann Albrecht Portner war Beischluß zum Brief von Leibniz an Johann Lincker vom 6. August 1671 (I, 1 N. 29). Lincker schreibt am 27. August 1671 an Leibniz (I, 1 N. 30), er habe den Brief *eher nicht alß heut zustellen können*; vgl. auch Lincker an Leibniz, 30. August 1671 (I, 1 N. 31). Unser 15 Brief wird durch Portner am 3. September 1671 beantwortet (I, 1 N. 32). Weitere Korrespondenz zwischen Leibniz und Portner ist nicht bekannt.

Ex literis ad Joh. Alb. Portnerum S. Caesareae Majest. Consiliarium Aulicum. 6. Aug. 1671.

Constat dupli malo Jurisprudentiam laborare summatim, altero juris, altero facti seu executionis. Executio seu ratio pervenendi ad fructum juris sui partim in scientia, partim in 20 potentia, partim in voluntate executionis difficultatem patitur. Potentiam ac velut pondus executori dare ad Reipublicae summam pertinet (neque ergo perniciosis privatorum nugis deterendum est), voluntatem justitiamque largiri ad Deum, scientiae tantum atque instructioni Judicis subvenire ad privatos. Subveniet ei ordine Judiciorum ita formato, ut celeritas secutari, quoad ejus fieri possit misceatur, ut in medendo; finiaturque lis tanta promtitudine quanta 25 cum veritatis sedula indagatione consistere potest. Hoc efficietur, si qua arte impediri potest, ne liceat idem bis dicere, ad rem pertinentia tacere, aliena afferre, urgenda differre, qua de re meditata sunt nonnulla efficacie non vulgaris, caeterum emendaribus litium pene omnibus hactenus intacta. Sed de his disserere non est praesentis instituti. Veniamus ad rationem non

21 ergo (1) (periculosis) (2) perniciosis *L* 25 sedula (1) inquisitione (2) indagatione *L*

indagandi facti, in quo perpetuam sibi infallibilitatem polliceri impossibile est, sed constituendi juris ex Hypothesi facti, in quo genere certum est, esse in humana potestate non falli; suppetereque humanae menti velut normas quasdam circinosque cogitationum directores, modo artem utendi haberemus, aut potius adhiberemus. Interea quid vulgarius quam omni facti quaestione, quoisque possibile est discussa, cum neque testes amplius, neque documenta produci possunt, debentve, litem tamen per annorum decades extendi, quae recta methodo adhibita, constitutisque elementis Juris brevis et certi, poterat ut parcissime dicam, totidem diebus finiri. Separemus statuum immediatorumque Imperii controversias, unde saepe publica quies pendet, largiamurque illis vivacitatem non paulo majorem, at tot miseros in ruinam dari, ad desperationem adigi, exui bonis ac saepe vita famaque, hac litium immortalitate pene 10 mortifera, id vero indignum miserandumque est. Mittamus nunc quicquid ad Imperium in commune pertinet, attamen principum interest haereditarias ditiones florere evellique hanc velut radicem tot miseriarum: idque maxime Caesaris refert, cuius exemplum omnibus pro mandato est. Augustus El. Saxionae constituta quadam compendiosiore judiciorum forma, quam passim habebatur, tum definitis quibusdam quaestionibus quotidianis per interpretum 15 dissensiones forum distrahentibus, plurimum fructus suis, sibi gloriam immortalem peperit. Ostentant vicini nostri duos Regum suorum nominibus appellatos Codices Henriceum et Ludoviceum, quorum posterior recentissimus non pauca habet praecclare constituta circa contrahendas lites. Sed arcem rei hactenus invasit nemo, id est qui Elementa Juris brevis pariter et certi constitueret, nullus fuit. Cum tamen sint in rerum natura paucae quaedam regulae aequitatis, 20 quas tenere facillimum: applicare praecripta semel methodo non impeditum. Has separatim demonstratas dare certum est non minore quam quae in mathematicis lucet, claritate (fuit enim tempus cum a me in his quoque studiis non perfunctorie opera poneretur), brevitate vero minore quam quae credi potest.

Haec juris naturalis Elementa, sic enim nominabuntur, animam quandam Jurisprudentiae 25 continent. Corpus ipsum aliunde petendum est. Impossibile enim est solo naturali jure Rempublicam regi: accedere necesse est derivatas tamen ex illis fontibus Leges Civiles, quibus formae illae ac velut Ideae materiae pro artificis pariter et subjecti capacitate introducantur. Has qualescunque sint tueri privatorum est, sequi judicum ac Jurisconsultorum, sed brevitate pariter et claritate opus est. Interest enim Reipublicae qualicunque potius jure, quam incerto id est 30

27 regi (1) , ad (2) : accedere L

14 constituta: AUGUST, Kurfürst von Sachsen, Kursächsische Konstitutionen (*Verordnung und Constitutionen des Rechtlichen Proces*, Dresden 1572). 17 f. Henriceum et Ludoviceum: Gemeint sind der *Code du Roy Henry III.*, Lyon 1599, Paris 1605 und der *Code Louis*, mit dem unter Ludwig XIV. und dem *Conseil de justice* eine Vereinfachung der im Königreich Frankreich geübten Rechtspraxis erreicht werden sollte. Mit dem nicht terminologischen *Code Louis* ist die *Ordonnance civile touchant la réformation de la justice* gemeint, die in Paris 1667 erschienen ist. 26 continent: vgl. LEIBNIZ, *Elementa juris naturalis* (VI, 1 N. 12 und die Erl. dazu in VI, 2 S. 562–564).

nullo regi, majus ab obscuritate legum quam iniquitate periculum est. Possunt enim fere etiam iniquae caveri: nebulosas aut in infinitum extensas, quis videat vitetve. Porro ipsa prolixitas non minus quam obscuritas incertitudinis causa est. Nam etsi omnia clare definita essent, nec sibi invicem irreconciliabiliter tam saepe occurrerent, impossibile tamen est in tanta vastitate, quod 5 scitu opus est, in promtu esse. Cum autem Leges Romanas constet ipsa mole terribiles, lacunis inaequales, obscuritatibus asperas, contradictionibus velut aculeatas esse, et tamen sine summa perturbatione gradu dejici nequeant, hoc unum restat, ut in nucleus quendam ut sic dicam concentrentur. Qui denuo superfusus reliquam molem in corpus paulo nobilius lucidiusque tingat. Id ergo consilium est elementa Juris Romani ea simul brevitate et efficacia complecti, ut 10 haec qui teneat, caetera omnia manifesta consequentia inde derivare possit. Vix minima legum pars est, pleraque meditationes, philosophemata, consequentias ex Legibus ductas, verborum interpretationes, responsa aut rescripta certis casibus accommodata continent. Hujus ergo tam immensi corporis essentiam elicere, hoc opus, hic labor est; hic exercentur inanes artificum curae, nisi major agat Deus atque opera ad majora remittat, nisi vela ventis impleant Dii maris 15 ac terrae, id est principes, quos Deus sibi ut autoritate, ita et sapientia, bonique universalis cura proximos voluit. Princeps Principum Imperator, idem vindex interpresque Romani juris, et ut Ecclesiae universalis Advocatus, ita juris communis custos: ad cuius gloriam pertinet, quicquid nitoris accedet Romano juri. Neque vero intra verba conatusque stamus. Praeformata quaedam maximo labore tabula est, etsi rudior initio, continuaque inter decursum operis politura 20 limanda, eousque perducta tamen, ut solo ejus conspectu, positorumque in ea fundamentorum Combinatione definiri multa casuum millia possint, quale quiddam publice extare non memini. Huic eodem ordine Nucleus ipsarum Legum verbis contextus, quae suis quaeque regulis respondent, subjicietur, ne quis de Regulis dubitare possit. Quantae molestiae sit percurrere Leges universas, contrahere in regulas paucas, reducere ad rationes suas, disponere methodo 25 rationali, aestimari facilius quam scribi potest. Et tamen dicere ausim, nuclei tertiam, negotii universi dimidiā partem peractam esse. Sequetur suo tempore Legum omnium dispositio, et ad rationes unde pendent revocatio, eodem scilicet ordine qui regularum nucleique est. Cum enim ex una saepe regula nostra aliquot Legum centurias pendere constiterit, ei subjici claritatis, brevitatis rationisque [bricht ab]

21 definiri (1) nullo negotio (2) multa L

73. HEINRICH OLDENBURG AN LEIBNIZ

London, 5. (15.) August 1671. [68.81.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 695, Bl. 11–12. 1 Bog. 4°. 2 S.

E¹ GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 1, 1849, S. 23–24.E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 66–67.E³ II, 1 (1926) N. 73.E⁴ HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 182.

Übersetzung:

HALL u. BOAS HALL, *Corresp. of Oldenburg*, Bd 8, 1971, S. 183.

5

10

15

Unser Brief nimmt Bezug auf Oldenburgs vorhergehendes Schreiben (N. 68) und bestätigt den Empfang von N. 64, ohne darauf einzugehen. Dies geschieht erst mit N. 81. Die Abfertigung wurde wahrscheinlich von F. M. van Helmont überbracht, der sich seit Herbst 1670 in England aufhielt und der nachweislich Anfang August 1671, zunächst nur für kurze Zeit, nach Deutschland fuhr. Ein Besuch van Helmonts in Mainz wurde für Anfang Oktober angekündigt; vgl. I, 1 N. 148 u. N. 150.

|| Ampliss^e Vir,

:142

Ante paucos dies Studioso cuidam Francofurtensi, Hamburgum hinc velificaturo, literas ad Te datas commisi, satis, ut puto, prolixas, quas Tibi rite traditas jam esse dubitare nolim. Continent illae, quid philosophorum nostratum nonnulli de Hypothesi tua sentiant, quidque Ego de eadem in *Transactionibus philosophicis* commemorandum duxerim. Supersunt nonnulla in literis tuis novissime ad me datis, quibus responsum debeo, quod tamen cum paratum necdum habeam, in aliud tempus differre cogor. Interim dimittere harum gerulum nobilissimum haud potui, quin Te salutarem, simul et fidem facerem, me reliqua, quae de me exspectas, quamprimum fieri id poterit, conjecturum. Caeterum cum eximus Helmontius, affectu mihi conjunctissimus, propediem ad nos sit reversurus, poteris, si placet, ipsi tuto committere, quaecunque forsan mihi scribenda vel communicanda occurrerint.

In novissimo Nundinarum Francofurtensium Catalogo unus alterve liber juridicus occurrit, quorum tituli singulare quid spondere videntur. Sunt illi quidem, Strykii *Tractatus de Jure*

26 forsan (1) ad me (2) mihi K

17 Studioso: nicht ermittelt. 17 f. literas ad Te datas: N. 68. 20 Ego . . . duxerim: H. OLDENBURG, Anzeige von *Hypothesis physica nova, sive theoria motus concreti, una cum theoria motus abstracti*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 73, 17. Juli 1671, S. 2213 f. 21 literis tuis: N. 64. 22 aliud tempus: vgl. N. 81. 24 f. Caeterum . . . reversurus: Van Helmont kehrte erst im Sommer 1672 nach England zurück. 28 S. STRYK, *Tractatus de jure sensuum*, Frankfurt/O. 1671.

143 *Sensuum, et Gutherii Tractatus de Jure Manium.* Siquidem libros hos lectu dignos judicaveris,
ut mihi hac occasione transmittas, rogo, operam dатуо, ut quibusdam authoribus || hinc tibi
mittendis beneficium repandam. Vale, et raptim ex nimia festinatione scribenti ignosce

Tibi Addictissimo

5 Londini d. 5. Augusti 1671.

H. Oldenburg.

Clariss^o et Ampliss^o Viro, D^{no} Gothofredo Guilielmo Leibnitio J.U.D. et Consiliario
Moguntino. Maintz.

74. LEIBNIZ AN PIERRE DE CARCAVY

17. August 1671. [70.88.]

10

Überlieferung:

15

- L Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 143, Bl. 12. 1 Bl. 8^o. 1 3/4 S. (Unsere Druckvorlage.)
- A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 27–28. 1 Bog. 2^o. 3 S.
- E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 66 (nach L).
- E² II, 1 (1926) N. 74 (nach L).

Unser Brief antwortet auf N. 70. Die nicht gefundene Antwort stammt wohl aus der Zeit um den 11. September 1671; vgl. Ferrand an Leibniz, 11. September 1671 (I, 1 N. 102).

:143

|| In¹ Hypothesi mea haec potissimum me praestitisse spero:

20

In THEORIA MOTUS ABSTRACTI, evolutum compositionis continui labyrinthum, fund.
prae demonst. 1.–5. fund. 18.; demonstrationem veritatis *Geometricae indivisibilium* Cavalieri, fund. 5., quae hactenus ideo tantum probata est ad Hypotheseos cujusdam instar, quod multa vera, nihil absurdum, ex ea recte usurpata, deduci possit; veram naturam conatus, fund. 6.–15.; primam et intimam rationem cohaesioneis seu firmitatis geometrica certitudine conjectam, fund. 15. 16. theor. 17.; verum discrimen mentis a corpore hactenus intactum, fund. 17.; examen aequalitatis jactatae inter angulum incidentiae et reflexionis, th. 7.; constructi-

¹ Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand: Ad Carcavium 17. Aug. 1671

1 J. GOUTHIÈRE, *De jure manium*, hrsg. v. J. Fritzsche, Leipzig 1671. 20-S. 237.4 LEIBNIZ, *Theoria motus abstracti*, [Mainz] 1671; London 1671 (VI, 2 N. 41). 21 *Geometricae indivisibilium*: B. CAVALIERI, *Geometria indivisibilibus continuorum nova quadam ratione promota*, Bologna 1635 u.ö.

onem physicam id est exactam simul et realem rerum geometricarum, in problem.; ex meris motibus rectis efficere curvum et contra, probl. 6. 7.; ex meris corporibus rectilineis efficere cylindrum, conum, sphaeram, probl. 17. 18. 19.; corpora sectionum conicarum efficere, probl. 20.; datum motum continue accelerare ac retardare, probl. 24. 25.

IN THEORIA MOTUS CONCRETI, demonstrationem motus terrae, hactenus a nullo datam, 5 nullo effugio evitabilem, §. 2.; rationem ex qua videtur sequi solem non luxisse ab aeterno, §. 5. 12.; originem bullarum seu globorum particulari gyratione firmatorum, omnis consistentiae et specierum fundamentum, §. 7.; originem perpetuae mutationis: generationis, corruptionis, incrementi et decrementi alterationisque in rebus, a bullitione seu fluxu quodam insensibili ab aetheris motu oriundo, nascentium, coalescentium, dissilientium, evanescentium 10 continuo bullarum repetitam, §. 11.; causam motuum maris statorum universalium, §. 13.; vitri, §. 14.; gravitatis et incrementi motus gravium, § 16. 17. 18.; reflexionis angulus cur in motibus sensibilibus angulo incidentiae aequalis, §. 22.; reflexionis et refractionis regulas esse ab Elaterio, ibid.; ab eodem vibrationem penduli et chordae, et vibrationum isochronismos, §. 23.; cur motus violentus ad vestigium quoddam crescat, inde rursus decrescat, ibid.; 15 Experimenti Magdeburgici rationem a gravitate simul et elaterio aëris, §. 26.; sclopeti ventanei ab Elaterio; gravitatis simul et Elaterii ab aetheris circulatione, §. 27.; Hypothesin de || differentiis colorum, §. 31.; Vaporum seu exhalationum ex terra sursum, indeque fontium, mineralium, plantarum, meteororum rationem, §. 28. 29.; causam frigoris ex angiportuum analogia, §. 34.; causam potissimorum phaenomenorum MAGNETIS a dupli atmosphaerae 20 motu, uno in aequatore et parallelis, altero in meridianis, §. 34.; causam attractionis magneticae et electricae, §. 35.; principia chemica activa seu utilia esse tantum duo, 37. 38. gradu rursus variantia; nihil repugnare mundos in mundis in infinitum, 43.; veras acidi et alcali definitiones effectusque ad mechanica principia revocatos, 45.; de gradibus acidi et alcali, 50. 52.; de certo quodam eoque compendiosissimo fundamento methodi medendi, 53.; de motu 25 muscularum, 57. fin.; explicationem glomerabilitatis per annulos, tensionis per embolos, lacrymarum vitri, ventorum, §. 59.; Spiritus mundi, liquoris alcahest, veneni et tincturae, §. 60.

144

5–28 LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova (Theoria motus concreti)*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40).

75. LEIBNIZ AN OTTO VON GUERICKE

[17. August 1671.] [62.77.]

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LBr 341, Bl. 11. 1 Bl. 2°. 2 S. (Unsere Druckvorlage.)
 A Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbiblio-
 thek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 85–88. 2 Bog. 2°. 8 S.
 E' GUHRAUER, Deutsche Schriften, Bd 1, 1838, S. 264 (Teildruck nach *L*).
 *E*² GERHARDT, Phil. Schr., Bd 1, 1875, S. 96–101 (nach *L*).
 *E*³ II, 1 (1926) N. 75 (nach *L*).
 10 Weiterer Druck:
 SCHIMANK, Experimenta Bd 2, 1968, S. 84–87 (nach *E*²).

Das Datum unseres Briefes, der auf N. 62 antwortet, ergibt sich aus dem Antwortschreiben N. 77.

:144

|| HochEdeler, Vhest und Hochweiser, Sonders Großg. Hochgeehrter H.

Deßen nützliches mit vielen wichtigen gedancken und Experimenten angefültes Antwort-
 15 schreiben samt beyliegenden *Indice Capitum*, und Extract von bewegung der Planeten habe zu
 recht erhalten, und hätte längst geantwortet, wenn unterschiedliche Reisen mich nicht an
 reiffer erwegung, welche die Sach erfodert, verhindert hätten. Numehr nachdem ich etwas mehr
 Zeit übrig habe, als habe mich verbunden erachtet mit gebührender antwort und zugleich
 schuldigster bedanckung wegen erzeigter so unverdienter Gunst länger nicht anzustehen.

20 Wenn M. h. H. nichts anders iemahls erfunden oder entdecket hätte, als die Kugel von
 Wunderlicher würckung zu erleuchtung menschlicher wißenschafft, und die ausschopfung der
 Lufft zu vermehrung menschlicher Kräfftte, hätte derselbe sich das Menschliche Geschlecht
 gnugsam verbunden. Und wer auch in einem oder andern etwa von den daraus formirten
 Hypothesibus oder *Theoria* abweichen würde, wird dennoch, wenn er anders eine ader der
 25 Billigkeit in sich hat, der Experimenten (welche so beschaffen, daß sie nicht von ohngefehr
 sondern durch reiffes nachsinnen gefunden) hohe wichtigkeit bekennen müssen. Mich wundert
 daß H. Janson sich der gestalt aufhält, mit einem so realen werck, und würden sich gewißlich
 ohne ihn viel andere in Franckreich England und Holland finden, damit er wohl bedrohet
 werden kan.

14 vielen (1) schönen (2) wichtigen *L* 14 angefültes (1) schreiben (2) Antwortschreiben *L*
 18 habe (1) meine schuldigkeit (2) mich *L* 20 als (1) sowohl (2) die *L* 21 Wunderlicher (1) <so> (2)
 würckung *L* 22 das (1) ge (2) Menschliche *L* 25 Experimenten (1) hohe wichtige (2) welche *L*
 27 aufhält, (1) in einen (2) mit *L* 28 ihn (1) in (2) viel *L*

15 f. *Indice Capitum* . . . erhalten: vgl. die Vorbemerkung zu N. 62.

Sonsten Meines Hochg. Herrn *Hypothesin* betr. ist allerdings zu billigen, daß derselbe die Sonn im mittelpunct stellet, und von deren bewegung umb ihren eignen, das ist den allgemeinen Mittelpunct dieser Planetenwelt (*magni orbis*), die bewegung aller Planeten hehrführt, daß derselbe ferner dazu thut, ie größer der Planet, ie mehr sey er von der Sonne entfernet blieben, und ie weiter er von der sonne entfernet, ie langsamer sey die bewegung, und in desto 5 längre || Zeit vollende er seinen lauff. Daß auch die sonne und planeten gleichsam mit einem allgemeinen Band welches die kräfte von einem auff den andern tregt, an einander gehanget, und dadurch gleichsam an einander, wie weit sie auch entfernet, stoßen, welches M. h. H. *spatium*, ich aber *aetherem*, andere sonst nach gelegenheit nennen. Die *Maculas in ⊖* betr. so derselbe vor nähere planeten hält, scheinet nicht übel geschlossen zu seyn, ohne daß etliche 10 vorgeben eine gewiße zeit gar keine *maculas in ⊖* gefunden zu haben, daraus sie schließen wollen daß es mehr *meteora solaria*, als beständige cörper.

11 de Auditu: H. SCRETA, *De causis ac natura auditionis*, Heidelberg 1670. 11 suam . . . Auditus: H. SCRETA, *Dissertatio inauguralis physico-medica de laesa auditione*, Basel 1671. 17 f. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, II, 55 (A.T. VIII, 1, S. 71). 23 f. dubitat . . . potest: vgl. R. BOYLE, *Tractatus de absoluta quiete in corporibus*, beigebunden an *Tractatus de cosmicis rerum qualitatibus*, Amsterdam 1671.

A Cartesii regulis motus, fateor, me non posse non magnopere dissentire; quanquam de caetero maximi faciam illum virum, cui inter Herōes statuam dedicandam censeo. Ante omnia ei non concedo, corporis Essentiam consistere in Extensione (sed in motu); nec proinde spatium et corpus esse idem, neque ergo vacuum esse impossibile: Nec proinde materia illa subtili, in 5 indefinitum se actu comminuente, solius spati implendi causa conficta, opus arbitror. Nec illud admitto, quod ait, motum tantum consistere in mutatione vicinitatis, ac non magis dicendum, moveri terram immoto coelo, quam coelum immota terra; mutari enim situm amborum inter se, ergo moveri utrumque. Unde sequeretur, spatium quoque vacuum moveri, quoties a corpore deseratur; ac proinde esse corpus; contra priora. Nego etiam, tantundem requiri actionis ad 10 quietem, quantum ad motum: Omnis enim actio mutatio est, mutatio nulla quiescentis. Nec a Cartesio demonstratum est, eandem semper quantitatem motus in universo a Deo conservari; ratiocinatio enim ab immutabilitate Dei valde infirma est. Accedo jam ad Leges naturae a Cartesio allatas. Prima vera est, *princip. part. 2. n. 37.* sed a Cartesio non demonstrata. Demonstravit eam primus Hobbius, quod semel moveatur, semper, quantum in se est, moveri. 15 Secunda n. 39. vera est, sed a nemine demonstrata. Demonstrabitur autem a me; motui curvo inesse conatum in rectum; Cartesius iterum recurrit ad immutabilitatem, et regularitatem Dei. Tertia lex, n. 40. falsa est, et partim experimentis male intellectis, || partim rationibus debilibus asserta; nec admitto, quae asserit (*part. 2. princip.*) n. 43. quod quiescit, quod alteri conjunctum est, habere in se vim ad resistendum moventi, disjungenti; et n. 44. motum non 20 esse motui contrarium, sed quieti. Porro ex 7 regulis, quas habet n. 46. et sequentibus, ne unam quidem per omnia approbo; neque magnitudinem unius corporis continui ad rem pertinere censeo. Quiet i vim resistendi abnuo. Nec quietem pro glutine agnoso. Baroni Nulandio, tum ei qui contra Cartesii 7 regulas scripsit, in eo non assentior, quod partim quietem considerant velut aliquid activum, partim putant in abstracta motus ratione corporis 25 majoris, esse vim majorem eadem celeritate motus; cum tamen majorum vis major sensibilis longe aliud principium habeat; scil. turbatam magis aetheris circulationem. Sed hic tam multiplex dissensus nihil apud me detrahit opinioni de tam insignibus viris. Scio enim, si tantum dissentiamus in principiis paucis, necesse esse ut dissentiamus in conclusionibus multis.

20 et erg. K 26 scil erg. K

14 TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, II, 8, 19 (M.O.L. I, S. 102 f.).
 22 f. Baroni Nulandio: F. W. v. NYLANDT, *Elementa physica, sive nova philosophiae principia; ubi Cartesi-anorum principiorum falsitas ostenditur; ipsiusque errores ac paralogismi ad oculum demonstrantur ac refu-tantur*, Haag 1669. Bericht darüber in *Philosophical Transactions*, Nr. 65, 14. November 1670, S. 2007–2009 (d.i. 2107–2109). 23 ei . . . scripsit: Christiaan Huygens, dessen Brief an Nylandt vom 26. April 1669 in Form eines Auszugs (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 6, S. 420 f.) dem Werk Nylands vorangestellt war; vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 65, 14. November 1670, S. 2008 (d.i. 2108).

Quid de me vestris *Transactionibus* insertum sit, nosse opto. Hypothesin meam magis magisque polio et emendo: faxo aliquando, Deo volente, ut in paulo meliore habitu prostet. Gerickius noster scribit mihi, opus suum jam prope praelo exiturum; misitque mihi Indicem capitum: Ex quo disco, sequi eum sistema Copernicanum, sed quodammodo emendatum, recensere varia experimenta comparandi vacuum, et unum ex iis, comparandi vacuum quod putat summum. Ego, ut dicam quod res est, cum totum mundum globulis, bullis, gyris, orbibus constare credam, pro certo habeo, vacuum intercipi; sed vacuum aliquod sensibile procurari posse ullo experimento, non puto. Habet [et] Experimentum, quo Nubes, ac ventus, coloresque Iridis possunt in vitro excitari; item Experimentum de Consumptione Aëris per Ignem: Experimentum ingens pondus elevandi: item, Experimentum novi et antea nunquam usitati sclopeti: ⁵ Thermometrum novum, Magdeburgicum dictum: Globum quem vocat Sulphureum (*Schwefel-Kugell*), qui miras illas operationes in distans exercet, plumam ad certam distantiam in aëre libero sustinet, et secum gyrat. ¹⁰

Non dubito quin ad Te pervenerint binae quaedam literae meae, eodem circiter tempore missae a me, quo datae sunt tuae. Memini, me in iis multa scribere, ad quae responsum ¹⁵ desidero. Inprimis quis sit status rei opticae apud vos; quantam faciat Lunam optimum apud vos Telescopium, salva claritate; quae sit maxima magnitudo pediculi per optimum Microscopium; quae ut inquirerem imperaverat mihi Eminentissimus Elector Moguntinus, rei opticae curiosissimus, qui de Instituto vestro praeclarissime sentit, ut est Princeps talium valde intelligens; item in quanta distantia legi possint literae maximaie impressae, ut in libris Ecclesiasticis. ²⁰ Vellem etiam nosse, quis eventus fuerit destinationum Wrenni, et Dusonii, Celeberrimorum Virorum, in poliendis sectionibus Conicis. Ego quae de his positionibus sentiam in Schedula adjecta breviter expressi.

¶ Sed nihil est nunc quidem quod magis a Te, Vir Amplissime, optem scire quam successum Experimenti Magnetic Grandamici. Exposui Tibi, ni fallor, literis praecedentibus, et repetam brevissime. Ait nimurum Grandamicus (libro, *demonstratio immobilitatis Terrae*), si Terrella Magnetica ipso punto suo polari collocetur in subere, ita ut alter polus Magnetis respiciat Nadir, seu Centrum Terrae, alter Zenith; suber autem in aqua libretur: certas ¹⁶⁹

8 ex A¹ ändert Hrsg.

1 Hypothesin meam: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova (Theoria motus concreti)*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40). 3 sribit: N. 62, 77, 82, 83. 3-13 opus . . . gyrat: O. VON GUERICKE, *Experimenta nova (ut vocantur) Magdeburgica de vacuo spatio*, Amsterdam 1672. 11 f. Globum . . . Sulphureum: vgl. N. 84. 14 binae . . . meae: N. 64 und ein nicht gefundener Brief an Oldenburg vom 20. Juni 1671. Oldenburg beantwortete beide Briefe mit N. 81. 15 missae a me: N. 68. 21 C. WREN, *Generatio corporis cylindroidis hyperbolici, elaborandis lentibus hyperbolicis accommodati*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 48, 21. Juni 1669, S. 961 f. 21 Dusonii: vgl. *Philosophical Transactions*, Nr. 7, 4. Dezember 1665, S. 119 f.: *Of Monsieur de Sons progress in working parabolic glasses*. 25 f. Exposui . . . praecedentibus: s. N. 46, 57, 64.

Terrellae partes in Septentrimonem, certas in meridiem sine ulla declinatione dispositum iri; ac proinde designari posse in Terrella Meridianum quendam, qui ubique monstret Meridianum loci sine ulla, ut dixi, declinatione: Quasi scilicet declinatio Magnetica in solo polo ejus hospitetur, quo nunc fixo reddito, ut unum perpetuo mundi punctum, nimirum centrum Terrae, 5 praecise respicere cogatur, caeteras etiam magnetis partes praecise respicere certas mundi plagas. Meminit etiam hujus Experimenti, sed, ut solet, sine nomine Inventoris, Cartesius in Princip. Philos. part. 4. Artic. 145. inter caetera magnetica phaenomena ibi recensita n. 21; dubitat tamen, an omnis omnino absit declinatio, et rationem reddere conatur artic. 271. Non dubito, quin Mercator, Powerus, Henricus Philippi, aliquie apud vos insignes 10 Magnetici hoc Experimentum sumpserint, quorum judicia si ad me pervenire ficeris, magnum in me beneficium contuleris.

Unum superest, quod bona tua venia quaero: Scis, Illustrem Boylium multa Experimenta sumpsisse in Recipiente exhausto; sed in iis quae edita sunt, non potui observare, tentatum ab eo unquam discriminem inter Refractionem Aëris communis et exhausti. Si vel 15 ipse, vel celeberrimus Hookius, vel alius eruditorum vestrorum aliquid certi de eo argumento comperit, fac, queso, ut id ad me perveniat. Quod restat, vale faveque; si qua in re servire possum, audacter impone, ac rescribe

Francofurti

15/25 Octobris 1671.

Cultori Tuo
Gottfredu Guilielmo Leibnitio.

20 87. LEIBNIZ AN ANTOINE ARNAULD

[Mainz, Anfang November 1671.]

Überlieferung:

- A Abschrift des verschollenen Konzepts (von der Hand eines Schreibers von Gruber): LBr 16, Bl. 1–14. 14 Bl. 2°. 27 1/2 S.
 25 E¹ GROTEFEND, *Briefwechsel*, 1846, S. 137–153.
 E² FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 390 (Teildruck).
 E³ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 68–82.
 E⁴ II, 1 (1926) N. 87.
 Übersetzungen:
 30 1. ÉMERY, *Exposition*, 1819, S. 412–426 (Teilübers. nach einer weiteren – verschollenen – Abschrift des Konzepts, mit Zitaten des Originaltextes). – 2. THOUVEREZ, *Discours de métaphysique*, Paris 1910, S. 151–156. – 3. PRENANT, *Oeuvres choisies*, [1940], S. 30–35 (Teilübers.). – 4. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 229–233 (Teilübers.). –

9 Mercator: vgl. N. MERCATOR, *Certain Problems Touching some Points of Navigation*, in *Philosophical Transactions*, Nr. 13, 4. Juni 1666, S. 215–218. 9 Powerus: vgl. H. POWER, *Experimental Philosophy*, London 1664. 9 Philippi: vgl. H. PHILIPPES, *The advancement of the art of navigation*, London 1657.

5. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 2. Aufl. 1969, S. 148–150 (Teilübers.). – 6. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, S. 106–111 (Teilübers.). – 7. VIOLETTE, *Lettres et Opuscules*, 1985, S. 99–103 (Teilübers.).

Dieser erste Brief von Leibniz an Arnauld blieb ohne Antwort. Vermittelt über den Landgrafen Ernst von Hessen-Rheinfels, nimmt Leibniz erst 1686 – im Zusammenhang mit seiner Ausarbeitung des *Discours de métaphysique* – erneut den Briefwechsel mit Arnauld wieder auf. 5

Der Brief wurde vermutlich über J. Chr. von Boineburg, den kurmainzischen Geheimen Rat, und L. du Fresne, den kurmainzischen Residenten in Paris, an Arnauld übermittelt (vgl. I, 1 N. 168, S. 245 f.). Du Fresne schreibt am 27. November 1671 an Boineburg, daß er wegen Arnaulds Reise aufs Land noch nicht dessen Reaktion auf Leibniz' im Brief geäußerte Gedanken (»les pensées de ce merveilleux Saxon«) habe erhalten 10 können (GRUBER, *Commerc. Epist. Leibn.*, S. 1380). Der Brief muß also vor diesem Datum geschrieben worden sein. Boineburg ist gerade erst (»commodum«) von einem Besuch beim Landgrafen Ernst aus Rheinfels zurückgekehrt, wohin er vermutlich nach der Genesung von einer Grippe (Boineburg an Boeckler, 30. Oktober 1671, HAMBURG, *Staats- und Universitätsbibliothek*, Sup. ep. 21, 205) gereist war. Landgraf Ernst selbst ist am 11. November in Mainz (Boineburg an Boeckler, 11. November 1671, HAMBURG, *Staats- und Universitätsbibliothek*, 15 Sup. ep. 21, 208). Daher dürfte der Brief noch vor dem 11. November, aber nach dem 30. Oktober, also Anfang November 1671 abgefaßt worden sein. 15

Abfertigung und Konzept des Briefs sind verschollen. Außer der im Auftrag von Gruber erstellten Abschrift A ist 1804 im Auftrag des in Hannover kommandierenden französischen Generals Édouard-Adolphe-Casimir-Joseph Mortier (1768–1835) eine (heute verschollene) Abschrift der gesamten Korrespondenz, darunter auch des Konzepts unseres Briefs, für einen Pariser Gelehrten (wohl J. A. Émery) angefertigt worden. Zugleich wurde ihm das (seitdem verschollene) lateinische Original (des Konzepts), zusammen mit einem (ebenfalls verschollenen und in keiner Abschrift mehr vorhandenen) kleinen französischen »Komplimenten-Briefe« überreicht. Darauf weist der damalige Bibliothekar in Hannover, J. G. H. Feder, hin (auf einem Beiblatt zu LBr 16; vgl. FEDER, *Comm. Epist.*, 1805, S. 277). Émery scheinen nur die von Mortier veranlaßten Abschriften vorgelegen zu haben (vgl. GARNIER U. ÉMERY, *Exposition*, 1819, Vorwort). 25

|| Illustri Viro Antonio Arnaldo
Gotfredus Guilielmus Leibnitius S.P.D.

:169

Quamquam ignoti hominis ad te literas non admodum miras novasque tibi visum iri credam, sueta magnis viris facilitate condonandi quicquid hic liberius peccatur; exponenda 30 tamen scribendi occasio ratioque est. Nimirum cum nuper illustrissimum Baronem Boineburgum ex more adiissem, virum egregie gestarum publice privatimque rerum fama inclytis negotiis innutritum et tamen admirabili eruditionis vastitate ita admirabilem, ut etiam his pudorem incutiat, qui tota vita nihil aliud egerunt, tum confirmatissimi judicii, quo ille, si || 170 quisquam, saporem eloquentiae et sublimitatis veterum in recentiorum scriptis, quorum eum 35 pene nihil fugit, dignoscere solet, denique religionis ac pietatis zelo ardentissimum, nec tantum malorum publicorum emendationem otiose optantem, sed et cogitationes, consilia, facta in id

32 f. virum (1) admirabili eruditionis ita admirabiliori vastitate (2) egregie . . . admirabilem A

170

omne conferentem, quo augeri unitas foris, domi eradicari corruptelae possint: hunc ergo cum adiisset nuper, continuo tui injecta mentio est. Et commodum tunc redierat a Serenissimo Principe Ernesto, Hassiae Landgrafio, a colloquio tuo recente: vix etiam literas acceperat ab Amplissimo Fraxineo,¹ quibus propioris notitiae occasionem apud te sibi aperiri vehementer laetabatur, expleturus imposterum uberior eam sitim, qua eum inhiare memini scriptis tuis, quoties vel tenuis novorum a te operum fama advolavit. Haec agitantes mox, ut fit, ad Eucharisticos tuos labores delapsi sumus, quibus mysterii veritas, atque ut sic dicam, realitas, perpetua Sanctorum Patrum traditione contra significatores asseritur. Et gratulati sumus Ecclesiae, nactae tandem qui repetitis replicationibus insistens nihil respirationis concederet adversariis semel depreensis. Hactenus enim raro stataria pugna inita est; sed desultoriis tantum velitationibus exitu caritatis certatum esse videbatur. Tum ego: non dubitare me, quin depulsa a te adversaria pars gloriatione illa de consensu veterum, receptura se sit ad Triarios suos, hactenus non satis victos, id est argumenta impossibilitatis, quibus solis labantem aciem significationum etiam contra omnium seculorum gentiumque Christianarum consensum se putant sustinere posse, et tropos ubique potius quam absurditates ferendas clamant putantes seu majus seipso (idem enim corpus esse in multis locis) corpus datum esse, [seu] sub quantitate alterius minoris, id est, omnibus suis partibus servatis, minus seipso, cum tamen recentioribus pene persuasum sit in extensione seu quantitate corporis essentiam consistere. Retentis omnibus qualitatibus substantiam mutari, cum tamen acutioribus philosophis videatur formam substantialem a qualitatibus sola ad sensum relatione differre; ut figura urbis vera, ex turri media despecta, ab apparentibus infinitis variantibus, prout plaga est unde extrinsecus aspicitur. Rem mutari in aliam rem, materia tamen eadem manente nulla, cum tamen hoc non sit mutari, sed exstincto vetere creari novum. Rem mutari non tantum in novam speciem, sed et inaudita ante ratione in novum individuum, cum tamen mutari sit transitus ejusdem ex statu in statum. Imo rem mutari in rem jam existentem, cum tamen mutari sit finis unius et initium alterius, ac proinde id, quod jam est, fieri ex alio. Hoc amplius idem fieri ex multis diversis, totum ex singulis, atque ita multis in ipsum mutatis non augeri, ac perinde esse ac si non nisi unum eorum receperisset, id est, tantumdem fieri ex toto et ex parte, ac proinde totum parti aequale esse; denique jactari mutationes, easque substantiales, nec tamen quid rei actum sit, quae vis, quis effectus subsit, quid illud reale sit in hostia, cur corpus Christi appelletur potius, quam panis alias quivis, cui per omnia similis est, nisi quod alio nomine honoretur, dici posse. Haec illi, iisque duriora: quibus || optandum est exarmari posse. Addidi, duo hominum genera esse, quibus persuadendum sit. Alios enim, praesertim in rebus ab usu vitae communis remotis,

171

¹ Am Rande: du Fresno

2 redierat: vgl. I, 1 S. 246.3.

autoritate duci, acriorem inquisitionem in interiora rerum aliis transscribentes. In hoc nihil [gravius] vetustatis testimonii, gentium consensu. Alios proprio ingenio philosophari: nolle ferre, nisi quae clare distinque percipi possunt; multo minus vero ea, quae quanto explicantur magis, tanto implicantur magis: odisse omnia illa vocabula, aut nihil significantia, aut inexplicata, quibus inania teguntur. His persuasum esse, veteres, maximam partem philosophiae expertes, magnam partem etiam osores, rhetoricationibus indulsisse, ut mysteria fidei redderent plebi admirabiliora: inde paullatim phrases in dogma transiisse; posteriores Scholasticos, amissa dicendi ratione, in miras speculationes conversos, peperisse nobis philosophiam illam nugacem, nemini intellectam, magnam partem sola transsubstantiatione defensam, aut soli illi defendendae comparatam. Talia Baconum, Hobbeum, autorem libri horribilis nuperi *de libertate philosophandi*, ingenti magnorum suae sectae virorum plausu, induxisse; et mirum esse, quam eos confirmarit Cartesii philosophia, tanto ab ipsis assensu recepta, tum quod accurata, tum quod Romanae Ecclesiae inconciliabilis videretur. Nam qui credit, essentiam corporis consistere in extensione, credetne unquam corpus alienam extensionem subire posse, servata substantia sua? Unde omnes Cartesii in contrarium protestationes simulatas et facto contrarias credi: idem Societatis Jesu ac plerorumque ordinum de Cartesio judicium esse; Cartesii philosophiam ab iis pro peste religionis sua haberi; hoc ab adversa parte pro argumento falsitatis arripi; suspectam enim religionem esse, quae ab ipsa vocabulorum explicatione abhorreat; quae examen sui, quae eam philosophiam oderit, inter cujus prima principia est nihil admittendum esse, nisi quod clare distinque percipiatur. Seculum philosophicum oriri, quo cura acrior veritatis extra scholas etiam in viros Reipublicae natos diffundatur; his nisi satisfiat, desperatam religionis veram propagationem esse; magnam conversionum partem fore palliatam; nihil efficacius esse ad confirmandum Atheismum, aut certe Naturalismum invalescentem, et subruendam a fundamento jam pene apud multos et magnos sed malos homines labascentem religionis Christianae fidem, quam ab una parte mysteria fidei a Christianis omnibus semper credita esse probare, ab altera parte certis rectae rationis demonstrationibus nugarum convinci: multos intra Ecclesiam ipsis haereticis acriores hostes esse; metuendum esse, ne haeresium ultima sit, si non Atheismus, saltem Naturalismus publicatus et Mahumetanismus, cui parum admodum dogmatis, nec fere nisi ritus superaddi, ac vel ideo totum pene Orientem occupavit. Huic valde accedere Socinianos, qui nunc per Britanniam et Germaniam interiorem caput erigant, et pene quicquid magnorum ingeniorum est subtiliter occupent. Cum his hostibus configendum nobis esse, quibus ludus est objecta philosophia sua etiam irridere veterum simplicitatem. Te pene unum me nosse, ex quo Paschali excidimus, qui in utroque campo configere possit; || qui eruditione pariter et sapientia, rarissimo connubio, polleat; documento esse Artem illam *cogitandi*, libellum magnae profunditatis, cuius quisquis autor sit, ex vestra

10 f. libri . . . *philosophandi*: B. DE SPINOZA, *Tractatus theologico-politicus*, 1670. 35 Artem illam *cogitandi*: A. ARNAULD u. P. NICOLE, [anonym], *La Logique ou l'art de penser*, Paris 1662 u.ö.; Paris 1668.

certe schola esse. Subjeci: multa mihi in eandem rem cogitata esse, et in primis de Eucharistia habere, quae ad tanti momenti negotium magnopere pertinere putem. Tum vero illustrissimus Boineburgius, qui meminerat, quae a me aliquot abhinc annis jam de demonstranda mysteriorum fidei in primis Eucharistiae possibilitate proposita erant, atque ipsi tunc non mediocriter 5 placuerant, hortari impense coepit, ne hanc occasionem perderem scribendi tibi: curationem literarum in se recepit. Ego ejus autoritate motus, tuae autem fidei ac virtutis securus, has quas vides, ad te literas dedi: quarum prolixitatem ipsa rerum tractandarum natura apud te spero excusabit. Et nunc, si pateris, de studiorum meorum ratione paulo altius exordiendum est.

Ego inter tot distractiones vix alteri me argumento vehementius incubuisse arbitror,
 10 quantulocunque tractu hujus vitae meae, quam quod me securum redderet de futura, et hanc unam mihi multo maximam fuisse fateor etiam philosophandi causam; tulisse me vero prae-
 15 mium non contemnendum, quietem mentis, ac profiteri posse, demonstrata a me nonnulla, quae hactenus aut credebantur tantum, aut etiam, etsi magni momenti, ignorabantur. Videbam, Geometriam, seu philosophiam de loco, gradum struere ad philosophiam de motu seu corpore,
 20 et philosophiam de motu ad scientiam de mente. De motu ergo demonstratae sunt a me aliquot propositiones magni momenti: ex quibus nominabo hoc loco duas: primo, nullam esse cohae-
 25 sionem seu consistentiam quiescentis, contra quam Cartesio visum est, ac proinde, quicquid quiescat, quantulocunque motu impelli et dividi posse. Quam propositionem postea longius produxi, et inveni, corpus quiescens nullum esse, nec a spatio vacuo differre. Unde consequitur
 30 demonstratio Hypotheseos Copernicanae, multaque alia nova in scientia naturali. Altera est, omnem motum in pleno esse circularem homocentricum, nec posse intelligi in mundo motus rectilineos, spirales, ellipticos, ovales; imo nec circulares diversorum centrorum, nisi admissos
 vacuo. De aliis hoc loco dicere nihil necesse est. Has autem ideo memoro, quia ex iis sequitur
 173 aliquid utile praesenti instituto. Ex posteriore, corporis essentiam non consistere in extensione,
 id est, magnitudine et figura, quia spatium vacuum a corpore diversum esse necesse est; cum
 tamen sit extensem. Ex priore, essentiam corporis potius consistere in motu, cum spatii notio
 magnitudine et figura, id est, extensione absolvatur. In Geometria demonstravi propositiones
 quasdam fundamentales, quibus Geometria indivisibilium, id est, fons inventionum ac demon-
 strationum nititur, nimirum, omne punctum esse spatium minus quovis dato; esse partes puncti,
 sed indistantes; nec proinde Euclidem falli de partibus extensionis loquentem; nulla esse
 indivisibilia, esse tamen inextensa; esse punctum puncto majus, sed in ratione minore, quam
 quae exponi potest, seu ad sensibilem quamcunque [magnitudinem] infinita; angulum esse
 quantitatem puncti. Addidi ex phoronemia indivisibilium, quietis ad motum non || esse rati-

32 magnitudinem *erg. Hrsg. nach VI*, 2 S. 265.2–4

3 aliquot abhinc annis: vgl. VI, 1 N. 15₁₋₃ (1668 ?).

onem, quae est puncti ad spatium, sed quae nullius ad unum; conatum ad motum esse ut punctum ad spatium; posse in eodem corpore plures simul conatus, sed non motus contrarios esse; unum corporis moti punctum tempore conatus [seu minore quam], quod dari potest, esse in pluribus locis seu punctis spatii, seu parte spatii se majore; quod movetur, nunquam in uno loco esse, ne instanti quidem de tempore infinito; si corpus conetur in corpus, esse ambo in initio penetrationis seu unionis, seu extrema eorum unum esse, ut continuum definit Aristoteles [Ὥν] τὰ ἔσχατα ἐν. Hinc ea corpora omnia solaque cohaerere, quae se premant. Esse quasdam etiam instantis partes seu signa, idque intelligi posse ex motu continue accelerato, qui cum quolibet instanti ac proinde ab initio crescat; crescere autem apponat prius et posterius, necessario in instanti dato signum unum alio prius esse, sed sine extensione, id est, ea signorum distantia, cuius ratio ad quantumcumque tempus sensibile sit major quavis data, seu quae puncti ad lineam. Ex his porro propositionibus cepi fructum ingentem, non tantum in demonstrandis motus legibus, sed et in doctrina de mente. Cum enim sit a me demonstratum, locum verum mentis nostrae esse punctum quoddam seu centrum; ex eo deduxi consequentias quasdam mirabiles de mentis incorruptibilitate, de impossibilitate quiescendi a cogitando, de impossibilitate obliviscendi, de vera atque intima differentia inter motum et cogitationem; cogitationem consistere in conatu, ut corpus in motu. Omne corpus intelligi posse mentem momentaneam, sed carentem recordatione; conatum omnem in corporibus quoad determinationem esse indestrutibilem, in mente etiam quoad gradum velocitatis; ut corpus in motuum tractu, ita mentem in conatum harmonia consistere; motum corporis praesentem oriri ex praecedentium conatum compositione; conatum mentis praesentem, id est voluntatem ex compositione harmoniarum praecedentium in unam novam seu voluptate, cuius harmoniam si quid aliud conatu impresso turbat, facit dolorem: quaque alia multa spero me demonstraturum in iis, quae molior, *Elementis de Mente*. Unde nonnihil lucis promittere ausim defensioni mysteriorum Trinitatis, Incarnationis, Praedestinationis, et, de qua postremum dicturus sum, Eucharistiae. Nam et rem moralem et juris atque aequi fundamenta paulo certius clariusque solito constituere conari, ipsum me vitae genus jussit. Praeter enim *Nucleum Legum Romanarum*, [qui] ipsis earum verbis breviter et ordinate exhibeat velut novo quodam specimine *Edicti perpetui* novi, quicquid toto corpore vere lex, vere novum dispositivumque est, et nunc quoque vim habere potest, et *Elementa Romani juris* brevi tabula uno sub obtutu comprehendentia regulas paucas et claras, quarum combinatione omnes casus solvi possunt, ac denique novas contrahendorum processuum rationes, quibus nescio an uspiam propositae sint expeditiores, efficaciores, intimores, atque ut sic dicam oīkeiōterpoi: praeter haec, inquam, *Elementa juris naturalis* brevi

3 sui nonnunquam A ändert Hrsg. nach VI, 2 S. 265.24. 7 οὖ A ändert Hrsg. 27 quae A ändert Hrsg.

7 [Ὥν] . . . ἐν: ARISTOTELES, *Physica* VI, 1, 231 a 22. 13 f. a me demonstratum: vgl. VI, 1 S. 535.
18 momentaneam, sed: in VI, 2 S. 266.16: momentaneam, seu. 23 f. *Elementis de Mente*: vgl. VI, 2 N. 42₁₋₆. 27-30 *Nucleum . . . juris*: vgl. VI, 2 N. 30. 33 *Elementa juris naturalis*: vgl. VI, 1 N. 12.

libello complecti cogito, quibus omnia ex solis definitionibus demonstrantur. Virum bonum enim, seu justum, definio, qui amat omnes. Amorem || voluptatem ex felicitate aliena, dolorem ex infelicitate aliena. Felicitatem voluptatem sine dolore; voluptatem sensum harmoniae; dolorem sensum inconcinnitatis. Sensum cogitationem cum voluntate seu conatu agendi. Harmoniam diversitatem identitatem compensatam. Utique enim delectat nos varietas, sed reducta in unitatem. Hinc omnia juris et aequi theorematum deduco. Licitum enim est, quod viro bono possibile est. Debitum sit, quod viro bono necessarium est. Hinc appetet, justum, amantem omnes, tam necessario conari juvare omnes, etiam cum non potest, quam lapis descendere, etiam cum pendet. Ostendo, omnem obligationem summo conatu absolvit: idem esse amare omnes et amare Deum, sedem harmoniae universalis; imo idem esse vere amare, seu sapientem esse, et Deum super omnia amare, id est, omnes amare, id est, justum esse. Si plures juvandi sibi obstant, praferendum esse unde sequatur bonum in summa majus: hinc in casu concursus, caeteris paribus, meliorem, id est, publici amantiorem. Nam quod in hunc conferetur, multiplicabitur reflexione in multos, ac proinde hunc juvando juvabuntur plures; imo in universum, caeteris paribus, praferendum, qui jam tum melius habet. Ostendetur enim, juvare non additionis, sed multiplicationis rationem habere. Jam si duo numeri, alter altero major, per eundem multiplicentur, plus addet multiplicatio ad majorem. 5 mult. per 2 fac. 10 mult. per 2 fac. 20, 6 mult. per 2 fac. 12 mult. per 2 fac. 24: patet, accessionem ad 5 esse 15, ad 6 esse 18. Plus ergo in summa lucratur multiplicando numerum majorem per eundem multiplicatorem: quae differentia inter additionem et multiplicationem magnum etiam habet usum in doctrina justitiae. Juvare autem esse multiplicare, et nocere dividere, ratio est, quia qui juvatur mens est; mens autem omnia omnibus applicare utendo potest, quod est in se invicem ducere seu multiplicare. Fac aliquem esse sapientem ut 3, potentem ut 4: erit tota ejus aestimatio ut 12, non ut 7, nam quovis potentiae gradu sapientia uti potest. Imo in homogeneis, qui centena aureorum nummum millia habet, ditior est, quam sunt centum, quorum quisque habet mille. Nam unio usum facit; ipse lucrabitur etiam quiescendo; illi perdent etiam laborando. Semper ergo praferendus in juvando est, cum par indigentia est, sapientior, et si hoc par videatur, fortunatior; quasi cui Deus faverit. Nam etiam aptum ad sapientiam nasci, fortunae, id est, Dei munus est. Hinc dominium rerum vel a felicitate invenientium, vel industria elaborantium. Etiam possidens praferendus, quasi prior fortuna. Contra in casu concursus duorum ad damnum idem, seu quoties de amittendo nocendoque quaestio est, praferendus is, qui in culpa est, ei, qui in dolo est; et qui in casu seu infortunio est, utrique. Nihil est pene, quod ex his non deducatur. Etiam illud: eum demum principem vere heroëm esse, qui materiam gloriae quaerat in felicitate generis humani. Hujus ergo Praedestinationis doctrinam ex his principiis brevi schediasmate

34 brevi schediasmate: wohl die bisher nicht gefundene, in Leibniz' Brief vom 13. Februar (?) 1671 am Herzog Johann Friedrich von Hannover erwähnte, lateinisch geschriebene *meditation vom freien Willen des Menschen, göttlicher Vorsehung, Glück und Unglück und Versehen oder Schickung, Gnadenwahl ...*, die Boineburg zuvor dem Herzog übersandt hatte (N. 42).

complexus sum, curavique, ut a nonnullis omnium partium Theologis per Germaniam insignibus examinaretur, alio scilicet alium, omnibus autorem ignorantibus. Spondetur, quod mireris, consensus || [undecunque]. Scilicet maximae lites certis constitutis definitionibus vocabulorum nulli parti displicitur tolluntur.

Restat ut de Eucharistia dicam. Anni sunt quatuor, quod III. Boineburgio notum est, ex quo in eam rem incubui: demonstrare possibilitatem mysteriorum Eucharistiae, seu, quod idem est, ita explicare, ut perpetua inoffensaque analysi ad prima tandem usque et concessa postulata potentiae divinae perveniamus. Quemadmodum problema tum demum solvisse, seu explicasse modum aliquem possibilem, ac demonstrasse possilitatem, censendus est Geometra, cum vel ad alia problemata, jam soluta, vel ad problemata nulla solutione indigentia, id est, postulata, quae sunt ad problemata, ut axiomata ad theorematha, reduxit. Et hoc tandem mihi videor feliciter confecisse. Cum primum enim a me deprehensum est, essentiam corporis non consistere in extensione, quod putarat Cartesius, vir alioquin sine controversia magnus, sed in motu, ac proinde substantiam corporis seu naturam, etiam Aristotelis definitione consentiente, esse principium motus (quies enim absoluta in corporibus nulla); principium autem motus seu substantiam corporis extensione carere: tum demum lucidissime apparuit, quid distaret substantia speciebus, ac reperta ratio est, qua intelligi Deus clare distinque possit efficere, ut ejusdem corporis substantia sit in multis locis dissitis, vel, quod idem est, sub multis speciebus. Nam hoc quoque ostendetur, quod nemini in mentem venit, Transsubstantiationem et multipraesentiam realem in ultima Analyti non differre; nec corpus aliter in multis locis dissitis esse posse, quam ut substantia sua sub diversis speciebus intelligatur. Sola enim substantia ejus extensioni ac proinde (ut distinque ostendetur ubi quod hoc rei sit, substantia corporis, explicabitur) loci conditionibus subjecta non est: nec proinde Transsubstantiationem, ut cautissima phrasim a Concilio Tridentino expressa, et a me ex D. Thoma illustrata est, contradicere Confessioni Augustanae; imo ex ea sequi. Nec nisi in summa quaestionem superesse inter has duas partes, an sive praesentia realis, sive transsubstantiatio, quas ostendam in se

175

3 undicunque A ändert Hrsg. 11 theorematha, | id est postulata, streicht Hrsg. | reduxit. A

5 f. Anni . . . Eucharistiae: s. S. 278.3, vgl. VI, 1 N. 15. 24 cautissima phrasim: »Quoniam autem Christus, redemptor noster, corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit: ideo persuasum semper in ecclesia Dei fuit idque nunc denuo sancta haec synodus declarat, per consecrationem panis in substantiam corporis Christi domini nostri et totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenientes et proprie a sancta catholica ecclesia transsubstantiatio est appellata.« *Acta Concilii Tridentini*, Paris 1546, Sessio XIII, cap. 4. (DENZINGER, *Enchiridion*, Nr. 1642). 24 a me illustrata: vgl. VI, 1 N. 15. 24 ex D. Thoma: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, III, qu. 75 art. 4 c. 25 Confessioni Augustanae: vgl. *Confessio Augustana* (1530), art. X: »De coena Domini docent, quod corpus et sanguis Christi vere adsint et distribuantur vescentibus in coena Domini« und *Apologia Confessionis*, art. X: »quod in coena Domini vere et substantialiter adsint corpus et sanguis Christi et vere exhibeantur cum illis rebus, quae videntur, pane et vino, his qui sacramentum accipiunt«.

invicem contineri, sint instantaneae, nec durent nisi momento usus seu sumptionis, ut docet Confessio Augustana; an vero coeptae tempore consecrationis durent usque ad tempus corruptionis specierum, ut tradit Ecclesia Romana? Quae controversia nihil pertinet ad rem praesentem: Nam utraque sententia aequa possibilis est: neque enim duratio per se variat rei naturam, et 5 utram Deus voluerit, ex scripturae sacrae autoritate et Ecclesiae traditione definiendum est: qua quaestione definita, etiam illud deciditur, an cultus hostiae debeatur? quae sola controversia practica in hoc negotio superest (neque enim nunc de Communione sub una, aut [altera] specierum natura loquor, quae non attingunt mysterii modum) inter Concilium Tridentinum et Confessionem Augustanam. Nam si non nisi in momento usus corpus Christi adest, adorari 10 hostia, antequam sumta sit, non debet; sumta autem adorari non potest. De ipsa igitur mysterii 176 ratione ac modo, si durationem || adimas, sentiunt idem nescientes. Qua observatione nihil potest cogitari efficacius ad retundendos illos, qui vos, tam in praesentia reali quam transsubstantiatione probanda tuendaque disertiores, cavillantur. Quid autem sit substantia corporis, et quam differat a speciebus, spero a me in tam clara luce positum iri, quam cogitatio aut motus. 15 Subjiciam rem omnem censurae tuae: per te approbatores, per te successum spondeo rei fortasse alicujus momenti, ad augendam reunionem animarum, defendendamque fidem nostram ab insultationibus, quibus hactenus tui fuimus non nisi certaminis detrectatione. Hoc pessulo sublato, quo tot ingeniosi absterrentur, ingens patebit ostium redditus ad unitatem. Caeterum ut paulo plus fidei habeas promissis meis, dicam aliquid de sollicitudine, qua in 20 religionis inquisitione usus sum. Absum sic satis a credulitate. Nihil mihi ipsi, ac, pene dixerim, ne fidei quidem indulsi. Credidi enim, quicquid remittatur in tanti momenti negotio a severitate, esse praevaricationem. Quaesivi studiose, legique sedulo quicunque in fidem nostram acerrimi, aut pro ea felicissimi habentur. Nolui enim me aliquando mihi met negligentiam objicere posse. Consectatus sum, quicquid ubique est novatorum in negotio religionis, ne qua me aut objectio, 25 aut consideratio memorabilis fugere in summa posset. Unde quae Celsus olim, patrum memoria Vaninus, avorum aut proavorum Ochinus, Servetus, Puccius dixere periculosa, fateor nec tamen infelici curiositate excussi. Bodini dialogos, hactenus ineditos, nec si quid pietatis respectus potest, unquam edendos, quos *de Arcanis sublimium inscrispit*, collectoque in unum omnium pene sectarum veneno dialogorum libertate sparsit, legi diligenter. Sed et quae Proclus et 30 Simplicius, Pomponatius et Averroës et caeteri Semichristiani objecere; tum liberiores Christianorum, Lullius, Valla, Pici, Savonarola, Wesselus Groningensis, Trithemius, Vives, Steuchus, Patricius, Mostellus, Naclantus, de Dominis, Paulus Servita, Campanella, Jansenius cum suis, Honor. Fabri, Valerianus M., Thomas Bonartes, Thomas Anglus et alia parte Bibliander, Jordanus Brunus, Acontius, Taurellus, Arminius, Herbertus, Episcopius, Grotius, Calixtus,

28 f. J. BODIN, *Colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis* [Ms.]; vgl. VI, 2 N. 32: Johannes Bodini Colloquium Heptaplomeres [Herbst 1668 – Frühjahr 1669 (?)].

Jorelli, Jo. Valent. Andreae, Hobbes, Claubergius, auctor *philosophiae scripturae interpretis*, auctor *de libertate philosophandi*, qui duo nuper Batavos turbarunt, aliquie innovavere, curiose satis sum persecutus. Socinianorum quoque, quibus cum bene, nemo melius; cum male, nemo pejus, subtilitatem non refugi. Effectumque expertus sum contrarium ei quem metuerant censores. Nihil enim me confirmavit magis, quam quod formidolosa illa vulgo nomina adeo me non dimovissent, ut etiam profundiorum securiorem reddiderint. Scilicet

Et cum fata volunt, bina venena juvant.

Cum enim tot magnorum ingeniorum sublimia cogitata, atque inde lapsus conferrem; saepe mecum admiratus sum providentiam Dei, ita alterum alteri opponentis, ut lector judicious ex his ipsis conficere possit sistema egregiorum documentorum plane admirandum, si eis potissimum locis animum attenderit, quibus Ecclesiae Catholicae traditis conspirant.

|| Restat ut de caeteris studii meis paulo popularioribus, et a sensibus minus abductis apud te nonnulla disseram. De legum judiciorumque ordinatione et juris pariter executionisque seu facti certitudine simul ac brevitate obtinenda delibavi jam tum nonnihil, et aliquando justa Epistola dicam plenius, confidoque, etiam magnorum apud nos virorum judicio ac plausu, 15 allaturum me aliqua non omnino aspernanda. Hypothesin condidi Physicam, quam etiam celebres et magni viri, Angli Italique probarunt supra spem meam, et tanta est ejus facilitas claritasque, ut videatur etiam nonnullis aliquid Hypothesi certius. Non possum quin summam ejus oculis tuis subjiciam. Ante omnia manifestum est, sive Tellus sive Sol moveatur, quamquam alibi demonstrasse actu videar motum Telluris, quia nulla cohaesio seu consistentia, imo nec corporalitas quiescentis, lucem tamen motu diurno circa terram nostram circulari; lucem autem consistere in motu corporis cuiusdam aëre subtilioris, quod aethera vocare liceat. Is motus aetheris duplex est. Nam ab incumbentibus radiis lucis aetherem tum agi ante lucem; tum in latus expandi. Ante lucem ab Oriente in Occidentem per aequatorem et parallelos; in latus ab aequatore versus polos per meridianos. Ex hoc unico tam manifesto, ac pene dixerim necessario, assumto, omnia fere naturae phaenomena deduco, quae ad tria summa capita revoco: gravitatem, elaterem, verticitatem magneticam. Haec ego ex motu aetheris turbato et se restituente oriri ajo: ex his omnia. Nam circulatio aetheris, id est motus sic satis fortis corporis liquidi tenuis removere conatur turbantem, et motus omnis turbatur corporis solidioris crassioresque interpositione. Nam solidum est, cuius partes moventur motu conspirante. Liquidum, 30 solidorum parvorum aggregatum. Hinc si interponatur solidum tenuioribus, aut quod eodem recidit, liquidum crassis, guttae, minores siquidem partes eaeque motae, in solidum, id est non tam facile divisibile in partes tam parvas, impingunt, partes crassiores in varias partes distrahere conabuntur, solidum, proprio motu conspirante, quo velut fornicatum est, obstabit. Turbabitur ergo motus liquidi solitus, cuius cum causa duret, hoc loco Lux, restituere se liquidum cona-

177

1 L. MEYER, [anonym], *Philosophia Scripturae interprets*, [Amsterdam] 1666.
AUSONIUS, *Epigrammata*, carm. 3, v. 11.

7 *Et . . . juvant:*

bitur, ac proinde vel dividere crassius turbans in homogeneam sibi subtilitatem; vel si non possit, movere totum, et vel in aliud locum, vel saltem in aliud situm, quo turbet minus. Ex conatu dividendi oritur vis elastica; ex conatu removendi in locum, ubi turbet minus, id est, ubi motus minus fortis, ac proinde facilius patitur turbantem, seu versus centrum, gravitas; ex 5 conatu in situm commodiorem disponendi, verticitas. Nam aether corpus crassum sibi interpositum vel disjicit, vel dejicit. Disjicit, quoties crassities ejus temporanea est; non proprio motu intestino conspirante fornicata, sed ab externo continente coacta. Hinc aether non disjicit lapidem; at disjicit aërem compressum, arcum tensum, cum primum externum impedimentum removetur. Unde etiam nimis distracta restituuntur, et aër exhaustus non ob solam atmosphae-
 10 rae gravitatem tanta vi in Recipientis Magdeburgicum rursus irrumpt, quia distractio unius est compressio alterius. Si vero disjicere solidum || crassum turbans non potest, dejicit in locum, ubi turbat minus, id est, ubi aetheris motus minus fortis, id est versus centrum. Denique si quid in eodem loco ita libere, tamen fixum sit, ut huc, illuc verti possit; in eum se situm disponet, [quo] motui aetheris minime obstat. Est autem motus aetheris fortissimus, qui lucem directe
 15 sequitur ab Oriente ad Occidentem per parallelos. Lentior est alter obliquus pressionis in latus, per consequentiam tantum genitus, ad polos per meridianos. Hinc corpora tandem post multas agitationes extremitates suas non Orienti atque Occidenti, seu motui aetheris fortiori, neque directe neque oblique valde opponunt ac proinde inter polos collocantur. Quod non tantum de Magneticis, sed et caeteris minus tamen notabiliter verum est. At cur in paucis tantum nota-
 20 biliter? quia uti paucorum corporum, id est perspicuorum tantum, textura radiis lucis aequaliter pervia est, ita pauciora longe corpora sunt, quae utrique simul motui aetheris ab Oriente in Occidentem et a tropicis in Polos accommodarint poros suos. Qualia sunt magnetica tantum. At cur vis Elastica aut descensoria tam fortis est, verticitas tam lenta? quia a penetratione per corporis solidi poros utique varie intortos derivatur, et illic corpus aetheri obstat, sicuti hic in
 25 omni situ quibusdam prominentiis et cavernis congruit, quibusdam obstat, ac tandem post multas reciprocationes ac tentamenta situm invenit minime obstantem. Si quis magnes purus esset, certe fortius circumageretur. Credibile est, posse ex hac hypothesi motus aetherei inveniri aliquando constantes declinationis variae rationes. Sparsa est autem magnetica vis prope per omnia terrae, et in omni limo communi experimento manifesta reddi potest.

30 Porro ex vi elastica pleraque caetera admiranda naturae phaenomena deduco: corpora dura duris impacta ideo tanta vi repercuti arbitror, quod excipiens subito compressum restitutus sese instar arcus relaxati: ab eodem principio motus natura impressi vim, projectorum accelerationem, descensus gravium, librationes penduli chordarumque repeto. Et quod omnium maximum est, viam aperio ad reddendas claras mechanicas rationes subtiliorum naturae actionum
 35 vehementiorum quam pro mole agentis, quorum effectus tantum, sed administrationem non sentimus; quales sunt sympathiae et antipathiae, reactiones, solutiones, fermentationes, pree-

14 quae A ändert Hrsg.

cipitationes, deflagrationes, displosionumque omne genus, quas ego a sola inaequalitate, seu abundantia ac deficiente commixtis et in aequalitatem se restituere conantibus, altero se exonerante, altero sorbente, oriri ajo. Et hoc esse arbitror, quod veteres Chymici dixerunt, ex duobus, masculo et foemina, vel sulphure et Mercurio, imperfecto et plusquam perfecto, et ut recentiores vocant, acido et alcali mixtis, omnes naturae mutationes derivari. Nemo Chymicorum hactenus constantes suorum vocabulorum [definitiones], salis, sulphuris, Mercurii, acidi, amari, austeri, aceti, nitrosi, vitriolati, fixi, volatilis, oleosi, lixiviosi, aromatici, corporis, animae, spiritus, terrae, ignis, aquae, phlegmatis, et tot aliorum nominum dedit, quae nunc expertissimi viri, Sylvius, Willisius aliique, Hippocratis ipsius exemplo in methodum medendi ita magno || 179 successu introducunt, ut ab his clavis Medicinae pendere videatur. Ausim tamen dicere, vix unum eorum in his explicandis secum ipso consentire. Unde nihil pene hactenus superstructum solidi tot praeclaris experimentis Chymicis est. Ego vero videor reperisse quasdam ac pene dixerim necessarias notiones, quae Mechanicam physicae, rationem experientiae connectant, quae ab abstractis motus legibus transitum ad concreta corporum phaenomena faciant, quae, si experimentorum copia et ordinatio accedat, sufficient explicandis omnibus varietatibus naturae rerum. Hoc enim semel posito ac prope demonstrato, certe experientia aëris compressi et exhausti confirmato, reactionum causam esse inaequalitatem, seu nimium et parum liquidi dati, aquae, aëris, aetheris in vase dato (neque enim vacuo hic utor, cum sufficiat pro nimio tenuioris parum crassioris, et contra; tenue autem [et] crassum, seu rarum et densum, non vacuo intersperso, sed motu partium differre. Cum enim liquidum sit, quod habet in se motum varium; 20 solidum vero, quod conspirantem: necesse est, liquidum esse multorum solidorum varie motorum aggregatum, quae solida sigillatim sumta, quanto majora sunt, globosque aut gyros ampliores constituunt, tanto corpus est crassius seu difficilius subdividi potest): jam manifestum est, omnes varietates aut vasis continentis, aut liquidi contenti statu absolvit. Vas enim varie figuratum, magnum aut parvum, capax aut angustum, latera tenuia aut crassa esse; liquidum 25 autem tenue aut crassum, multum aut paucum. Clausa autem vasa sunt, ipso fluxu conspirante, fermentatio, praecipitatio, solutio, reactio, dum homogeneis intersunt. Omnis enim fluxus bullitio, id est, perpetua bullarum nascentium et evanescientium catena est. Totus Globus noster in perpetuo fluxu a luce constituitur instar metalli, quod vocant artifices, in forma vitraria fluentis. Tunc spiritu corporibus, caelo terra varie intercepto, bullis varie inflatis figuratisque, 30 tot varietates vasorum velut vitreorum minutissimorum, aetheris motu liquefaciente in perpetuae agitationis fluxu constitutorum, ipsa motus celeritate egressum consecutorum praevertentium, ac fluxu suo et transformatione continua sua sibi orificia occludentium, nasci necesse est. At cum heterogeneum injicitur, quemadmodum cum artis probatoriae magistri metallis igne fluentibus pulveres Regulorum praecipitatorios (*Niederschläge*) immittunt; tum vero turbari 35 fluxum, orificia mutuo aperiri, et, si vasa contentorum ratione inaequalia sunt, alterum sorbere,

19 aut A ändert Hrsg.

180

alterum exonerari. Hinc mira, at tamen certa deduxi, quaedam corpora simul acida et alcalina esse, si diversis conferantur, nec sequi ex reactione perfectam satiationem, id est, quietem, sed potius dissilire vasa in alcalia acidaque minora; contra ex multis minoribus vasis lenta naturae operatione rursus concrescere majora, prorsus ut duae bullae aquae consistentioris, qualis est saponata, sibi collisa, nisi diffingantur, coëunt in unam majorem, et idem facere globulos argenti vivi plures sibi appropinquantes. Et in hoc consistere circulum generationis et corruptionis. Quin imo si a certis ratiocinationibus aliquid conjecturarum phaenomenis nondum hactenus a quoquam satis excussis miscere fas est, ignem || primum acidum, aquam primum alcali esse, id est, ignem compressum, aquam exhaustam, aërem esse aquam subtilem, ut lucem ignem subtilem. Hinc ignem a centro ad circumferentiam agere, frigus contra; ignem, qua compressum, dispergere et rarefacere, calefacere et lucere; aquam contrahere, densare, obscurare ac frigerare; terram, id est, vitrum basin seu vasa omnibus praebere; sulphur et nitrum sibi quod ignem et aquam esse, id est, acida et alcalia proportionata. Quod enim alia alcalia aliis acidis solvendis, irritandis, praecipitandis apta sint, id a proportione bullarum oriri. Idem mechanice Recipientium Magdeburgicorum exemplo probari potest. Virtutem illam quorundam corporum insipidorum, et si sensibus primis judicandum esset, inutilium, salis Tartari, Antimonii diaphoretici, lapidis Bezoardici, oculorum cancerinorum, salis amoniaci, cornu cervi, verbo, alcalium fixorum et volatilium, ab ipsa illa inanitate densos, compressos, viscidos humores corporis nostri absorbendo exoneratura, sudorem, perspirationemque datura, peti debere, constat. Ut verbo dicam, sententia haec mea nonnullis Medicis ingeniosis ita facilis et lucida videtur, ut sequi eam, et applicare particularibus sibi serio proposuerint: nec dubito, plures, cum primum percepient, probaturos.

Sunt etiam mihi reperta quaedam, quorum usus ipsis sensibus incurrere possit. Habeo demonstrationem Opticam, de vitanda omni radiorum confusione, quantacunque etiam fiat apertura vitrorum: item de ratione colligendi, non omnes quidem, plures tamen radios in unum punctum, quam nunc solet. Habeo Machinas duas designatas: alteram Arithmeticae, alteram Geometriae provehendae. Illa, utcunque portatilis, hoc efficit, ut in maximis numeris additio, subtractio, multiplicatio, divisio, pene sine [ullo] labore animi, sponte machinae peragantur: altera aperiet rationem novam aequationes Analyticas et figurarum proportiones transformationesque sine tabulis, sine calculo, sine delineationibus, per machinam determinandi, et perficiendi Geometriam, quantum opus est, ad usum vitae. Nam, ut quod res est dicam, Trisectione Anguli, aut quadratura circuli, aliorumque id genus problematum solutione nec indigemus. Sunt enim ad usum vitae soluta tam accurate, ut in potestate nostra sit, quantum errare velimus. Hoc si ad omnes figuræ cogitabiles transtulerimus, non video quid possit ad usum desiderari.

Caetera mea memorare nihil attinet. Sunt enim ex iis nonnulla, quae temeraria promissu videri possunt, nisi eodem momento praestentur. Unum addo, incidisse me in modum com-

28 pene, | sine erg. | nullo A ändert Hrsg.

primendi aëris plus centies, ut minimum dicam, quam nunc possumus. Unde, [quantam] vim elasticam oriri necesse sit, aestimari potest. De his aliquando mihi coram loquendi tecum copiam datum iri spero. Ita enim serio sentio, nec opinor solus, eam esse doctrinam et autoritatem tuam, ut ad provehendos eorum conatus, qui se publico profectui impendunt, non temere alias reperiri possit te, et ad dignoscendum accuratior, et ad commendandum efficacior. 5 Et me spero proponere nonnulla posse, unde aliqua scientiis incrementa, et ad || felicitatem humanam, ad rei medicae certitudinem haud paulo majorem, cuius nunc deplorandam perturbationem non Reges minus quam plebs luunt, ad mechanicam facilitatem, ad vindicationem religionis, notitiamque Dei et mentis aliquanto profundiorem proficiisci [accessus] possit.

Prolixitat literarum, praesertim primarum, irasperetur fortasse, aut illuderet alius. De te, id 10 est, viro sapiente et unumquodque suis ponderibus modulisque aestimante, aliud mihi persuasum est: qui scis, de tot rebus in hoc spatio nihil nimium dici potuisse, nec eos omnes vanos ac temerarios esse, qui multa simul afferunt. Sed caetera mittam. Unum opto, ut de Eucharistico saltem proposito discere liceat aliquot lineis sententiam tuam. Sunt tibi etiam amici interiores, quibus uti possis. Caeterum ad alterius cujusquam manus pervenire literas meas, ubi suspicio 15 vel minima esse posset, multo magis autem describi, etiam atque etiam deprecor. Neque enim talia nisi virtutis fideique tuae fiducia scripserim. Quod restat, vale, vir Illustris, famaque ipsa tua, quam egregiis de publico meritis nactus es, diu superstes fruere, faveque mihi denique,

Cultori Virtutum Tuarum devotissimo,

G. G. L. L.

181

88. LEIBNIZ AN PIERRE DE CARCAVY

20

[Anfang November 1671.] [74.94.]

Überlieferung:

L Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 143, Bl. 11. 1 Bl. 2°. 2 S.
E II, 1 (1926) N. 88.

Unser Brief war Beischluß zu einem Brief von Leibniz an Ferrand wohl von Anfang November 1671, der 25 seinerseits auf einen Brief Ferrands an Leibniz vom 11. September 1671 antwortete. Diesem Brief von Ferrand lag wohl auch das nicht gefundene Schreiben Carcavys bei, auf das unser Brief antwortet. Wie aus dem Anfang unseres Briefes hervorgeht, muß die nicht gefundene Abfertigung umfangreicher gewesen sein als der uns vorliegende Auszug.

1 quanta in A ändert Hrsg. 9 accessum A ändert Hrsg.

:181

|| Ad Carcavium.

Quam nunc subjicio Epistolae partem a praecedentibus separatam esse volo, nec cuiquam facile communicari peto, agam enim de quibusdam ad rem meam privatam pertinentibus bona tamen venia tua. Paulo ante Tibi commendaveram Bibliopolas ac Machinopolas, nunc cres-
 5 cente audacia me quoque. Video vos non tantum curiosos esse, sed et ad egregia et magna aspirare artiumque et scientiarum augmenta animo complecti, animante institutum tam praeclarum magno COLBERTO aptissimo MAXIMI REGIS ad veram gloriam ministro. Et vero quid magis ad Rempublicam pertinere potest quam augere in potentia et felicitate humana etiam suam? Medicinam hactenus aut nullam aut certe prope Empiricam tantum habuimus: oritur Lux
 10 nova, sed sparsa et dubia et crepuscularis, qualem scriptores sacri in Genesin ajunt fuisse lucem primae diei antequam in solem colligeretur. Ingens adest materia sciendi, et velut sylva caedua, sed unitas harmonici corresponsus operariorum deest ad structuram. Etiam quae Anglorum Societas hactenus egit, in se magna, sed comparatione eorum quae in potestate nostra essent, si satis vellemus, exigua sunt. Et ego vobis servata credo quoties excelsum animum Regis Vestri
 15 mihi propono, qui si, ut coepit, emendandis rebus humanis institerit, sacram reddet memoriam sui generi humano. Vincetis non Anglos tantum, || sed omnes, *si vous voulez faire un effort un peu plus noble, digne de vostre grandeur, et d'un Roy qui cherche sa gloire par le bonheur du genre humain.*

182

Sed quorsum haec, inquies? Dicam. Agitantibus tam praeclara et late patentia quodam commercii genere opus est, ubique et inventa et experimenta, et quod omnium horum caput est, ingenia eximia nascuntur. Inter artis Mercatoriaie summa capita est rudem aliorum materiam subtiliter in se transferre et excolere per artifia suorum. Idem in scientiis faciendum est. Est in Germania genus quoddam hominum, nescio an alibi quam in Germania copiosiore proventu, damnosum sibi, inutile omnibus, quia neglectum, sed usui reipublicae futurum supra quam credi potest, modo nosceretur. Ambigunt inter dementiam sapientiamque. Et quia nullum magnum ingenium sine hac mixtura est, stultitiae apud eos saltem species praevaluit, aut ut philosophice dicam, praedominium nacta est. Hi plerumque nihil nisi inventa, experimenta, cogitata nova spirant aut loquuntur, nec semper vane: latet saepe in hoc stercore plurimum auri, si cui quaerendi patientia sit: argumento esse potest, quod huic hominum generi potissima artis et naturae arcana, artem probatoriam, metallurgicam, pyram, et emendatam etiam, si dicendum quod res est, medicinam debemus. Pars eorum lapidem Philosophorum, pars motum perennem, pars vitrum malleabile aut oleum incombustibile aut si diis placet Elixirem immortalitatis aliasque nugas quaerit. Et excidunt plerumque quis dubitat ausis tam phaëtonteis, sed eadem opera incident in medicamenta heroica, in colores novos, in machinas utiles vitae, et labores nostros compendifacientes. Pars experimentorum ita comparata est, ut per se inutilis, juncta aliis experimentis pariter in alia hujus faecis parte latitantibus, tum demum exsplendescere

33 nugas (1) quaerunt (2) quaerit L

possit in fructum ingentem. Sed homines isti semet ipsi juvare non possunt, plerique decoctis facultatibus, perdita existimatione, neglecti, contemti, miseri, ad extremum contabescunt, irati fatis, et ut putant ingrato orbi. Secumque in sepulcrum deferunt, quae reipublicae intererat non perire, scilicet nemine eos curante, nemine audiente, nemine redimente ab eis, quae magno labore parta gratis prodere nolunt.

5

Mihi jurisprudentiam meam, vitaeque electum genus, quo me scio caeteris omnibus neglectis et evanescentibus sic satis subsistere posse, non deserenti, seduloque caventi, ne contagio eorum hominum nimis afflarer, jucundissima tamen cum magna talium vi, et fortasse non infructuosa, et quod apud eos plerumque suspicaces rarum, intima conversatio fuit. Noti mihi sunt qui decem, quis credit, imo qui 20 annos integros continuis peregrinationibus consumserunt, ut undecunque tota Europa arcana et curiosa colligerent; et hi tamen boni viri, ubi ad se rediere, aegre habent, unde vitam tolerent: non vitio rerum, quas habent multas et praeclaras, sed ingenii, lapidis morbo laborantis, et sisypium hoc saxum aliis omnibus neglectis inani inveniendi spe volventis. Plena his hominibus Germania est, sed tractandi eos rationem non quivis tenet. Notae mihi Anglorum artes, scio quo modo plurima experimenta || praeclaras 15 ad eos pervenerint; contemta quamdiu erant inter manus vilium artistarum Germanorum, nunc cum ad magnates societatis Regiae pervenerunt, pro maximis inventis aut arcanis habita.

183

Quae cum ita sint, nunc quid proponam, haud gravatim accipe. Posse scilicet me, qualis cunque sum vobis ad multa egregia conquirenda, instrumento fortasse non inutili esse, nec a Chymicis tantum, et mechanicis insignibus, sed et a Medicis, Mathematicis et in universum 20 omnis generis eruditis praeclaras expiscari. Est mihi ut praefiscini dicam, cum plerisque doctis per Germaniam corresponsum aut notitia certe sic satis universalis: etiam per aulas passim, et apud Ministros status Germanos exterisque benigna de me existimatio est: celeberrimi Viri, non Germani tantum, sed et Itali, Angli, Belgae literis meis humanissime respondere solent, nec verborum inania tantum, sed et res remittunt: omnis generis eruditus, Theologi, Jurisconsulti, 25 Medici, Mathematici, Historiarum quoque et linguarum cultores commercio mecum literario non indelectantur. Oblatae etiam a principibus magnis, aut caeteroquin maximis in Republica Viris propria saepe manu conditiones, quas ego ideo tantum non accepi, ut scientiarum inquisitione liberius et fortasse fructuosius publico vacarem. Nec quicquam ardenter quaevis unquam, quam ut in amplificatione scientiarum et hac velut negotiatione artium consumere 30 mihi tranquille liceat tempus meum. Si Tua hic commendatio, Vir Illustris, potest aliquid, senties fortasse beneficium Tuum non male Te collocavisse: agnoscent vestri quoque, qua sunt prudentia et soliditate judiciorum, quanti momenti sit quod proposui. Est hoc profecto inter arcana status, artes quibus humana potentia augetur, undecunque expiscari. Si pontifices legem tulissent, ut omnia a monachis inventa ipsis tantum sub obedientiae fide aperirentur, sine dubio 35 essent domini mundi, nam et Bartholdi Schwarpii inventum bombardarium potuisset apud ipsis

8 magna (1) eorum (2) talium L

26 linguarum (1) professores (2) cultores L

184

solos manere. Nemo mortalium est, qui haec rectius sapiat magno Colberto, cui de Tua prudentia et fide persuasissimo facile me quoque commendabis, efficiesque ut mihi quoque inter exterios locus sit, quos munificentia sua Maximus Rex exornat. Ego contra vobis, septimanatim, menstruatim, nundinatim, non libros, non indices librorum, sed ingeniorum, inventorum, experimentorum, cogitatorum, tentamentorum, destinatorum, edendorum, latentium, neglectorum, posthumorum, Bibliothecarum, Musaeorum, et quid verbis opus est? rerum mittam. Eruditorem me facile invenietis, sed non temere ad hoc institutum usu, exercitiis, ipsa denique voluptate, quam ex multiplicis cognitionis varietate pene a pueritia cepi, promtiorem. Aetas terminum a Romanis minoribus praefixum vix egressa apud aequos censores plus profuit mihi quam obfuit: neminem commendati mei poenituit, posse me aliquid in hoc genere, non inanibus tantum verbis hactenus fortasse, sed et nonnunquam rebus ostendi. Nec temere aliquem qui me norit interrogaveris, qui non sit idem spero, dicturus. Sed luculenta aliqua et honesta sublevatione opus est, ad tolerandos || sumtus, qui in cursores, amanuenses, sed et nonnunquam itinera ad curiosos impendi debent. Cogitandum etiam quod his datur tempus (non exiguum sane, nam manus manum lavat, nec rectius quam commutatione a curiosis aliquid impetrari potest, quibus qui uti vult satisfacere vicissim debet) aliis occupationibus subtrahendum esse. Caeterum quicquid de propositione mea sentiatis, eam saltem occultam haberi opto: si neglegitis, quia pro non dicta haberi volo, si aures praebetis, quia tunc fieri potest re increbescente, ut hi ipsi quibus uti possum, invidia moti resiliant.

20 Responsum mature opto, ac de caetero totam rem fidei Tuae sapientiaeque committo, neque enim haec nisi virtutis tuae, taciturnitatis, candoris, fiducia scripsi. Si succedit negotium, et hujus hyemis primitiis quamprimum frui possum, constitui appetente vere per Batavos, ac forsitan Anglos quoque ad vos ire, et ferre mecum aliqua Deo volente, etiam expectatione majora, quibus vobis institutum meum plenissime approbetur. Iter, ut hic sunt homines, suspicionis capax (nemo enim me rei literariae tantum causa peregrinari crebet), etsi apud vos sit irritum, hic nocitrum, in incertum suscipere non audeo.

Bibliopola Zunnerus librorum pretia primum, deinde ut jubebitur, ipsos sedulo conquiret, atque interea conditiones quoque de uberiore ad vos negotiatione proponet. Quae res una cum potiore illa quam aliquando apud magnum Colbertum rogatu meo egisse memineris, adventu ut 30 spero meo plane constituetur.

8 cepi, (1) aptior (2) promtiorem L

89. BARUCH DE SPINOZA AN LEIBNIZ

Den Haag, 9. November 1671. [80.131.]

Überlieferung:

- K* Abfertigung: LBr 886, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 1 $\frac{1}{2}$ S. Eigh. Aufschrift u. Postvermerk. (Unsere Druckvorlage.)
A¹ Abschrift von *E¹*: GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 21–22. 1 Bog. 2°. 2 $\frac{2}{3}$ S.
A² Abschrift von *E¹*: HALLE, Universitäts- und Landesbibliothek, Hschr. Y g 23, 8°, Bl. 42. 1 Bl. 8°. 1 $\frac{1}{4}$ S.
E¹ SPINOZA, *Opera postuma*, Amsterdam 1677, S. 560–561 (nach einer verschollenen Vorlage).
E² M. PHILIPSON, *Leben Benedikt's von Spinoza*, Braunschweig 1790, S. 116 (Erstdruck des Postskripts).
E³ SPINOZA, *Adnotationes ad Tractatum Theologico-Politicum*, 1802, S. 27–28 (nach *K*).
E⁴ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 122–123.
E⁵ VAN VLOTEM u. LAND, *Spinoza*, 1. Aufl. 1883, Bd 2, S. 179.
E⁶ VAN VLOTEM u. LAND, *Spinoza*, 2. Aufl. 1895, Bd 2, S. 355.
E⁷ VAN VLOTEM u. LAND, *Spinoza*, 3. Aufl. 1915, Bd 3, S. 167–168.
E⁸ GEBHARDT, *Spinoza*, *Opera* Bd 4, [1924], S. 231–233.
E⁹ II, 1 (1926) N. 89.

Weitere Drucke:

1. LUDOVICI, *Hist. Leibn. Phil.*, 1, 1737, S. 339. – 2. KORTHOLT, *Epistolae*, Bd 4, 1742, S. 347–349 (nach *E¹*). – 3. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 12–13. – 4. PAULUS, *Spinoza*, 1802, S. 637. – 5. A. GFROERER, *Opera philos. omnia*, Stuttgart 1830, S. 628–629. – 6. BRUDER, *Spinoza*, 1844, S. 301. – 7. H. GINSBERG, *Der Briefwechsel des Spinoza im Urtexte*, Leipzig 1876, S. 152–154.

Übersetzungen:

1. *De Nagelate Schriften van B.d. S. als Zedekunst, Staatkunde, Vebetering van't Verstant, Brieven en Antwoorden*, o. O. [Amsterdam] 1677, S. 612–613. – 2. B. AUERBACH, *B. v. Spinoza's sämmtliche Werke*, Stuttgart 1841, 2. Aufl. 1871, S. 405–406. – 3. E. SAISSET, *Oeuvres de Spinoza*, Paris 1842 S. 404–405. – 4. R. WILLIS, *Benedict de Spinoza, his life, correspondence and ethics*, London 1870, S. 363–365. – 5. A. DOMÍNGUEZ, *Correspondencia*, Madrid 1888, S. 296–298. – 6. R. H. M. ELWES, *The chief Works of Spinoza*, 2. Aufl., Bd 2, London 1891, S. 371–373. – 7. L. IA. GOUREVITCH, *Briefwechsel (russ.)*, Petersburg 1891. – 8. J. H. v. KIRCHMANN, *Briefe an Spinoza*, 1897, S. 178–180. – 9. W. MEIJER, *Spinoza's werken*, Bd 3: *Brieven*, Amsterdam 1897. – 10. STERN, *Spinozas Briefwechsel*, 1904, S. 196. – 11. CH. APPUHN, *Spinoza, Oeuvres*, Bd 4, Paris 1904, S. 279–280. – 12. GEBHARDT, *Spinoza, Briefwechsel*, 1914, 2. Aufl. 1977, 3. Aufl. 1986, S. 202–204. – 13. J. BLUWSTEIN, *Spinoza: Briefwechsel und andere Dokumente*, Leipzig 1916, S. 215–217. – 14. GLATZEL, [anonym], *Der Briefwechsel Spinozas*, 2. Aufl. 1920, S. 165–166. – 15. A. WOLF, *The Correspondence of Spinoza*, London 1928, 2. Aufl. 1966, S. 263–265. – 16. J. WILD, *Spinoza: Works (Selection)*, London 1930. – 17. K. BROUCH-LINSKI, *Briefwechsel (russ.)*, Moskau 1932, S. 202–204. – 18. U. LOPEZ—PEÑA, *B. Spinoza*,

5

Lettere, Lanciano 1938. – 19. O. COHAN, *Spinoza, Epistolario*, Buenos Aires 1950. – 20. A. DROETTO, *Epistolario*, Turin 1951. – 21. R. CAILLOIS, M. FRANCÈS u. R. MISRAHI, *Spinoza: Œuvres Complètes*, Paris 1954, S. 1281–1282, Paris 1967, S. 1225–1226. – 22. W. W. SOKOLOW, *Benedikt Spinoza* Bd 2, Moskau 1957, S. 561–563. – 23. L. KOLAKOWSKI, *Spinozas Briefe*, Warschau 1961. – 24. E. SHMUELIS, *Spinoza, Epistolae* (hebräisch), Jerusalem 1963, S. 202–203. – 25. N. HATANAKA, *Ōfuku shokanshu*, Tokio 1955 u. 1958. – 26. F. AKKERMANN, *Spinoza, Briefwisseling*, Amsterdam 1977, S. 296–298. – 27. M. BERLINCK, *B. de Espinoza: Correspondencia*, São Paulo 1973. – 28. J. D. SANCHEZ ESTOP, *Correspondencia completa*, Madrid 1988, S. 135 f. – 29. S. SHIRLEY, *Spinoza, The Letters*, Indianapolis 1995, S. 247–248.

10

Unser Brief antwortet auf N. 80. Die von Spinoza gewünschte Antwort konnte nicht gefunden werden. Es dürfte jedoch sicher sein, daß Leibniz noch einen weiteren Brief an Spinoza geschrieben hat, wie aus einem Brief Schullers an Spinoza vom 14. November 1675 hervorgeht. Dort schreibt Schuller, daß Leibniz den *Tractatus theologicopoliticus* sehr schätzt und Spinoza darüber einen Brief geschrieben habe (VAN VLOTEN-LAND, 15 *Spinoza*, 1895, S. 406–408).

:184

|| Eruditissime, Nobilissimeque D^e

Schedulam,¹ quam mihi dignatus es mittere, legi; magnasque pro ejusdem communicazione ago gratias. Doleo, quod mentem tuam, quam tamen credo, te satis clare exposuisse non satis assequi potuerim. Precor itaque ut ad haec pauca mihi respondere non graveris. Videlicet, 20 an aliam credis esse causam, cur in vitrorum apertura parci esse debemus, quam quia radii, qui ex uno puncto veniunt, non in alio accurate puncto, sed in spatiolo (quod punctum mechanicum appellare solemus), quod pro ratione aperturae majus, aut minus est, congregentur. Deinde rogo, num lentes illae quas Pandochas vocas, hoc vitium corrigant. Hoc est, an punctum mechanicum, sive spatiolum in quo radii, qui ex eodem puncto veniunt, post refractionem 25 congregantur, idem ratione magnitudinis maneat, sive apertura magna sit, sive parva. Nam si hoc praestant, earum aperturam augere ad libitum licebit, et consequenter omnibus aliis figuris mihi cognitis longe praestantiores erunt, alias non video, cur easdem supra communes lentes tantopere commendes. Lentes enim circulares eundem ubique habent axem, adeoque || quando illas adhibemus, omnia objecti puncta, tanquam in axe optico posita, sunt consideranda. Et

185

30 ¹ Am Kopf des Stückes von Leibniz Hand: ♀ ♂ abtreiben ♡

18 clare explicuisse, non E¹ 19 f. potuerim, videlicet, an E¹ 22 solemus, congregentur, quod spatiolum pro ratione aperturae majus, aut minus est. Deinde E¹ 23 f. corrigant, ut scilicet punctum Mechanicum E¹ 25 magnitudinis semper maneat E¹ 25 f. si haec praestant E¹ 26 ad libitum augere licebit E¹ 27 erunt, alia nihil video, E¹

17 Schedulam: LEIBNIZ, *Notitia opticae promotae*, Frankfurt 1671.

quamvis omnia objecti puncta non in eadem sint distantia, differentia tamen, quae inde oritur, sensibilis esse non potest, quando objecta admodum remota sunt, quia tum radii, qui ex eodem puncto veniunt, considerantur tanquam paralleli ingrederentur vitrum. Hoc tamen credo, lentes tuas juvare posse, quando plurima objecta uno obtutu comprehendere volumus (ut fit, quando lentes oculares convexas admodum magnas adhibemus), ut omnia scilicet simul distinctius 5 repraesententur. Verum de his omnibus judicium suspendam, donec mentem tuam mihi clarius explices, quod, ut facias, enixe rogo.

D^o Huddenio alterum, ut jussisti, exemplar misi. Respondit, sibi in praesentiarum tempus non esse, idem examinandi[,] sperat tamen post unam aut alteram hebdomadam sui juris fore. *Prodromus Francisci Lanae nondum ad meas manus pervenit*, ut nec etiam *cogitationes physico-mechanicae* Johannis Holtii, et quod magis doleo, quod nec etiam *hypotesin tuam phisicam* videre potuerim. hic saltem Hagae com. venalis non extat. Si hanc ergo miseris rem mihi gratissimam facies, et si qua alia in re tibi servire potero, non desinam ostendere, quod sim

Vir amplissime Ex asse tuus

B. Despinoza.

Hagae comitis 9 Nov^{ri} 1671.

15

D^{us} Dimerbruckius hic non habitat. cogor itaque hanc tabellioni ordinario tradere. Non dubito quin hic Hagae Comitis aliquem, qui epistolas nostras curare velit, noveris. Quem ego novisse velim ut epistolae commodius, et securius curari possent. Si *Tractatus theologico-politicus* ad tuas manus nondum pervenit, unum exemplar, nisi molestum erit, mittam. Vale.

Nobilissimo Amplissimoque D^o D^o Gotfredo Guielmo Leibnitio Juris u. Doctori et 20 Consiliario Moguntino. Frankfurt.² Port.³

² Von fremder Hand geändert in: Maintz.

³ Zusätze von anderer Hand: Franco bis Coln. Afgegaan den 9. Decemb. 1671.

1 distantia, tamen differentia, quae E¹ 2 f. ex uno punto veniunt, tanquam paralleli considerati, ingrederentur E¹ 5 lentes circulares conversas admodum E¹ 6 Verum judicium de his omnibus suspendere malo, donec E¹ 6 tuam clarius E¹ 8 Huddenio ut jubes alterum exemplar E¹ 9–13 esse id examinandi, se tamen post unam, aut alteram hebdomadam vacaturum sperat. *Prodromum Francisci Lanae* necdum vidi, ut nec etiam Joh. Oltii *Cogitationes Physicas-Mechanicas*, et, quod magis doleo, nondum *Hypothesis tua Physica* ad manus meas pervenit, nec hic Hagae Comitis venalis exstat. Munus igitur, quod mihi tam liberaliter promittis, acceptissimum mihi erit, et si qua alia re tibi inservire potero, semper me invenies etc. E¹ 17 aliquem erg. K

8 jussisti: N. 80. 8 Respondit: nicht gefunden. 10 F. T. DE LANA, *Prodromo overo saggio di alcune inventioni nuove premesso all' arte maestra*, Brescia 1670. 11 Holtii: J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg 1670. Leibniz verweist auf dieses Werk in seiner *Hypothesis physica nova*, vgl. VI, 2, S. 252. 11 f. LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*, Mainz 1671; London 1671 (VI, 2 N. 40). 18 f. B. DE SPINOZA, *Tractatus theologico-politicus*, 1670.

90. HONORÉ FABRI AN LEIBNIZ
Rom, 14. November 1671. [133.]

Überlieferung:

- 5 K Abfertigung: LBr 250, Bl. 13–14. 1 Bog. 4°. 3 S. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
 A Abschrift (von der Hand Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 6, Bl. 11–14. 2 Bog. 2°. 7 S.
 E' GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 4, 1881, S. 241–244 (nach K).
 E² II, 1 (1926) N. 90 (nach K).

10 Unser Brief, in dem Fabri Stellung nimmt zur *Hypothesis physica nova*, antwortet auf einen nicht gefundenen Brief, den Leibniz vermutlich im Mai 1671 mit einem Exemplar dieser Schrift an ihn geschickt hat. Beigeschlossen war ein (nicht gefundenes) Schreiben von Leibniz an den ebenfalls in Rom weilenden Kircher. Eine Antwort von Leibniz ist nicht bekannt.

:185 || Clarissimo Viro D. Gotifredo Guill^{mo} Leibnitio
15 J.U. Doctori et Consiliar. Mogunt^o Hon. Fabri Soc^{tis} Jesu S. P.

186 Cum ab urbe abfuerim per vacationes autumnales, paulo tardius ad suavissimas et doc-
 tissimas tuas literas rescribo, (vir amplissime) in quibus, nihil est profecto quod desiderem, ad
 inventorum amoenitatem, ingenii perspicaciam, doctrinae vim, novique systematis || nobilita-
 tem: unde est, quod plurimum, tum mihi, tum Germaniae vestrae, ac praesertim Eminent^{mo} V^{ro}
 20 gratuler; his quidem tam insignem, quam ingeniosum Philosophum et Mathematicum, mihi
 vero, quod certe maximi facio, illustrem amicum; quamvis enim ab omnibus amari, mihi
 maxime gratum accidat; ab iis tamen Hominibus diligi, qui vel singulari doctrina, vel eximia
 bonitate pollent, summae gloriae semper duxi: sed ad rem venio.

187 Hypothesis tua mihi summopere placuit, eamque summi foetum ingenii reputo, et sane
 dignam, quae in publicam lucem prodeat: non desunt quidem plurimae difficultates, a quibus ii,
 qui mediocri tantum ingenio valent, sese expedire facile nequeant; non dubito tamen, quin eas
 expediās nullo negotio; illud quippe solenne est, ut nostra longe melius capiamus, et enucle-
 emus, quam aliena: illorum statim aliquis opponet l^o nec de hac subtili materia, quod sit, nec de
 illius pernicissima vertigine, quidquam sibi esse compertum; cum nec ullo sensu percipiatur;
 30 percipi tamen deberet, cum illi corpus densum et durum resistat, ac proinde omne desit
 experimentum, nec ulla sit necessitas, vel ulla ratio, quae nos in illius notitiam conducat.
 2^o differentiam motus (assumpto scilicet modico intervallo descensus corporis gravis) partes
 inter superiores et inferiores hujus materiae, esse prorsus insensibilem, ac proinde imparem

30 resistat (1) nec (2) ac K

adeo velocem motum gravibus imprimendi. 3º corpus leve sursum ferri non posset; impediret enim partium superiorum celerior motus, quo leve deorsum detruderetur. 4º in flumine currente lignum deorsum immersum emergit, non obstante celeriore partium superiorum aquae motu, immo non videtur, quomodo in plano inclinato versus eam partem motus ille gravi imprimi possit, cum planum omnino impeditat. 5º notabilis esset differentia motuum gravium, pro diversa distantia a centro terrae. 6º item versus aequatorem motus esset perniciosa, et tardior versus polos, unde motus gravium in diversis mundi partibus pro diversa latitudine varius esset, quod tamen observat nemo: alia sexcenta hujusmodi illi opponent, quae brevitatis causa reticeo, illudque praesertim, nimirum aequa concipi corpus grave deorsum propria vi ferri, ac concipitur tenuis illa materia, sua vi, non vero ab alio moveri: potiori jure, alia opponent circa potentiam 10 illam elasticam, tensorum scilicet et compressorum; per quid enim chorda tensa se restituit? aëris compressus tanta vi erumpit; tensus vero et dilatatus tanta vi exteriorem materiam trahit? quid ad haec illa vertigo tenuis materiae? alia quamplurima opponent circa qualitates sensibiles, ut vocant, puta lumen, colores, sonum, calorem, frigus etc. item circa innumera experimenta, tum ab antiquis tradita, tum a recentioribus inventa; illi suis elementis contenti cum Aristotele; hi 15 suis atomis, in quibus molem tantum, figuram et motum considerant, nihil aliud in rebus corporeis agnoscant: haec tamen omnia aliaque hujusmodi pro ea sagacitate, qua plurimum polles, plene solves, aut saltem eludes; quamquam ii, qui pares non sunt hisce subtilitatibus, eas capere nequeant, aut saltem animi vires, ut opus esset, ad capiendum minime applicent.

¶ Sed ad me tandem venis, et primo quidem loco laudes illas non admitto, quas paulo 20 187 liberalius mihi pro tuo affectu aspergis, praeter unam scilicet ingenuitati meae attributam, quam revera detectare non possum; cum enim unius dumtaxat veritatis amore duci, me sentiam, nunquam dissimulare potui, id mihi verum videri, quod falsum videbatur, et vicissim, nunquam id falsum reputare, quod verum esse putabam. Subdis deinde quatuor esse a me relicta, veluti prima, irresolutabilia, et indeclarabilia, nimirum calorem, impetum, gravitatem et potentiam 25 medium, vel elasticam; mentem meam forte paulo obscurius exposui; duo quippe ex illis dumtaxat agnosco, nimirum impetum et calorem, cum utraque potentia gravium scilicet et pressorum ac tensorum, ad impetum reducantur: jam, opinor, videris quinque tomos meae physicae, praeter antiquum, *de motu locali corporum*, in cuius toto libro primo naturam et

15 contenti (1) sine (2) cum (a) p (b) Aristotele; (aa) sine (bb) | hi erg. | K 16 motum | tantum gestr. |
considerant K 29 corporum (1) per totum (2), in cuius toto K

28 f. quinque . . . physicae: Fabri hat wohl den 9. und 10. Traktat zunächst als 5. Band seiner *Physica* vorgeschen. Die zehn Traktate sind aber schließlich auf vier Bände verteilt: H. FABRI, *Physica, id est, scientia rerum corporearum in decem tractatus distributa*, 4 Bde, Lyon 1669–1671. Leibniz wurde wahrscheinlich erst durch Kochański (N. 22) auf Fabris *Physica* aufmerksam gemacht. Zwischen Herbst 1670 und Frühjahr 1672 (?) hat er zahlreiche Auszüge aus und Bemerkungen zu dieser Schrift gemacht (vgl. VI, 2 N. 39). 29 antiquum . . . corporum: H. FABRI (Petrus Mosnerius), *Tractatus physicus de motu locali, in quo effectus omnes, qui ad impetum, motum naturalem, violentum, et mixtum pertinent, explicantur, et ex principiis physicis demonstrantur*, Lyon 1646.

indolem impetus explanavi: videris, in rebus corporeis, sex tantum a me admitti; nimirum quatuor elementa communia, explicata tom. 3º et duo principia mutationum duarum sensibilium, nimirum loci et extensionis; natura enim utroque indiget, ad varias resolutiones. Immo tota natura in motu est; unde opus illi fuit principio hujus motus, seu mutationis localis, voco 5 impetum; nisi autem aliquae partes leviores, seu minus graves evadant, nunquam ab aliis attolli possent, ad aequilibrium; nunquam revera fumus ascenderet, nisi ab aëre graviore sursum truderetur; illa autem materia, quae ante gravior erat aëre, puto oleum, humor, aut alias succus exhalabilis, rarius fieri debet, id est, magis extensa: quod enim omnes¹ elementorum particulae sint aequae extensae dici non potest: recurrent ad sua vacuola Democritici, sat scio; sed quod in 10 palmo aëris cubico ratio corporis, seu materiae, sit ad vacuum interceptum, ut 1 ad 1000, sensui communi repugnat. Potest enim palmus cubicus aëris, adhibita praesertim potentia mechanica, reduci, per compressionem, ad digitum cubicum; unde majoris extensionis principium, in corpore scilicet capaci, mihi admittendum esse videtur, voco calorem: itaque sex istis rebus contentus, citra quodlibet aliud, omnes effectus naturales explicare conatus sum, ex simplicissimis principiis, iisque peripateticis ad literam, ut in prolixa illa praefatione, quam praemisi primo Physicae tomo, observare potuisti: ignoscere quo paulo hebetiori, vel obtusiori ingenio, quod in me sentio, quo revera fit, ut res capere vix possim, nisi a me quasi manibus tractentur atque palpantur: opponis contra eos, qui raritatis naturam in eo consistere volunt (de quorum numero me esse non diffiteor) ut majus quam ante spatium corpus occupet, inde sequi, 15 idem corpus esse in pluribus locis; non crediderim hoc facile demonstrari posse: cur enim concipere non possum aëris minima, seu puncta, vel atomos, voca ut voles, esse majoris molis, quam sint atomi terrae; hoc non dabis, sat scio, sed quid vetat a me concipi; quasi vero concipere non possim animam meam corpori coextensam, vel Deum infinite extensem, ac proinde quamlibet entitatem, plus, vel minus de perfectione illa participantem, perfectione 20 inquam extensionis. Nescio, an videris meam *metaphysicam demonstrativam*, || dubito etiam, an videris duos tomos *dialogorum physicorum* Lugduni editos; item *synopsim opticam* et alia quaedam mea.

188

¹ Am Kopf der Seite hat Leibniz das Produkt von 144 und 12 berechnet.

5 graves (1) nun (2) evadent, nunquam K 7 truderetur (1) : ac (2) ; autem materia | illa versehentlich nicht gestr. | (3) ; illa autem materia K 20 f. posse: (1) si enim concipere (2) cur . . . non K

25 metaphysicam meam: H. FABRI, *Metaphysica demonstrativa sive scientia rationum universalium*, Lyon 1648. 26 duos tomos: H. FABRI, *Dialogi physici, in quibus de motu terrae disputatur*, Lyon 1665; *Dialogi physici, quorum primus est de lumine, secundus et tertius de vi percussionis et motu, quartus de humoris elevatione per canaliculum, quintus et sextus de variis selectis*, Lyon 1669. 26 opticam: H. FABRI, *Synopsis optica*, Lyon 1667.

Quaeris deinde aliqua ex me: primo an putem, certas regulas statui posse, quibus distantias metiri possimus, per tubum opticum. Existimo statui non posse, quoad distantias magnas, v.g. planetarum; quia differentiae, in longissimis distantiis, proportionum sunt insensibiles. 2º quaeris, quid sentiam de Grandamici experimento. Respº ex eo duci merum paralogismum. 3º quaeris de cortice Peruviano, seu febrifugo, an scilicet sit cortex Arboris; ita est, de nomine non liquet; crescit haec arbor, non procera, sed ad instar pruni, in meditullio regni Peruviani, in tractu regionis non vasto; eam vocant Hispani *de las Calienturas*.⁵

Dedi R.P. Kirker, uti jusseras, Epistolam tuam, et hortatus sum illum, ut aliquid responderet. Dubito, an legere possis meos apices, male tornatos; sed alias plura de singularibus argumentis, si gratum accidet; sed ubi saltem lustraveris universam meam *Physicam*, quam ¹⁰ haud dubie habere debetis Coloniae; jam enim a 20 mensibus Lugduni prodiit: charta hic deficit; plurimum vale ac me tui amantem redama. Romae 14. 9^{bris} 1671.

Clariss^{mo} et Ornat^{mo} D^{no} D. Gotifredo Guill^o Leibnitio J.U.D. et Consil^{rio} Mogunt^o. Moguntiam.

91. ADAM ADAMANDUS KOCHAŃSKI AN LEIBNIZ

15

Prag, 18. November 1671. [69.95.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 487, Bl. 5–6. 1 Bog. 4º. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): GÖTTINGEN, Staats- und Universitätsbibliothek, Hschr. Philos., 138, m 4, Bl. 9–13. 5 Bl. 2º. 9 S.
E¹ BODEMANN u. DICKSTEIN, Koresp. Kochańskiego Leibniza, XII, 1901, S. 232–236 (nach K).
E² II, 1 (1926) N. 91 (nach K).

2 quoad erg. K 5 febrifugo (I) at (2) an K

4 Grandamici experimento: J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magnetica*, La Flèche 1645; vgl. Leibniz an Oldenburg, 18. Juni 1671 (N. 64). 5 Die Verwendung der zuerst von jesuitischen Missionaren aus Südamerika gebrachten Cinchona-Rinde, des sogenannten Pulvis Peruvianus, als Heilmittel gegen Malaria wurde von Fabri verteidigt in seiner Schrift *Pulvis Peruvianus vindicatus de ventilatore ejusdemque suscepta defensio*, Rom 1655, auf die sich Leibniz wahrscheinlich in seiner Frage bezogen hat. 7 *de las Calienturas*: vielmehr *de las Calenturas*, d.i. der Fieberrindenbaum. 8 Kirker: Leibniz an Kircher, Mai (?) 1671 (nicht gefunden).

Unser Brief war Beischluß zu einem nicht gefundenen Brief von Kochański an Maximilian Habersack, 18. November 1671 (vgl. N. 95). Er antwortet auf einen nicht gefundenen Brief von Leibniz wohl vom September 1671 (vgl. N. 69). Ein Antwortschreiben von Leibniz ist nicht bekannt.

:188 || Nobili, Clariss^o atq. Consultiss^o Viro D. Gottfredo Guilielmo Leibnitio U. J. D.
 5 et Consiliario Mog^{no}
 Adamus Adamandus Kochanski Soc^{tis} Jesu S. P. D.

18. Novemb. 1671. Praga.

Magni profecto criminis in humanitatem Tuam admissi me reum agere posses Vir Clar^{me} si tam intempestivum meum ad Tuas humanitate plenissimas Responsum attenderis: at si negotiorum moles, quibus inopinato fui oppressus, et ab iis vix etiamnum respiro, Tibi foret perspecta (faciam autem ut deinceps exitum rei adhuc pendentem intelligas) omni prorsus culpa vacare me pronunciarès. Quamobrem per Tuam illam humanitatem prolixiss^{am} Te oro atque obsecro, ne meam hanc in scribendo tarditatem, mihi plane violentam vitio vertas, aut poena talionis vindicandam existimes.

15 Gratulor ex animo Hypothesin Tuam ab Ingeniosiss^a Soc^{te} Britannica benigne acceptam esse; Claritatem quam desiderant, Clarissimus Author, ubi opus fuerit affundet: nec enim ubi tam multa dicenda sunt, singula enucleate proponi possunt in Opere cui certi limites brevitatis sunt praefixi. Meas oppositiones quod permagni te fecisse dicas, quod Responso digneris, totum id Tuae Cl^{me} Vir humanitatis est; nam ut fatear ex Hypothesibus adhuc nonnisi prima
 20 foliola delibavi leviter, et quod ajunt, *ut canis e Nilo:* Idque non alio fine, quemadmodum credo
 189 scripsisse me, nisi ut ansam porrigerem eas perficiendi, quod non melius praestari potest, || quam ab eo, qui primo formavit: et hoc etiam fine breviter insinuabo, quae circa Tuas Respon-
 siones occurrerunt.

Terrae Rotunditatem Circulationi Lucis vel Aetheris praesupponendam esse, non improbo:
 25 sed optandum fuisset, si quis modus esset, eam primo formandi ipsamet illa Circulatione; hoc enim habet nescio quid pulchritudinis. Gravitas et actualis Gravitatio Corporum non mihi videtur adhuc sufficienter explicari per Motum Atmosphaerae in Meridianis 1. Quia hic Motus est valde irregularis, nec tam vehemens ut Circulatio; adeoque impotens ad dejicienda gravia versus centrum. 2. Motus ille alias est interdiu, alias noctu, alias hyberno tempore; Gravium
 30 tamen eadem tendentia deorsum. 3. Motus ille praeterea non tantum est a Polis vel ad Polos, sed etiam, et quidem meo judicio vehementior ab Ortu in Occasum: hinc venti illi Occidentem versus inter Tropicos, et ille qui circa Solis Ortum diebus etiam tranquillis observari solet; cuius ratio est, Lucis circa Hemisphaerium Terrae Circumlatio, qua aër rarescit hic, alibi densatur, rariore propellitur etc. 4. Et hinc non satis assequor, quomodo igniculi illi, quos ais ex attracto
 35 et comminuto aëre elici, versus Polos repellantur: Quia impedientur illi affluxu crassioris aëris


20 *ut . . . Nilo:* vgl. ERASMUS VON ROTTERDAM, *Adagia*, 1.9.80.

a Polis accurrente. Deinde non video cur Igniculi transversim ferantur ad Polos, et non potius sursum, cum sint leviores etc. Circa Magnetis denique verticitatem maxime in casu illo quo Acus Magneticae brachia forent inaequalia sed aequilibrata, vel etiam una Medietas Acus Argentea, altera Chalybea, hos adhuc habeo reliquos scrupulos ex Tua Responsione, in qua praeter Circulationem Agentis, requiri vis dispositionem pororum in paciente, videlicet ♂. 5 Fateor hac Responsione fieri utcunque satis; sed si quis dicat, Inconceptibile esse, quomodo corpus tam solidum, atque est chalybs depuratus, ad levem contactum Lapidis Herculei jam hoc, jam altero polo, subito mutet omnem texturam pororum, et aliam acquirat, idque millenis vicibus? Sed ut fortior sit haec dubitatio mea, pono id Experimentum. Sumatur sphaerula Chalybea, tangatur in quacunque parte superficie, acquires verticitatem a Magnete, hoc est 10 dispositionem quandam pororum; tangatur millies in aliis atque aliis partibus, novos semper polos, axes, et consequenter poros aliter aliterque conformatos acquires, vix concipi jam potest, quomodo Sphaerula ista post tot pororum Metamorphoses non tandem resolvatur in Alcohol impalpabile dissoluta illa prima pororum textura, quam in prima sua formatione acceperat. Scio homini Ingenioso, qualem Te esse in primis probe perspicio, ad haec non defuturum quod 15 reponat, sed in explicandis Naturae Phaenomenis nimiam subtilitatem, ut et nimiam simplicitatem improbo; ita tamen, ut limatum Tuum judicium atque perspicaciam tenuitati meae preeferam: Nam haec eo tantum adfero, ut quae reponas aliis talia opponentibus, habeas in promptu.

Epistolam Tuam P^{ri} Lanae datam jamdudum eidem transmisi, et spero brevi Responsum 20 ad futurum. Et quia apertam mihi mittendo, videbaris mihi jus illius legendae dedisse, illam || magna mea voluptate percurri; ibidemque singulariter me affecit Consideratio Tua perelegans circa Dimensionem Corporum Mundanorum ex Unica Statione: Et ut verum fatear, Hecatomben Tibi parabam, re tamen animo tranquillo magis inspecta, dubitare incipio, num hinc Resp. Literaria majus emolumentum sit habitura, quam ex usu recepta Dimensione: Nam ut taceam, 25 difficile esse sumere differentiam Magnitudinis objecti visu nudo et armato spectati, et quod Lentis objectivae distantia ab oculo, vel ocularib. Lentib. non eadem debeat esse in qualibet objecti elongatione; item quod ejus desumptio, (quae praecisa difficillime habetur, vel vix unquam) fere recidat in eas imperfectiones quas secum trahit usitata Dimensio etc. Non video adhuc quomodo Calculus Trigonometricus sit instituendus Trianguli illius, in quo dantur quidem omnes tres Anguli et consequenter dari potest Laterum proportio, Trianguli optice considerati: Nullum tamen latus datur in Mensura Cosmometrica, vel Astronomica Trianguli mundani, vel ad talem Materiam contracti, ut ejus laterum quantitas exhiberi possit in Mensura Mundana, v.g. in Semidiametris Terrae; nisi prius aliunde supponatur, vel Diameter Astri tot continere Diametros Telluris, vel ejus Distantia a Terra. Exemplo rem declaro. Si quis Turrim 30 Moguntinam AB videat Francofurto E sub angulo gradus 1. Et descendendo secundo Moeno

190


20 Epistolam tuam: Leibniz an Lana (nicht gefunden). Lana antwortet mit N. 93.



usque in D Höchstium, videat eandem sub Angulo duplo majore gr. 2. tandem ex C Hochheimio vel Casse lis sub angulo 3. grad. Sciat insuper E quae sit ratio distantiae ED ad DC , et hujus ad CB , in numeris (non tamen

in Mensuris determinatis Pedum, vel Passuum), poterit inde quidem legitime concludere (ope Trigonometriae vulgaris, vel Logarithmicae) quae sit ratio totius EB ad BA . Non tamen inde deducet quot pedibus alta sit Turris AB ; vel quot pedes inter B et E intercedant. Eodem modo licet ego pariter in E videam Diametrum Solis AB sub angulo v.g. 30°, per Tubum vero Sol veluti mihi admotus esset in C , appareat sub angulo duplo majore gradus unius, nihil inde potero certi statuere vel de Diametro Solis, vel de ejus distantia ab E , in quibusdam Mensuris determinatis Milliarium, vel Semidiometrorum. Et haec sunt quae mihi primo hoc intuitu occurunt circa ingeniosum Tuum conatum, quaeque non ideo adduco, ut ab ulteriori studio in eo perficiendo deterream, sed ut pro ingenii Tui qua polles perspicacia, peritus inspicias, num haec quae dico vim aliquam obtineant: Nec enim ista sunt tam certa, quam quae Geometrica Apodeixi sunt stabilita: Prout nunc occurunt scribenti, ita in hanc chartam conjicio.

De Grandamici Paralogismo statueram quidem nullum verbum facere, donec eum cum aliis Inveniunculis meis Mathematicis vel Polymathematicis quas aliquando in lucem edere 191 20 molior, opportune demonstrarem; sed quia Te video ejus pernoscendi desiderio teneri, non Te || celabo, dummodo clam aliis esse velis. Summa rei est haec. Magnes esto sphaericus cuius Borealis Polus B ; Australis A qui in Experimento Grandamici verticalis statui debet, sive Zenith



respicere debet, et hoc situ, Liquido innatare, donec se disponat juxta situm Mundi. Subsistente ita Terrella, jubet Grandamicus, per A et B polos duci Lineam Meridianam veram sine ulla Declinatione, quae linea, vel verius sectio Meridiani, formabit in Terrella Circulum per A et B incidentem, quem ille vult esse Meridianum Universalem, et qui sine Declinatione ubique terrarum ostendat Meridianum Loci. Idem fieri posse docet in Acu quadam AB verticaliter innatante etc. Adverto ego hic fallaciam istam: Quando enim axis Magneticus AB est plane verticaliter, et indivisibiliter constitutus, Dico Magnetem nullam habiturum conversionem sive verticitatem ut vocant; stabitque immobilis in dato quoconque situ, quod suo loco demonstrabo: Nam practice sic collocare Terrellam est moraliter impossibile, sicut et Acum inter duos Magnetes in aëre pendulam librare. Quod itaque Terrella verticaliter posita adhuc se disponat ad polos aliquibus suis partibus, id fit propterea, quod Axis AB non sit plane verticalis, sed habeat

12 in (1) datis (2) quibusdam K

21 f. Magnes . . . debet: J. GRANDAMI, *Nova demonstratio immobilitatis terrae petita ex virtute magnetica*, La Flèche 1645, S. 60–67.

situm verticali proximum, in linea v.g. *CF*. Nam si idem Axis *AB* ponatur ultra verticalem situm, velut in *DE*, subito conversionem facit in oppositum, ita ut *D* veniat ubi *C* et *E* cadat in *F*. Quia hic est situs illi conveniens in ordine ad polos Telluris. Quando autem Axis Magneticus habet situm *CF*, tunc necesse est ut magnes se disponat ita ut *F* spectet polum Arcticum, qui est illi propior, et *C* respiciat Antarcticum Telluris. In Magnete autem sic disposito ductus Meridianus 5 ideo videtur esse expers declinationis, quia cum jam ductus sit absque Declinatione, si transferatur ad alium Locum, ubi est alia Declinatio Magnetica, major v.g. tantum uno gradu quam in priore loco, iste gradus non prodit se conspicuum in isto secundo Loco, quia Magnes sic dispositus non ita dispositus est ad recipiendam vim illam Terrarum efficientium Declinationem etc. Plura dici possent, sed studio brevitatis nunc omitto, aut si non clare rem 10 proposuerim, alias pluribus explicabo.

Circa Hyperbolicas Lentes elaborandas jam ego quoque nonnulla disponebam, cum ecce negotia illa quae meam ad Te scriptionem, etiam illud Intentum impedire. Si quae interea Cl. Vir ab aliis Tibi perscripta sint, ab Ottio, Titelio, vel aliunde, me certiorem facias oro. Invento meo, nisi me Philautia fallat, nil hactenus vidi praestantius ab Authoribus traditum ad hujus- 15 modi vitra efficienda: Legi Cartesium, Rheitam, Hevelium, Lana etc. sed omnes eorum Praxes laborant vitiis illis, quibus ego remedium adferre laboravi, et obtinui: Deest mihi tantum Machina, quae fieri debet accuratissime ex Chalybe, qua omnis generis Convexa Sphaerica, Hyperbolica, Parabolica, Elliptica et alia, elaborare potero, Concava etiam, sed labore majori. Quamprimum licuerit, operi manus admovebo. Praecipua Laus Machinae est, quod inter labo- 20 randum Lentes, Figura Idealis v.g. Hyperbolica, non amittatur aut mutetur attritu, prout fit in aliis Machinis, Canalibus etc. ||

Accepi nudistertius Tres Tomos *Analyseos* ab Authore Renaldinio mihi dono missos 25 hoc Patavio; cuperem intelligere, num opus istud insertum sit Catalogo Nundinarum Francofurten- sium, prout a P^{re}e Gamans petieram, et id Author expetebat. Essetne spes aliqua permutationis istius operis cum aliis? sed Exemplarium plurium v.g. 100 cum variis aliis Libris? quorum Catalogum prius mitterem Authori, ut videre possit num sint Libri utiles Italiae, aut in ea non prohibiti. De M. Ant^o Castagna mihi constat hic ab homine eruditiss^o qui illum bene novit, illum

192

8 Loco, (1) quia (a) non est majus, quo (b) sic gradus ⟨ -- ⟩ vel (2) quia *K*

16 Legi Cartesium: vgl. R. DESCARTES, *Discours de la méthode, La dioptrique*, disc. X (A.T. VI, S. 225–227). 16 A. M. SCHYRLEUS DE RHEITA, *Oculus Enoch et Eliae sive radius sidereumysticus*, 2 Tle, Antwerpen 1645. 16 J. HEVELIUS, *Selenographia sive lunae descriptio . . . ; addita est, lentes expoliendi nova ratio, ut et telescopia diversa construendi, et experiendi, . . . explicatur*, Danzig 1647. 16 F. T. DE LANA, *Prodromo overo saggio di alcune inventioni nuove premesso all' arte maestra*, Brescia 1670. 23 C. RENALDINI, *Ars analytica mathematum in tres partes distributa*, 3 Tle, Florenz 1665–1669.

non ex Becheri lectione, sed aliis viis scire, Mineras cum emolumento tractare 1. Maturando immatura 2. Habet modum conservandi domi Mineram quasi perpetuam, quae post aliquod tempus iterum tractata, det iterum Metallum, et sic deinceps. Estne Tibi nota Hyle Hermetorum, illa inquam, tot nominum, voluminumque? Notusne quispiam qui pro Adepto habeatur?
 5 Aut constat de Authore aliquo, qui fideliter totum Processum tradiderit, occultata solum Materia? Sed manum de Tabula tollere cogor. Responso Tuo beatum me ut facias oro; P. Maximilianus Habersak Tuas mihi transmittet, qui meas has Tibi. Vale et redama.

Nobili Clariss^o atque Consultiss^o Viro D^{no} Godefrido Guilielmo Leibnitio, U.J. Doctori, Consiliario Moguntino. D^{no} mihi plurimum observando. Moguntiam.

10 92. ALBERT VON HOLTEN AN LEIBNIZ
 Tübingen, 18. (28.) November 1671. [102.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 419, Bl. 1. 1 Bl. 4^o. 1 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.
 E II, 1 (1926) N. 92.

15 Von Holten und Leibniz standen spätestens seit Anfang 1670 miteinander in Korrespondenz (vgl. I, 2 N. 450), von der allerdings nur ein Briefpaar erhalten ist. Der unmittelbare Anlaß zu unserem Brief war der Wunsch eines Tübinger Kollegen von Holtens, die Preise einiger Bücher in London zu erfahren, und die Frage der möglichen Widmung der »grammatica in cylindris exhibita« von Holtens an die Royal Society in London. Unser Brief wird durch N. 102 beantwortet.

:192 20 || Vir Excellentiss. Amice Colende S.

Ut scriberem ad Te aliquid literarum duplicum causam habui, altera est, quod nonnemo Professorum Tubingensium a me postulavit, ut si mihi intercederet cum aliquo Londinensium literarum quoddam commercium, ab illo peterem, ut Londini inquireret, an libri quos inclusa scheda exhibit, ibi prostent venales. Jam cum mihi quidem nulla, nisi per Te, detur copia, petito 25 huic Doctissimi viri satisfaciendi, ideoque rogo obnoxissime, ut velis hanc schedam ad aliquem tuorum amicorum ablegare, quo is eorum librorum, quotquot istic reperientur, pretium percontetur, quod ad te perscriptum cum fuerit, spero te pro nostra amicitia me de ea re sine mora

26 f. percontetur (1) illudque | (2) quod erg. | K

1 Becheri: J. J. BECHER, *Experimentum chymicum novum quo artificialis et instantanea metallorum generatio et transmutatio ad oculum demonstratur*, Frankfurt 1671.

certiorem facturum. Altera causa scriptio[n]is mihi fuit, ut deliberarem tecum, an consultum putes, me, cum Grammaticam meam Hebraicam in cylindris exhibitam edere parem, inventum hoc Societati Regiae Anglicanae dedicare. Ut id cupiam plures habeo rationes, praecipue ut hoc pacto et Regi, et multis Doctissimis ac Illustribus viris innotescam. Quod si tibi videbitur, velim quam proxime ad me perscribas, quo titulo compellandi sint tum Rex, tum ipsum illud Societatis Collegium Eminentissimum. Puto inventum novitate sua et concinnitate non indignum fore tantis patronis. Forma externa oper[is] non parum habebit splendoris, quando convenienter emblemati exhibebitur arca cui incumbunt duo cherubini inaurati; intus || vero apparebunt cylindri illi versatiles, et in operculo Decalogus punctuationis Hebraicae, respondens numero, praceptorum Mosaicorum, in ventre arcae addito libello, cui titulum feci *lex Linguae Sanctae*, ⁵ ubi omnia Emblemati, quod de arca foederis sumptum est, exacte respondent. Mitto hic lapidarium quoddam quod, quia arbitrabar nondum ad tuas manus pervenisse, communicare volui: tu contra vide sis, ut mihi catalogum manuscriptorum Aethiopicorum Wanslepii dudum promissum transmittas. Rogo etiam, ut amplius cum Zunnero agas, de editione Commentarii Abarbelis in Jonam a me versi. Wanslepii Relationem de Aegypto videre gestio, proximis ¹⁰ nundinis Francofurtensis dabitur forsitan illius potiundae copia. Spinos[a] Judaeus, ut mali ominis nomen gerit, ita pessimi exempli rem ausus est, et merito suo vapulabit a doctis. Pfeiffero eum prima quavis occasione propinabo excarnificantum, si ille non renuit. Interim vale, et rescribe si molestum non est, ad ea, quae a te scire percupio.

Tubingae Anno 1671. d. 18. Novembris.

T. T.

Albertus ab Holten. ²⁰

Viro Nobilissimo, Excellentissimo, Doctissimoque Dn. Gothofredo Guilielmo Leibnizio J.U.D. amico ac Patrono Colendo pateant. Mogunziae.

9 f. numero (1) Tabulis (2) praceptorum *K* 14 promissum (1) communices (2) transmittas *K*

2 Grammaticam . . . exhibitam: Die Umsetzung dieses Planes ist nicht nachgewiesen. 11 de arca foederis: vgl. Deut. 10, 8. 13 catalogum: J. M. WANSLEBEN, *Conspectus operum Aethiopicorum*, Paris 1671. 14 f. Commentarii: IS. ABRAVANEL, *Commentarius . . . rabbi Ishak Abarbanel super Jesaiam, Jeremiam, Jehazkelem et prophetas XII minores*, 2. Aufl. Amsterdam 1642. Eine gedruckte Übersetzung von Holtens zum Buch Jona ist nicht nachgewiesen. 15 Wanslepii Relationem: J. M. WANSLEBEN, *Relazione dello stato presente dell' Egitto*, Paris 1671. 16 f. Spinos[a] . . . vapulabit: wohl gemeint B. DE SPINOZA, *Tractatus theologico-politicus*, 1670.

93. FRANCESCO DE LANA AN LEIBNIZ

[Rom, November 1671.] [68a.]

Überlieferung:

- 5 K Abfertigung: LBr 521, Bl. 3. 1 Bl. 4^o. 2 S. (Unsere Druckvorlage.)
:222 20 || Accessio ad Arithmeticam Infinitorum
 ubi et ostenditur Numerum maximum seu numerum omnium
 numerorum impossibilem esse sive nullum;
 item quae pro axiomatis habentur, demonstrabilia esse evincitur exemplis.

Constat Scientiam Minimi et Maximi, seu Indivisibilis et Infiniti, inter maxima documenta
 25 esse, quibus Mens humana sibi vendicat incorporalitatem. Quis enim sensu duce persuaderet
 223 sibi, nullam dari posse lineam tantae brevitatis, quin in ea sint non tantum infinita || puncta,
 sed et infinitae lineae (ac proinde partes a se invicem separatae actu infinitae) rationem
 habentes finitam ad datam; nisi demonstrationes cogerent. Quam illud vero mirabile etiam
 summam inire infinitorum continue decrescentium, vel in infinitum intra finitum tamen spatium

21 seu (1) infinitissimum (2) numerum omnium numerorum L^2 21 Maximum | seu
 Numerum infinitum erg. | omnium l 23 item ea quae L^2, l 23–S. 344.10 exemplis. Ad Cl^{mum}
 Galloisum. Quae nuper circa Arithmeticam infinitorum augendam mihi in mentem venere, ea ad Te, vir
 Clarissime, scribenda duxi. Cum l 24 Constat (1) arithmeticam | (2) scientiam erg. | (a) Infinitorum (b)
 Infiniti inter potissima esse specimina ingenii doc (c) Minimi L^1 24 inter summa esse documenta quibus L^2
 25 f. incorporalitatem. (J) Et quis persuaderet sibi, nullum esse corpus (2) Quis . . . lineam tantae (a) exilitati (b)
 parviti (c) brevitatis L^1 26 sint (J) infinitae non tantum partes (2) non tantum indivisibles, sed et infini (3)
 non L^1 27 (ac . . . infinitae) erg. L^1 27 invicem plane separatae L^2 28 mirabile summam L^2
 29 infinitorum (J) quod jam dudum multi in Fractionibus progressionē Geometricā continue decrescentibus
 veteres praestitere, ut $\frac{1}{3} + \frac{1}{9} + \frac{1}{27} + \frac{1}{81}$ etc. | in infinitum erg. | summa est $\frac{1}{2}$. Item $\frac{1}{4} + \frac{1}{16} + \frac{1}{64} + \frac{1}{256}$ etc. | in infinitum
 erg. | (2) continue decrescentium L^1 29 tamen erg. L^1

crescentibus decrescentibusve, limites praescribere; vel infinitorum ductu in se invicem finitas generare figuras, earumque demonstrare proportiones.


Archimedes jam olim usus est Arithmetica Infinitorum atque Indivisibilium Geometria, inscriptisque atque circumscriptis in *Dimensione Circuli*, in *de Sphaera et Cylindro*, in *Quadratura Parabolae*: et Geometriam quidem Indivisibilium resuscitavit nostro seculo Cavalierius ⁵ obstetricante atque probante Galilaeo; Wallisius *Arithmetica Infinitorum*, Jac. Gregorius inscripta ac circumscripta; et vero nisi nova ex indivisibilibus et infinitis Lux affulgeat et ars analyseos provehatur, nulla spes est provehendae magnopere Geometriæ.

Veteres dedere nobis Regulam ineundi summam Fractionum sive Rationum Geometrica progressionem in infinitum decrescentium. Quantitate enim data, exposita, linea AB eaque linea ¹⁰ ita continue secta et subsecta, ut ea sit continue ratio subsectionis ut AD ad sectionem ut AC , quae est sectionis AC ad totum ut AB seu ut aequales sint rationes:

$\frac{AB}{AC} = \frac{AC}{AD} = \frac{AD}{AE} = \text{etc.}$ Tunc quae est ratio CB (residui ex toto AB , detracta sectione AC) ad totum AB , ea erit ratio totius AB ad totum compositum ex toto, et adhuc semel sectione, et adhuc sectionis sectione, etc. simul sumtis, seu

$$\frac{CB}{AB} = \frac{AB}{AB + AC + AD + AE + \text{etc.}}$$

15



1 praescribere; (1) quae duo (unica) pro (2) vel L^1 2 earumque (1) indagare (2) demonstrare L^1
 3 olim in *Quadratura Parabola gestr.* | usus L^1 3 Infinitorum (1) nonnumquam inscriptis et circumscriptis
 (2) atque L^1 5 *Parabolae*: (1) (hanc metho) (2) et L^1 6 atque comprobante Galilaeo L^2 6 Jacobus L^2
 7 indivisibilibus atque infinitis L^2 8 analyseos augeatur, nulla L^2 8 f. Geometriæ. Nunc tantum de
 Arithmetica infinitorum dicemus. Veteres L^2 11 continue erg. L^1 11 subsecta (1) ut $\frac{AB}{AC}$ (2) ut ea L^1
 11 ut AD erg. L^1 11 f. ut AC erg. L^1 12 ad totum AB L^2 13 $\frac{AD}{AE} = \frac{AE}{AF}$ etc. gestr. | etc. L^1 13 Tunc
 (1) ea erit ratio (2) quae L^1 13 CB (1) ad AB . Differ (2) (residui L^1 13 ex toto, detracta L^2 14 f. ex
 toto et sectione, et sectionis sectione etc. seu L^2 15 sumtis, (1) seu $\frac{CB}{AB} = \frac{AB}{AB + A}$ (2) seu (3) seu $\frac{CB}{AB} L^1$

5 f. B. CAVALIERI, *Geometria indivisibilibus continuorum nova quadam ratione promota*, Bologna 1635
 u.ö. 6 J. WALLIS, *Arithmetica infinitorum*, Oxford 1656; ebenfalls in *Operum mathematicorum pars altera*,
 Oxford 1656. 6 f. J. GREGORY, *Vera circuli et hyperbolae quadratura*, Padua 1667, Nachdruck 1668.

Hujus Regulae demonstrationem tentatam vidi a doctis quibusdam Viris, sed non absolutam, ego eam non demonstro tantum ex principio universalis, sed et consequentiam ex ea duco elegantem, scilicet:

Sumtis Fractionibus continue decrescentibus, quarum numerator sit unitas, Nominatores vero termini progressionis cujusdam geometricae, summa Fractionum omnium progressionis datae, erit Fractio prima progressionis Geometricae praecedentis.

$$\text{Ut: } \frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} \text{ etc.} = \frac{1}{1}.$$

$$\text{Et } \frac{1}{3} + \frac{1}{9} + \frac{1}{27} [\text{etc.}] = \frac{1}{2}.$$

$$\text{Et } \frac{1}{4} + \frac{1}{16} + \left[\frac{1}{64}\right] + \frac{1}{256} [\text{etc.}] = \frac{1}{3}. \text{ Et ita porro.}$$

Sed hoc parum est, accedamus ad ea de quibus ne regula quidem hactenus fuit. Cum aliquando Illustri Hugenio narrassem, esse mihi rationes quasdam summandi series nonnullas in infinitum decrescentes, quarum computatio hactenus prodita non est; Ille proposuit mihi sequentem, fractionum, quarum numerator unitas, Nominatores vero Numeri Triangulares 0.¹ 1.² 3.³ 6.⁴ 10.⁵ 15.⁶ 21.⁷ 28 etc. quorum differentiae scilicet sunt naturales 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. etc. 15 summamque querere jussit. Sibi aliquando de calculo Aleae aliorumve ludorum fortitorum meditanti hac summa fuisse opus, inventamque a se, sed nondum publicatam. Quaesivi, invenique summam esse binarium, seu $\frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{6} + \frac{1}{10} + \frac{1}{15} + \frac{1}{21} + \frac{1}{28}$ etc. = 2. Quod cum Hugenio monstrasse, verum esse fassus est, conveniensque calculo etiam suo.

¹ Hujus Propositionis demonstrationem L^2 1 doctis | quibusdam erg. | Viris, sed (I) minime (2) non L^1 2 ex principio universalis erg. L^1 4 Sumtis (I) Progressionibus (2) Fractionum (3) Fractionibus progressionis Geometricae (4) Fractionibus . . . decrescentibus L^1 5 cujusdam erg. L^1 5 Fractionum (I) sequenti (2) omnium L^1 9 f. $\frac{1}{3}$. Sed L^2 10 fuit. | Quae nuper circa Arithmeticam infinitorum augendam mihi in mentem venere, ea ad Te, vir Clarissime, scribenda duxi. erg. | Cum L^2 12 decrescentes, (I) de qu (2) quarum L^1 13 unitas, Numeratores vero L^2, l 13 f. Triangulares (I) $\frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{6} + \frac{1}{15} + \frac{1}{21} + \frac{1}{28}$ etc. (2) 0.¹ 1.² . . . 6. 7. etc. L^1 14 f. naturales, summamque L^2, l 15 aliorumve (I) fortuit (2) ludorum L^1 16 opus, (I) inventas (2) inventamque (a) eam (b) a se L^1 16 nondum (I) publicasse (2) publicatam L^1 16 f. invenique (I) ac < - > (2) summam esse 2. Quod cum Hugenio monstrasse, istam esse fassus est. (3) summam L^1 18 verum (I) ac suo calculo conveniens vero < - > (2) esse L^1

11 Die Unterredung mit Huygens, die wahrscheinlich im September 1672 stattgefunden hat, erwähnt Leibniz u.a. in seinen Briefen an Oldenburg vom 26. April (III, 1 N. 17) und 24. Mai 1673 (III, 1 N. 20) sowie in seiner *Scheda exigua* (VII, 3 N. 53₃); vgl. HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 7, S. 244, Anm. 12 u. Bd 22, S. 675.

Ego vero eadem opera inveneram Methodum Universalem summandi series Fractionum sive Rationum non hujus tantum progressionis, Triangularium, cum differentiae terminorum sunt numeri naturales, sed etiam Progressionis Pyramidalium, ut vocant, cum differentiae Terminorum sunt numeri Triangulares; et Triangulo-Triangularium, cum differentiae sunt Pyramidales; et Triangulo-Pyramidalium, cum differentiae sunt Triangulo-Triangulares, et Pyramido-Pyramidalium, cum differentiae terminorum sunt numeri Triangulo-Pyramidales, et ita in infinitum. Inspice Tabulam subjectam.

					Pyram.	Triang.	Pyram.	Pyram.	Pyram.
0	1	1	1	1	1	1	1	1	1
		2	3	4					
0	1	3	6	10	5	15	21	28	36
			10	20	35	56	84	120	170
0	1	5	15	35	70	126	210	330	462
			28	84	126	252	462	792	1110
Nullae	1	7	21	56	126	210	462	924	1710
Unitates	Numeri	Naturales	Triang.						

Et hi sunt Numeri, quorum series, alii vocant Ordines Numericos, alii Combinatorios, alii Numeros Progressionis Symmetricae, Pascalius eorum usus sane multos exposuit in *Triangulo*

1 f. Fractionum sive Rationum erg. L^1 2 hujus (1) quoque (2) tantum L^1 2 progressionis (1) \langle trian \rangle (2) fractionum nume (3) Triangularium L^1 6 f. differentiae sunt Triangulo-Pyramidales L^2, l 7 In Tabelle Nullae ersetzt durch Zero und letzte Spalte ausgelassen L^2, l 8 alii Combinatorios erg. L^1 9 sane erg. L^1

1–7 Zu diesen Ergebnissen vgl. auch *Leibniz für die Royal Society* (III, 1 N. 4, S. 29), *De summis serierum fractionum* (VII, 3 N. 12), *Theorema arithmeticæ infinitorum* (VII, 3 N. 35) u. *Summa fractionum a figuratis, per aequationes* (VII, 3 N. 36).

Arithmetico, seu tractatu quem de iis dedita opera scripsit. Ego Numeros appellare soleo, Progressionis Arithmeticae Replicatae. Nam pro Unitatibus substitui possunt Numeri quiunque, ut Binarii, Ternarii, pro Numeris Naturalibus Numeri quilibet progressionis Arithmeticae, a differentia sua incipientis, ut pro 1. 2. 3. 4 etc. 2. 4. 6. 8 etc. Eademque manet Tabula, proportionaliter, tantum enim, si generator sit binarius, omnes termini duplicantur, et si sit ternarius, omnes termini triplicantur, etc.

Regula Universalis haec est: Summa seriei fractionum, quarum numerator est generator, nominatores sunt termini cuiusdam progressionis Arithmeticae Replicatae, seu, quod idem est,
 225 || summa rationum in quibus antecedens Unitas, consequens est terminus progressionis Arithmeticae Replicatae Unitatem habentis generatrixem, haec summa, inquam, est fractio seu ratio cuius numerator seu antecedens est exponentis seriei proximae praecedentis seu penultimae (data scilicet supposita ultima) nominator vero seu consequens est exponentis seriei proxime praecedentis praecedentem, seu antepenultimae. Exponentem hoc loco voco Numerum seriei seu numerum ordinalem Replicationis qui scilicet exprimit quota sit replicatio. Ita seriei $\frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{1}{1}$ etc.
 10 exponens est 1. Seriei 1. 2. 3. 4 etc. exponens est 2. Cum enim in prima tantum semel repetita sit unitas generatrix, in secunda ipsae replicationes seu repetitiones replicantur, in tertia $\frac{1}{1}, \frac{1}{3}, \frac{1}{6}, \frac{1}{10}$ etc. repetuntur replicationes replicationum. Quodsi generator sit unitas, numerus seriei seu Exponens gradus coincidit numero ejus primo post unitatem, ut in tertia 3. Exponentem voco exemplo progressionis Geometricae, ut enim radicum exponens 1. quadratorum 2. cuborum 3.
 15 etc. ita hoc loco generatorum 1. naturalium 2. Triangularium 3.
 20

1 de illis dedita L^2 1 iis (1) ex professo scripsit (2) scripsit ex professo (3) dedita . . . scripsit L^1
 2 Arithmeticae (1) simplici (2) Replicatae L^1 4 Eademque erit Tabula L^2, l 6 f. ternarius, triplicantur etc.
 Porro de Summis | quoque erg. | Fractionum, Regula Universalis fieri potest, qualiscunque sit Generator, modo numerator fractionis intelligatur esse Generator, ut si Generator sit 2, pro $\frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{6}$ etc. substituendum erit $\frac{2}{2} + \frac{2}{6} + \frac{2}{12}$ etc. At hoc idem est cum priore omnibus per generatorem divisis. Regula ergo haec erit: Summa L^2, l 6 f. etc.
 (1) Eodem modo dantur numeri progressionis Geometricae replicatae (2) Regula L^1 7 quarum (1) Den (2) numerator (a) unitas, (b) est L^1 8 quod idem est erg. L^1 9 rationum (1) unitatis ad (a) aliqua (b) terminos cuiusdam Arithmeticae progressionis replicatae unitatem generatorem habentis est Ratio exponentis datae progressionis ad exponentem praecedentem (aa) seu (bb) sive numerum unitate minorem, (aaa) vel (bbb) vel summa harum fractionum est fractio, cuius numerator est exponentis seriei, nominator exponentis seriei praecedentis sive numerus unitate minor (2) in L^1 9 quibus Unitas est antecedens L^2, l 9 progressionis cuiusdam Arithmeticae L^2, l 13 antepenultimae. (1) Exponens seriei hoc loco est numerus primus post unitatem sive ut in ista serie vel est (2) Exponentem hic voco (a) ita seriei (b) primum seriei numerum scilicet post unitatem omnibus communem (3) Exponentem L^1 15 exponens 2. L^2, l 18 gradus erg L^1 18 unitatem. Exponentem L^2, l 20 3. etc. Hinc L^2, l

1 *Triangulo Arithmetico*: B. PASCAL, *Traité du triangle arithmétique avec quelques autres petits traités sur la même matière*, hrsg. v. G. Deprez, Paris 1665.

Hinc ergo seriei fractionum Triangularium, $\frac{1}{1}, \frac{1}{3}, \frac{1}{6}, \frac{1}{10}, \frac{1}{15}, \frac{1}{21}, \frac{1}{28}$ etc. summa est $\frac{2}{1}$ seu ratio exponentis naturalium ad Unitatem. Nam series praecedens seriem 1. 3. 6. 10. 15 etc. nempe series 1. 2. 3. 4. 5. 6 etc. habet exponentem 2. Et series praecedens dictam seriem praecedentem, nempe 1. 1. 1. 1. 1. 1 habet exponentem 1, hinc fit $\frac{2}{1}$. Ergo et summa seriei fractionum Pyramidalium, $\frac{1}{1}, \frac{1}{4}, \frac{1}{10}, \frac{1}{20}, \frac{1}{35}$ etc. est ratio exponentis Triangularium ad exponentem naturalium nempe $\frac{3}{2}$.

Res ex hac Tabula clarius patet:

	Series Fractionum Progressionis Arithmeticae Replicatae						
	semel	bis	ter	quater	quinquies	sexies	septies
Exponentes	1	2	3	4	5	6	7
Unitatum	Naturalium	Triangularium	Pyramidalium	Triangulo- Pyramidalium	Triangulo- Pyramidalium	Pyramido- Pyramidalium	Pyramido- Pyramidalium
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{7}$	
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{21}$	$\frac{1}{28}$	
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{20}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{56}$	$\frac{1}{84}$	
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{70}$	$\frac{1}{126}$	$\frac{1}{210}$	
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{21}$	$\frac{1}{56}$	$\frac{1}{126}$	$\frac{1}{252}$	$\frac{1}{462}$	
$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{7}$	$\frac{1}{28}$	$\frac{1}{84}$	$\frac{1}{210}$	$\frac{1}{462}$	$\frac{1}{924}$	
Summae	$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{0}$	$\frac{2}{1}$	$\frac{3}{2}$	$\frac{4}{3}$	$\frac{5}{4}$	$\frac{6}{5}$ etc.

1–4 ergo summa seriei . . . etc. = est $\frac{2}{1}$ [.] Nam . . . seriem 1. 3. 6. etc. nempe 1. 2. 3. etc. habet exponentem 2, et . . . nempe 1. 1. 1. etc. habet exponentem 1; hinc fit $\frac{2}{1}$ seu 2. Et summa $L^2, l = 1$ fractionum (1) Pyra (2) Triangularium $L^1 = 1$ f. $\frac{2}{1}(I)$. Series enim (2). Seriei (3) seu . . . Unitatem $L^1 = 4$ Pyramidalium, (1) est (2) $\frac{1}{1} L^1 = 4$ Pyramidalium $\frac{1}{1} + \frac{1}{4} + \frac{1}{10} + \frac{1}{20} + \frac{1}{35}$ etc. est = $\frac{3}{2}$ seu est ratio . . . exponentem naturalium. Res L^2, l

In L^2 und l befindet sich die folgende abweichende Tabelle. Die Umrundung, die Berechnung »= $\frac{1}{2}$ NB« und die weiteren »NB« hat Leibniz in l hinzugefügt.

Series fractionum progressionis arithmeticæ replicatae.

0	1	2	3	4	5	6	7	etc.	exponentes
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{7}$		= $\frac{1}{2}$ NB
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{21}$	$\frac{1}{28}$		NB
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{20}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{56}$	$\frac{1}{84}$		NB
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{70}$	$\frac{1}{126}$	$\frac{1}{210}$		NB
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{21}$	$\frac{1}{56}$	$\frac{1}{126}$	$\frac{1}{252}$	$\frac{1}{462}$		NB
$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{7}$	$\frac{1}{28}$	$\frac{1}{84}$	$\frac{1}{210}$	$\frac{1}{462}$	$\frac{1}{924}$		
$\frac{0}{0}$	$\frac{0}{0}$	$\frac{1}{0}$	$\frac{2}{1}$	$\frac{3}{2}$	$\frac{4}{3}$	$\frac{5}{4}$	$\frac{6}{5}$	etc.	summae.

Series fractionum progressionis arithmeticæ
replicatae unitatis generatricis.

226 || Methodum autem ista inveniendi ac demonstrandi ipsam, cum admodum prolixa sit, et multis lemmatis indigeat, aliquando cum multis aliis ejusdem generis ubi majus digerendi otium suppetierit, publici juris faciam.

Hoc loco vero amittere non possum occasionem mihi praebitam admonitionis cuiusdam circa naturam numeri infiniti omnium numerorum. Galilaeus in *dial. Mechan.* 1. infinitum Numerum comparat unitati. Cum enim ita ratiocinatus esset. Omnis numerus in infinitum habet suum quadratum, suum cubum, etc. (si enim ducatur in se ipsum, producitur utique ejus

3 autem . . . demonstrandi erg. L^1 3 demonstrandi cum L^2, l 3–5 ipsam, (1) cum multis aliis Fractionibus sive rationibus (a) continue (b) in infinitum decrescentibus in unam summam collectis, publici juris faciam, ubi majus digerendi otium suppetierit. (2) cum . . . faciam. L^1 4 multis ejusdem L^2, l 6 loco (1) praeterire non possum admonitionem (2) vero . . . admonitionis L^1 7 *Mechan.* 1. eum comparat L^2, l 8 numerus (1) infinitum (2) in infinitum L^1 9 si (1) scilicet (2) enim (a) per (b) ducatur L^1 9 ducitur L^2, l

7–S. 349.6 Galilaeus . . . unitas: G. GALILEI, *Discorsi e dimostrazioni matematiche, intorno a due nuove scienze attenenti alla mecanica e i movimenti locali*, Leiden 1638 (G.O. VIII, S. 78–83).

quadratus, cubus etc.) Ergo tot sunt Numeri quadrati, item cubi etc. quot radices seu numeri simpliciter, quod est impossibile. Semper enim inter Numeros Quadratos multi alii interjiciuntur non Quadrati, et adhuc magis inter Cubicos non Cubici. Quid ergo? attributa aequalis, majoris, minoris, non habere locum in infinito. Et subjicit si ullus sit numerus infinitus, eum esse unitatem, in ea enim esse illud necessarium numeri omnium unitatum infiniti, 5 ut tot sint in ea radices, quot quadrati et cubi. Unitatis enim quadratum et cubus etc. est unitas. Haec ille. Ego vero ajo: si ullus sit iste numerus infinitus, eum esse zero, seu Nullam, vel quod idem est dicere, Numerum istum infinitum esse nullum, seu = 0. Habet enim Numerus infinitus non id tantum quod in eo observavit Galilaeus, ut tot sint in eo omnis generis potestates, quot radices, sed etiam ut tot sint in eo numeri simpliciter, id est pares et impares simul, quot numeri 10 pares, quia pares sunt dupli numerorum simpliciter, quot autem sunt simpli tot eorum dupli. Eodem modo colligitur tot esse numeros simpliciter, quot pares seu binarios, et quot ternarios, seu numerorum simpliciter triplos, et quot quaternarios etc. triangulares et pyramidales etc. Eodem modo probatur tot esse numeros simpliciter, quot numeros datae cujusdam progressio- 15 nis Arithmeticæ, Geometricæ, mixtaeque aut replicatae, cujuscunque in infinitum euntis. Etsi plusquam manifestum sit inter binarios seu pares alios non pares et adhuc magis inter ternarios alios non ternarios interjici. Cum ergo in numero isto infinito tot sint Numeri pares, quot numeri pares et impares simul, seu quot numeri simpliciter, sequitur in Numero isto infinito fallere Axioma illud: totum esse majus parte (quemadmodum P. Gregorius a S. Vincentio id contendit fallere in angulo contactus), at Axioma illud fallere impossibile est, seu quod idem 20 est, Axioma illud nunquam, ac non nisi in Nullo seu Nihilo fallit, Ergo Numerus infinitus est impossibilis, non unum, non totum, sed Nihil. Ergo Numerus infinitus = 0. Et vero in 0 seu zero non haec tantum a Galilaeo in unitate observata Infiniti proprietas est, sed et aliae omnes, nam quadratum et cubus de 0 est 0, et duplum triplumque de 0 est 0, et $0 + 0 = 0$, totum parti. Idem ne praeter rem huc digressus videar, hac serierum in infinitum progredientium collectione 25 in summam, comprobatur. Nam in fractionibus Geometricæ progressionis summandis dictum

1 quadrati (1) et |(2) item erg. $|L^1$ 1 item cubici, quot L^2, l 3 f. aequalis et majoris minorisve L^2, l
 4 infinito (1) imo (2). Et L^1 4 numerus iste infinitus L^2, l 5 omnium unitatum erg. L^1 6 f. unitas.
 Ego vero arbitror, si L^2, l 7 iste erg. L^1 7 sit numerus iste infinitus L^2, l 7 Nullam, (1) et proinde (2)
 vel L^1 8 istum erg. L^1 8 seu (1) infinitum (2) = 0 L^1 8 Numerus iste infinitus L^2, l 10 simpliciter,
 (1) quod (2) id L^1 11 pares, (1) seu dupli numerorum (2) quia L^1 11 simpliciter, (1) tot autem sunt dupli
 quot simpli (2) quot L^1 12–15 Eodem . . . euntis erg. L^1 12 simpliciter non tantum quot L^2, l
 12 binarios, sed etiam quot L^2, l 13 triangulares, pyramidales L^2, l 16 plusquam erg. L^1 17 ternarios
 etc. interjici L^2, l 17 isto erg. L^1 18 sequitur (1) in infinitum (2) in Numero | isto erg. | infinito totum esse
 majus parte (3) in L^1 21 axioma istud nunquam, id est non L^2, l 21 nunquam, (1) seu (2) ac L^1
 21 Numerus iste infinitus L^2, l 22 Numerus iste infinitus L^2, l 23 tantum reperitur a Galilaeo in unitate
 observata proprietas sed, L^2, l 24 cubus etc. de L^2, l 24 $0 + 0$ est = 0 L^2, l 25 ne (1) alieno (2)
 praeter L^1 26 fractionibus (1) Arithmeticæ |(2) Geometricæ erg. | L^1

19 f. Axioma . . . contactus: vgl. GREGORIUS A S. VINCENTIO, *Opus geometricum quadraturae circuli sectionum coni*, Antwerpen 1647, S. 871.

est summam sequentis seriei esse primam fractionem seriei antecedentis, et $\frac{1}{3} + \frac{1}{9} + \frac{1}{27}$ etc. $= \frac{1}{2}$,
 227 item $\frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8}$ etc. $= \frac{1}{1}$. Ergo $\frac{1}{1} + \frac{1}{1} + \frac{1}{1} = \frac{0}{0}$. || Jam 1 + 1 + 1 etc. constituit numerum infinitum.
 Idem plane evenit in Tabula proxime praecedente Fractionum progressionis Arithmeticae replicatae, ubi patet $\frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ etc. $= \frac{1}{0} = 0$. Et $\frac{1}{1} + \frac{1}{1} + \frac{1}{1}$ etc. $= \frac{0}{0} = 0$.

5 Den in Kleindruck gesetzten, abbrechenden, aber nicht gestrichenen Abschnitt aus L¹, der nicht in L² und l übernommen wurde, hat Leibniz durch den Folgetext ersetzt.

Idem locus nos debet admonere, si rigorose agendum sit, si perficienda sit philosophia, nullam esse recipiendam propositionem, nisi quae aut sensus observatione immediata constet, aut sit demonstrata, exceptis definitionibus, quae ut toties in suis scriptis inculcat Galilaeus, arbitriae sunt ac disputationis expertes, modo 10 clarae. Cum enim haec ipsa propositio: *totum esse majus parte*, dubitationem reperit apud maximos Geometras, quales sunt Galilaeus, et Gregorius a S. Vincentio, ullaes alias imposterum per se notas clamitare pergerimus, cum Galilaeus crediderit Numerum infinitum esse aliquid seu unum totum, comparat enim unitati, et tamen in eo neget habere locum majoritatem, seu ipsum totum partibus esse majus.

At vero cum Hobbius, quod unum ego ab eo in primis recte paeclareque factum arbitror, demonstraverit 15 atque in numerum theorematum hoc axioma reduxerit *totum esse majus parte*; Ego audacter inde colligo Numerum infinitum esse 0, quod non fecerat Galilaeus.

In eo vero lapsus est Hobbius, quod colligit veritatem omnium propositionum esse ab arbitrio humano. Primum enim eae quae sensu constant, ut *me a me sentiri sentientem*, excipiendae sunt: sed et eae quae ex sensu cognitis, exhibitis definitionibus, demonstrantur, ut quae ex praecedenti demonstrantur: *me sentire seu cogitare*, 20 item: *me esse*. Sensu enim certum est *me a me sentiri sentientem*. Ergo *me sentientem* sentiri immediate, seu sine medio, inter *me* enim et *me*, in mente scilicet, medium nullum est. Quicquid immediate sentitur, id immediate sensibile est. Quicquid immediate sensibile est, sine errore sensibile est (omnis enim error a medio sentiendi, ut alibi demonstrandum suppono). Quicquid sensibile est sine errore, id est, hinc sequitur *me esse sentientem*, seu veram esse propositionem: *ego sum sentiens*, ac per consequens reflecto: *sentiens ego sum*. 25 Excipiendae etiam sunt propositiones identicae seu ejusdem affirmatio de seipso, verbis iisdem. At cum idem dicitur de seipso verbis aequipollentibus ut definitio de [definito], aut definitiones diversae ejusdem definiti de se

1 primam (1) seriei (2) fractionem L^1 1 et (1) $\frac{1}{2} + \frac{1}{4}$ (2) $\frac{1}{3} L^1 + 2 + \frac{1}{8} = 1 L^2, l + 2 + \frac{1}{1}$ etc. $= 0 L^2, l$
 2 etc. (1) est (2) constituit $L^1 + 2$ numerum omnium numerorum infinitum $L^2, l + 3$ Idem evenit L^2, l
 $4 + \frac{1}{3}$ etc. $= \frac{1}{0} = 0 L^2, l + 11$ notas (1) clamitaremus (2) clamitare $L^1 + 12$ seu unum totum erg. $L^1 + 14$ eo
 (1) prae caeteris |(2) imprimis erg. | $L^1 + 18$ ut (1) *ignem lucere* (2) *me cogitare* (3) *me ... sentientem* $L^1 + 18$ sunt: (1) et (2) at vero (3) sed $L^1 + 20$ est (1) *me sentire*, | *seu versehentlich nicht gestr.* | quod mutatis vocibus idem est (2), *me L¹* 20 *me sentiri* (1) *cogitantem* |(2) *sentientem erg.* | $L^1 + 20$ *me* | *sentientem erg.* | *sentiri L¹* 21 *in mente scilicet erg. L¹* 24 *esse* | *sentientem erg.* |, *seu L¹* 24 *consequens (1)*, *ego sum* (2) *reflecto L¹* 25 *Excipiendae (1) autem (2) etiam L¹* 25 *iisdem (1) vel aequivalentibus*, cum definitio praedicatur de definito vel pars ejus. (2) At $L^1 + 26$ definitio $L^1 ändert Hrsg.$

7 G. GALILEI, *Discorsi e dimostrazioni matematiche, intorno à due nuove scienze attenenti alla mecanica e i movimenti locali*, Leiden 1638 (G.O. VIII, S. 74). 14 TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, II, 8, 8 (M.O.L. I, S. 106). 17 In ... humano: vgl. TH. HOBBES, a.a.O., I, 3, 8 (M.O.L. I, S. 32).

invicem, aut pars definitionis unius de definito, vel alia ejusdem definiti definitione, manifestum est propositionis veritatem esse ab arbitrio humano. Definitio enim ab arbitrio humano est. At vero omnia axiomata quae a sensu non pendent, imo omnia scientiarum a sensu et experimentis independentium theorematum sunt propositiones ejusmodi, quod et Aristoteles animadvertisit, qui unicum posuit demonstrandi principium: definitionem. Et vero Axiomata omnia quae Euclides velut principia praemisit Elementis ex definitionibus demonstrabilia sunt. 5

Quid discimus ergo inquires, cum theorematum talium scientiarum per vestigamus? Nihil inquam nisi celeriter (et dis)tingue cogitare *ad usum* seu aptis quibusdam symbolis ad ordinandas (jam) olim cognitas et a sensibus acceptas ideas (uti), sive ea symbola || sint nomina, sive characteres. Ut in numeris, quis n(on vi)det nihil novi disci in tota arithmeticā, nisi nomina numeralia (et eorum variū) recursus, qui si rursus (incipiunt) harmonice fiunt, hinc (patet uti) theorematum eliciuntur et uti(litas chara)ctērum (inde) maxime elucet, cum par(atis symbolis 10 multum supprimi) potest quod a(lias non posset, ut) cum integrae cuiusdam progres(sionis s)umma facile initur. Et haec maxime apparent ex Algebra, ubi nemo non videt, omnia symbolis varie transpositis agi, ingenti fructu, non quod nova discantur, sed quod res nude exhibentur menti. Quare si vel linguam, vel saltem scripturam haberemus philosophicam, de qua a me dictum est in *Arte Combinatoria*, quae scilicet pro Alphabeto uteretur Elementis cogitandi, res scriberentur definitionibus suis. Et quod in Algebra aequationes, id theorematum ubique 15 essent, et infinita problemata proponi solvique et theorematum nullo negotio demonstrari possent, nec ea scriptura uti [cuiquam] nisi rerum intelligentia esset et in potestate foret uniuscujusque ut in Arithmeticā sine errore ratiocinari. Atque hujus scripture Universali sive Characterismi philosophici Algebra tam numerosa quam speciosa non nisi pars seu specimen est. Quod a maximis viris non satis animadversum miror. Ego vero specimen paro, in re morali, seu eo quod justum est, ut appareat [bricht ab] 20

Idem locus nos debet admonere, si severe agendum sit, si perficienda sit philosophia, nullam recipiendam esse propositionem, nisi quae aut sensus observatione immediata constet, aut ex clara distinctaque imaginatione, id est idea, vel, quae ideae significatio est, definitione, sit demonstrata (: exceptis scilicet ipsis definitionibus, quae ut toties in suis scriptis inculcat restaurator philosophiae Galilaeus, arbitrariae sunt, nec falsitatis, sed ineptiae obscuritatisque 25 tantum arguendae :).

Cum enim ista propositio: *totum esse majus parte*, dubitationem receperit apud maximos Geometras, quales certe Galilaeus et P. Gregorius a S. Vincentio fuere, ullasne alias imposturum per se notas clamitare per gemus?

2 omnia (I) theorematum (2) axiomata L^1 6 celeriter (I) promteque (2) et L^1 15 cogitandi (I) omnes scripture(e) alicujus rei (2) res L^1 15 id (I) in omnibus est (2) theorematum L^1 16 essent, (I) | et versehentlich nicht gestr. | problemata omnia possent solvi (2) et L^1 16 solvique erg. L^1 16 demonstrari | solvique gestr. | possent L^1 16 nec (I) in (2) ea L^1 17 uti (I) quisquam nisi rerum intelligens posset (2) | quisquam ändert Hrsg. | . . . esset L^1 17 sine (I) ratio (2) errore L^1 23 f. aut (I) sit demonstrata (2) ex . . . vel | quae ideae significatio est erg. | definitione | (quae nil nisi ideae significatio est) streicht Hrsg. nach L^2 u. l | sit demonstrata L^1 25 sunt, (I) ac disputationis expertes dummodo clarae aptaeque. (2) nec . . . arguendae :) L^1

4 ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, II, 3, 90 b 24 u. 27.

Galilaeus certe credit Numerum Infinitum esse aliquid, seu Unum Totum, comparat enim Unitati, et negat tamen in eo habere locum majoritatem seu hunc ipsum numerum totum [parte] esse majorem seu numeros simpliciter id est quadratos et non quadratos plures esse numeris quadratis vel totum esse majus parte.

5 Ego vero cum habeam pro comperto, omne totum sua parte majus esse, audacter concludo, Numerum istum infinitum sive Numerum maximum seu omnium Unitatum possibilium summam, quam et infinitissimum appellare possis, sive numerum omnium numerorum esse 0 seu Nihil. Et demonstratio nova vel ex eo suppetit, quod numerus maximus est summa omnium unitatum sive numerus omnium numerorum, at summa numerorum necessario major est 10 numero numerorum ut $1 + 2 + 3 + 4$ etc. majus quam $1 + 1 + 1 + 1$ etc. Ergo numerus maximus non est numerus maximus, id est numerus maximus est 0. Etsi non ideo infinitas partes continuo aut interminatam magnitudinem spatio temporique protenus negem.

Hinc appareat etiam propositiones istas: eidem aequalia etiam inter se esse, aequalia aequalibus addita vel demta facere aequalia, totum esse majus parte, aequimultiplicia esse ut 15 simpla, si proportionalibus addantur demanturve proportionalia, producta esse proportionalia etc., cum dubitationis capaces sint, demonstratione indigere, et si sunt verae, demonstrabiles esse, ex terminis scilicet, seu definitionibus. Atque id voluere scholastici, ex terminis inspectis innotescere primas veritates, id est faciles esse demonstratu ac definitionibus vicinas; contra quam illi qui nescio quo lumine naturali per se notas putant. Cum constet quaedam ab aliquibus 20 inter per se nota poni, quae ab aliis rejiciantur aut distinguantur, nec criterion afferri per se noti nisi forte opinionem communem, quae praeterquam quod dubitationibus obnoxia est, probabilia ponere fundamenta demonstrationum, quod est Pyrrhoniis manus dare.

Der folgende kleingedruckte Text aus L¹ ist ein erster Ansatz, Axiome zu beweisen, den Leibniz an dieser Stelle verwirft und am Schluß in erweiterter Form wieder aufgreift.

2 f. majoritatem et minoritatem seu numeros simpliciter L^2, l 2 hunc erg. L^1 2 numerum erg. L^1 2 totum (I) partibus (2) | parti ändert Hrsg. | L^1 3 f. simpliciter (I) numeris quadratis (cubisque). (2) id est . . . parte L^1 6 istum erg. L^1 6–11 infinitum (I) esse 0. | (2) | sive | Numerum erg. | maximum erg. | seu . . . summan (a) esse 0. (b), quam . . . possis, (aa) esse 0 seu nihil. (bb) sive . . . quod (aaa) summa (bbb) numerus . . . unitatum (aaaa), at summa omn (bbbb) sive . . . at summa | omnium gestr. | numerorum . . . id est numerus maximus est (aaaaa) impossibilis (bbbb) 0. erg. | L^1 10 1 + 2 + 3 etc. majus quam 1 + 1 + 1 etc. L^2, l 11 maximus, seu Numerus maximus est 0. L^2, l 12 aut infinitat magnitudinem tempori ac spatio protinus negem L^2, l 12 temporique (I) hactenus (2) protenus L^1 13–17 (I) Propositiones enim istas *totum esse majus parte, aequalia aequalibus addita | vel demta erg. | facere aequalia, eidem aequalia et similia etiam inter se esse, dimidium esse ad dimidium ut totum ad totum aliasque similes | omnes id genus demonstrabiles esse puto, versehentlich nicht gestr.* | (2) Hinc . . . parte, (a) ut est simplum ad simplum, it (b) aequimultiplicia . . . demonstrabiles esse L^1 15 proportionalia, produci proportionalia etc. L^2, l 16 indigere, ac proinde si L^2, l 18 innotescere (I) talia id est facilia demon (2) primas L^1 18 ac definitionibus vicinas erg. L^1 19 constet (I) alia (2) quaedam L^1 20 rejiciantur, et distinguantur L^2, l 21 opinionem (I) populi | (2) communem erg. | L^1 21 est, (I) difficilem (2) probabilia L^1

13–22 Hinc . . . dare: vgl. VI, 2 N. 57.

Facilem autem esse debere axiomatum ex definitionibus demonstrationem, ita exemplo ostenditur. Totum et partem ita mutua relatione definiemus: Si partes sint a, b etc., totum erit $a + b$ etc. Majus et minus ita: Si a sit minus, et c sit majus, c esse aequale ipsi $a + b$ seu $c = a + b$. Conferamus utramque definitionem, connectetur demonstratio: Totum = $c = a + b$ = majus, pars = $a = a = minus$. Ita $a = b$ et $c = d$,

5

$$\boxed{\begin{array}{l} a+c= \\ \parallel \quad \parallel \\ =b+d \end{array}}$$

ergo ; eodem modo si pro + substituas - ; nam + et - res nulla nova hypothesi adjecta tantum

cogitatione conjungunt. Idem sic probes prolixius: $a = b$ et $c = d$. Ergo $a = c$ et $a = d$ et $b = c$ et $b = d$. Ergo $a + b = c + b$ et $c + b = c + d$. Ergo $a + b = c + d$. Definitio enim aequalitatis est, ut alterum alteri substitui possit salva quantitate, cum aequalia sint, quorum eadem est quantitas, quare aequalia eidem aequalia esse inter se statim intelligitur. Si enim $a = c$ et $b = c$, substituatur in alterutro alterum, pro tertio habemus $a = b$. Porro ita esse simpla ut dupla, sic probabimus: $\frac{2a}{2b} = \frac{a}{b}$; nam $\frac{2a}{2b} = \frac{2 - a}{2 - b}$. Jam $\frac{2}{2} = 1$ et $1 = \frac{1}{1}$, ergo $\frac{2a}{2b} = \frac{1a}{1b}$ et hoc $= \frac{a}{b}$. Satis haec clara faciliaque arbitror.

15

At vero, inquiet aliquis, si omnia Axiomata ex definitionibus nominum demonstrabilia sunt, omnes veritates pendebunt ab arbitrio humano, cum arbitriae sint nominum definitiones, quae sententia in Hobbo a doctis improbata est. Huic respondeo propositiones a definitionibus pendere, quatenus verbis aliisve symbolis exprimuntur. At cogitationes asymbolas, seu ipsarum idearum connexiones, aut a sensu esse, aut a distincta imaginatione, cum res proposita tamdiu distinguitur considerando in partes duciturque per circumstantias, quamdui nihil novi occurrit, quod ad rem praesentem pertineat. Hinc pro mutatis relationibus theorematum variantur, ut eadem urbs pro latere aspectus, figuram mutat. Distinguendum ergo mihi videtur inter propositiones, aliarum enim veritatem pendere a sensu uti sunt experimenta et observationes Naturae, aliarum autem a clara distinctaque imaginatione seu ideis, vel si mavis definitionibus, nihil enim definitio aliud quam ideae significatio est, uti sunt theorematum Arithmeticae et Geometriae. Notae ergo symbolaque arbitraria sunt, sive sint verba, sive characteres, ideae ipsae omnibus gentibus eaedem obversantur. Etsi in rebus valde compositis soleamus uti symbolis in ratiocinando, sine ulla consideratione ipsarum idearum, quas cogitationes voco caecas, cum in iis contenti simus analogia parvarum simpliciumque distincte comprehensa-

30

1 ex definitionibus erg. L^1 2 Si (1) pars sit a , Totum erit (2) partes L^1 3 minus, (1) $a + b$ esse majus et collata utraque definitione (2) et L^1 10 prolixius erg. L^1 10 Ergo (1) $a = c = d$ et $b = c = d$. (2) $a = c$ L^1 13 b. (1) Sic probabimus (2) Porro L^1 16 At vero . . . aequationes in Algebra. *Text der folgenden beiden Absätze fehlt in L², l* 16 nominum erg. L^1 17 cum (1) definit (2) arbitrariae L^1 18–23 Huic . . . asymbolas, seu (1) rerum (2) ipsarum . . . partes | duciturque per circumstantias erg. |, quamdui . . . mutat. erg. L^1 23 ergo erg. L^1 24 f. uti . . . Naturae erg. L^1 26 nihil (1) aliud (2) enim L^1 26 f. uti . . . Geometriae erg. (1) . Non symbola ergo arbitraria sunt (2) Notae L^1 29–S. 354.1 quas . . . comprehensarum erg. L^1

18 in Hobbo: vgl. TH. HOBBES, a.a.O., I, 3, 9 (M.O.L. I, S. 33).

30 voco: vgl. LEIBNIZ, *De arte combinatoria*, 1666 (VI, 1 N. 8, S. 170.28).

rum, ut cum 100 000 dicimus, nemo omnes hujus numeri unitates sibi mente fingit, scit enim eo labore sibi post symbola supersedere licere. Et in eo consistit ars symbola excogitandi, ut sint compendiosiora ipsis Ideis, et tamen confusionis expertia, aptaque ad || omnis generis proportiones in ipsis non minus facile, quoad ejus fieri potest detegendas ac si in ultima elementa, 5 fuissent resoluta, seu clare distincteque intellecta. Et hoc in numeris sic satis praestat progressio denaria. Sine progressionе enim ejusmodi impossibile fuisset mortalibus ingentes numeros supputare, ob taedium. Idem in Geometria praestat Algebra, adeo ut impossibilibus etiam assumtis, ut sunt dimensiones ultra tertiam transgressae, numerique surdi et nihilo minores, suum tamen consequatur.

- 10 Cum ergo symbolis apte inventis velut machinis spiritualibus, tantopere mens nostra sublevetur, ea autem quae hactenus praeterquam in scientiis mathematicis puris habemus (quoniam et in his multa desiderem), neque simplicia, neque plena, neque ordinata sint, hinc apparet de tota ratiocinatione humana neminem mereri posse melius, quam qui excogitet sive Linguam, sive quod sufficit, Scripturam Philosophicam; severis tantum inquisitionibus inser-
15 vituram, ut a me expositum est sex abhinc annis *Dissertatione de Arte Combinatoria*, puerili ea quidem, Academicо scilicet more, cuius tamen ne nunc quidem omnia asperner. Ibi monui omnes propositiones scientiarum purarum, seu a sensu independentium (etsi earum veritas sensu quoque velut examinari confirmarique possit) quales sunt scientiae quoque de actione in universum, de Ratiocinatione, de motu, de utili, de justo, nihil aliud [faciunt] quam pronuntiare
20 aut definitionem partem ejus (aut partis, partisve partis definitionem ex toto vel parte) de definito aut de definitione alia ejusdem definiti. Eandem ideam exprimi posse variis definiti-
onibus; atque inde foecundam nasci condendorum theorematum artem. Quod et alicubi faten-
tem memini Pascalium, ubi eorundem theorematum variatam enunciationem commendat, et in ea consistere debere ait omne studium Geometrarum. Sic enim ad nova et intacta viam aperiri.
25 Idem et Cujacius notavit in *Paratitlis*, ejusdem nominis multas definitiones utiliter proponi. Idem enim sunt definitiones in Characteristica illa Universalis, quod aequationes in Algebra.

Sed age demonstrabilitatem axiomatum in exemplum propositorum opere ipso potius quam verbis ostendamus:

6 mortalibus (1) ἀπίθμο (2) ingentes L^1 8 et nihilo minores erg. L^1 10 apte (1) cogit (2)
inventis L^1 11 sublevetur (1) operae pretium (2) ea L^1 12 (quamquam . . . desiderem), erg. L^1 15 sex
abhinc annis erg. L^1 19 de (1) cogitatione |(2) Ratiocinatione erg. | L^1 19 de (1) Bono |(2) utili erg. | L^1
21 posse (1) multis |(2) variis erg. | L^1 22 foecundam (1) esse |(2) nasci erg. | L^1 22 alicubi (1) fassum |(2)
fatentem erg. | L^1

23 commendat: Anspielung auf B. PASCAL, *Traité du Triangle arithmétique*, hrsg. v. G. Deprez, Paris 1665, Anhang *Traité des ordres numériques*, S. 4 f; vgl. III, 1 S. 17 (Erl.). 25 J. DE CUJAS (Cujacius), *Paratita in libros IX Codicis Justiniane repetitae preelectionis*, Paris 1579 u.ö., epistola nuncupatoria.

PRIMUM: *eidem tertio aequalia esse inter se aequalia* statim intelligitur ex definitione aequalitatis; Sunto enim $a = b$ et $b = c$, ajo $a = c$. Nam cum aequalia sint quorum eadem est quantitas, seu quorum alterum in alterius locum substitui potest, salva quantitate, substituamus ergo vel c in locum b in aequatione $a = b$ vel a in locum b in aequatione $b = c$ fiet utrobique $a = c$. Q.E.D.

5

SECUNDO: *aequalia aequalibus addita vel demta facere aequalia* $a = b$ et $c = d$, ajo $a + c = b + d$. Nam $a + c = b + c$ (quia $a = b$) et $b + c = b + d$ (quia $c = d$), ergo $a + c = b + d$.

TERTIO: *Totum esse majus parte*. Nam si (defin. 1) partes sint a, b , totum (defin. 2) erit $a + b$.

Am Rande in L² und l ist von Leibniz' Hand die folgende Figur ergänzt:

10

$$\begin{array}{c} a \quad \dots \quad b \\ \hline \hline c \end{array}$$

Item si minus (defin. 3) sit idem a , majus (defin. 4) erit $c = a + b$. Conjectis definitionibus connectetur demonstratio: *Totum = a + b* (defin. 2) $a + b = c$ (defin. 4) $c = \text{majus}$ (dict. defin. 4),¹ $\text{pars} = a$ (def. 1), $a = \text{minus}$ (defin. 3).

QUARTO: aequimultiplicia esse ut simpla, v.g. ut sunt tria ad quatuor ita sunt bis tria ad bis quatuor $\frac{ca}{cb} = \frac{a}{b}$. Nam $\frac{ca}{cb} = \frac{c-a}{c-b}$. Jam $\frac{c}{c} = 1$ et $1 = \frac{1}{1}$, ergo $\frac{ca}{cb} = \frac{1-a}{1-b} = \frac{1a}{1b} = \frac{a}{b}$.

15

Den folgenden Abschnitt in Kleindruck hat Leibniz in l ergänzt:

Ne qua autem dubitatio restet $\frac{ca}{cb} = \frac{c}{c} \cap \frac{a}{b}$ ita probo: $\frac{c}{c} \cap \frac{a}{b} = \frac{c \cap a}{c \cap b} = \frac{ca}{cb}$. Est autem hoc loco \cap signum multiplicationis.

QUINTO: *Si proportionalibus addantur demandurve proportionalia, producta esse proportionalia*. Ut cum ita sint 4 ad 8 ut 3 ad 6, etiam 4 + 3 seu 7 ad 8 + 6 seu 14, eodem modo erit, seu $\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$, ergo $\frac{a+c}{b+d}$. Ante omnia praedemonstro hoc lemma: $bc = ad$. Nam quia $\frac{a}{b} =$

20

¹ *Am Rande in l von Leibniz' Hand:* Sint partes (*darüber*: defin. 1) p, π , totum (*darüber*: defin. 2) $p + \pi$. Majus quam (*darüber*: defin. 3) p sit $p + y$. Per y intelligendo indefinitam quamlibet, ergo in defin. 3 pro y substituendo π erit $p + \pi$ majus quam p , id est per defin. 2, 3 totum erit majus parte.

25

1 tertio erg. L^1 1 f. ex . . . aequalitatis erg. L^1 2 enim (1) $a = c$ et $c = b$ (2) $a = b$ et $b = c$ L^1
 2 $b = c$ (1) erit (2) ajo L^1 2 aequalia sunt quorum L^2, l 3 alterum alteri substitui L^2, l 4 $a = b$ vel
 | vel streicht Hrsg. | L^1 6 $c = d$, (1) ergo (2) ajo L^1 11 idem erg. L^1 12 demonstratio: (1) *Totum* (a) e
 (b) *ipsius* (defin. 2) *Totum* (3) *Totum* L^1 14 ad 4 L^2 , ad quater l 15 bis quater l 20 f. erit, (1) Quod i
 (2) seu L^1 21 seu si $\frac{a}{b} L^2, l$ 21 praedemonstro (1) in casu praesenti (2) | hoc lemma erg. | : L^1 22 (1) Sit
 totum t , (a) partes per (b) partes $p \pi$ est autem (2) Sint l 23 π (1) Res (2) Majus l 24 ergo (1) pro (2) in l

$\frac{c}{d}$, ergo multiplicando utrumque per d erit $\frac{ad}{b} = \frac{c}{1}$, ergo multiplicando utrumque per b erit $ad = cb$. Jam pergo si $\frac{a+c}{b+d} \times \frac{a}{b} = 1$, erit $\frac{a+c}{b+d} = \frac{a}{b}$.

Den folgenden Abschnitt in Kleindruck hat Leibniz in l ergänzt:

$$\text{Consequentia patet: nam } \frac{a+c}{b+d} \times \frac{a}{b} = \frac{a+c}{b+d} \cup \frac{a}{b} \text{ quia hoc } \frac{a+c \cup \frac{a}{b}}{b+d} = \frac{a+c \cup a \cup \frac{1}{b}}{b+d} = \frac{a+c \cap b \cup \frac{b}{b}}{b+d, \cap a} =$$

$$5 \quad \frac{a+c, \cap b \cup 1}{b+d, \cap a} = \frac{a+c, \cap b}{b+d, \cap a} = \frac{a+c}{b+d} \times \frac{a}{b}.$$

Antecedens probo: $\frac{a+c}{b+d} \times \frac{a}{b} = \frac{ba+bc}{ab+ad}$. Jam $bc = ad$ per lemma praemissum. Ergo
 $\frac{ba+bc}{ab+ad} = \frac{ba+bc}{ab+bc} = 1$.

Intelligitur ex ultimo exemplo propositionem istam quintam inter axiomata positam non
facilioris esse demonstrationis quam alias nonnullas quae theorematis accensentur. Exempli
10 causa theorema est: *si duae rationes sint aequales, etiam earum conversas esse aequales*: id ita
demonstratur facilime: $\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$ ajo $\frac{b}{a} = \frac{d}{c}$. Nam si $\frac{b}{a} \times \frac{d}{c} = 1$, erit $\frac{b}{a} = \frac{d}{c}$. Antecedens probo: $\frac{b}{a} \times \frac{d}{c} =$
 $\frac{bc}{da} = \frac{bc}{bc} = 1$. Nam per lemma dictum, $bc = da$. Atque ista quidem sufficere arbitror in exemplum.

110. PIERRE DANIEL HUET FÜR LEIBNIZ

[Anfang Januar 1673.] [111.]

15

Überlieferung:

k Abfertigung: LBr 428, Bl. 3. 1 Bl. 8°. 1/3 S. (Unsere Druckvorlage.)

A Abschrift (von der Hand Grubers): LBr 428, Bl. 6–7. 1 Bog. 2°. 1/4 S.

E¹ WINCKLER, *Anecdota*, Bd 1, 1757, S. 479 (nach *k*).

E² II, 1 (1926) N. 110 (nach *k*).

20 Das folgende kleine Billet eröffnet die Korrespondenz zwischen Leibniz und Huet. Huet hat es Leibniz
wohl kurz vor dessen Abreise nach England am 11. Januar 1673 zukommen lassen, denn er bittet Leibniz, John
Pearson, seit 1673 als Nachfolger von John Wilkins Bischof von Chester, an seine Anfrage bezüglich eines in
Oxford vorhandenen Vettius-Valens-Manuskriptes zu erinnern und Grüße an Oldenburg in London zu übermit-
teln. Leibniz antwortet nach seiner Englandreise mit N. 111.

1 multiplicando ... erit erg. *L¹* 1 ergo (1) $ad = (2)$ multiplicando *L¹* 1 per b fiet *L²*, *l*
6 $\frac{a+b}{b+d} \times \frac{a}{d}$ versehentlich in *L²* 6 per ... praemissum erg. *L¹* 7 1. (1) Ex hoc loc (2) Intelligi (3)
Intelligitur *L¹* 8 ultimo | isto gestr. *L¹* | exemplo *L²*, *l* 8 propositionem (1) istam (2) istam quintam *L¹*
8 propositionem hanc quintam *L²*, *l* 8 positam (1) difficilioris (2) non facilioris *L¹, L²* 9 quam (1) ea (2)
alias nonnullas *L¹* 10 inversas *L²*, *l* 11 $\frac{c}{d}$ (1) ergo |(2) ajo erg. | *L¹* 12 per (1) dicta (2) lemma
dictum *L¹* 12 exemplum | observationis parum creditae, necessariae tamen ad stabiliendam contra Pyrrhonios
scientiarum severitatem. erg. | *l*

|| M^r Leibniz est supplié de faire souvenir M^r Pearson de la priere qui luy a esté faite par M^r Huet touchant le manuscrit de Vettius-Valens qui a esté legué par feu M^r Celden à la bibliothèque d'Oxford.

Il le supplie aussi de faire ses complimens à M^r Oldembourg.

:229

111. LEIBNIZ AN PIERRE DANIEL HUET
Paris, 20. März 1673. [110.114.]

5

Überlieferung:

L Abfertigung: PARIS, *Bibliothèque de la Sorbonne, Collection Victor Cousin, Lettres auto-*

graphes de Leibniz, Bl. 2. 1 Bl. 4^o. 1 1/2 S. (Unsere Druckvorlage.)

E¹ GROETHUYSEN, *Trois lettres de Leibniz*, in *Revue Philosophique de la France et l'Étranger*, 10
98, 1924, S. 9–10.

E² II, 1 (1926) N. 111 (nach E¹).

Unser Brief stellt wohl die erste Information dar, die Leibniz Huet nach dessen in N. 110 geäußerter Bitte von seiner Englandreise übermittelt.

|| Amplissime Domine

15 :230

Puduit, quanquam reversum, ad Te adire, sine ullis diligentiae meae documentis; quae nactus tandem, Tibi statim mitto, ut intelligas quanti mihi sit, probare Tibi studia mea, utque, ubi primum Tibi visum fuerit, discamus voluntatem Tuam: in qua exequenda, quantum erit in mea potestate, nolim quenquam me promtiorem credas.

Quomodo usus sim mense illo, quem in Anglia consumsi, dicam fusius, ubi primum copia 20 dabitur, faciendi coram officii mei: illud tantum anticipabo, gavisos esse Clarissimos ex Regia Societate Philosophos, ubi intellexere, esse qui scripta veterum eruat restituatque, eas ipsas scientias tractantia, quas ipsi nunc tantopere versant: et esse Virum, non amoenoribus tantum literis illis, quas vos pulcras vocatis, tinctum, sed et severiore eruditione penitus imbutum, absoluto omnis doctrinae praestantioris circulo: quod praeter Huetium a paucissimis expectes. 25 Ego particulatim nosse optem, quae alia in eo genere verses, habes enim ni fallor, praeter Vectium Valentem, quaedam Heronis Poliorcetica item et Musica. Scis enim nihil gratius a me doctissimis illis viris perscribi posse.

2 Vettius Valens: Huet wollte die *Anthologie* des spätgriechischen Astronomen Vettius Valens herausgeben und dafür den ihm bekannten *Codex Oxoniensis Seldeniensis* zum Vergleich mit dem *Codex Hamburgensis 94*, den er abgeschrieben hatte, heranziehen; vgl. III, 1 N. 9, S. 44 f. (mit Erl.), N. 111 und N. 115. Das Werk des Valens wurde erst 1908 von W. Kroll in Berlin u.d.T. *Anthologiarum libri* herausgegeben; zur geplanten Edition vgl. VI, 4 S. 488 (mit Erl.). 20 Anglia: Leibniz hielt sich vom 14. Januar bis Ende Februar 1673 in London auf.

Quod superest ego nova a Te mandata circa Vectum Valentem, expecto. Vale interea
faveque

Vir Amplissime
Paris 20 Martii 1673.

Cultori devoto
Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

5 *A Monsieur Monsieur Huet. en Cour.*

112. LEIBNIZ AN HERZOG JOHANN FRIEDRICH VON HANNOVER
Paris, 26. März 1673. [84.134.]

Überlieferung:

- 10 *L¹* Konzept: LBr F 12, Bl. 115–116. 1 Bog. 2°. 4 S.
L² Abfertigung: LBr F 12, Bl. 17–18. 1 Bog. 2°. 2 3/4 S. (Vorlage für unseren Teildruck.)
E¹ GROTEFEND, *Briefwechsel*, 1846, Einleitung: S. XIII–XIV (nach *L¹*, ohne die letzten drei
Absätze).
E² KLOPP, *Werke*, Bd 3, 1864, S. 264–269 (nach *L²*).
E³ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 64–68 (nach *L²*).
15 *E⁴* I, 1 (1923) N. 326 (nach *L²*).
E⁵ II, 1 (1926) N. 112 (Teildruck nach *L²*).
Übersetzung:
CL. ROSLER, *Trois lettres à Jean-Frédéric de Hanovre*, in *Philosophie* N° 75, Dez. 2002,
S. 25–29.

20 Mit unserem Brief nimmt Leibniz nach dem unerwarteten Tod Boineburgs am 15. Dezember 1672 wieder
die direkte Korrespondenz mit Herzog Johann Friedrich auf. Dieser antwortet Leibniz am 25. April 1673 mit dem
Angebot, in seine Dienste zu treten (I, 1 N. 327).

Gothofredus Guilielmus Leibnitius.

Die beiden folgenden im Kleindruck wiedergebene Absätze stellen zwei verworfene Vorfassungen des Briefanfangs dar. Die grammatisch unvollständig gebliebene Überarbeitung des ersten Ansatzes brach Leibniz ab und gestaltete sie zu dem zweiten Ansatz um, der erst nach Abschluß des Briefes durch den nachträglich auf Bl. 21 v° geschriebenen neuen, endgültigen Anfang ersetzt wurde.

Quoniam resumtam a Vobis intelligo Scripturae universalis curam operae pretium esse arbitror paulo distinctius perscribere, quae jam multis abhinc [annis] super eodem arguento meditata olim obiter tibi innuere memini. Nam si quidem decretum est serio id negotium suspicere, etiam atque etiam videndum est, ut omnia optime ab initio gerantur. [bricht ab]

28 intelligo (1) S (2) C (3) Character (4) Scripturae L 28 f. arbitror | repetere apud Te et gestr. | paulo distinctius | tibi gestr. | perscribere L 30 memini. (1) Sane (2) Consilium Linguae Universali (3) Cum (4) Scriptura est durabilis quaedam (5) Scripturam generaliter appellabo omnem (a) durabilem cogitationum significationem (b) cogitationum significationem (aa) quae (bb) quae durabilis (6) Interest enim R (7) Quoniam enim serio (a) in id negotium incumbi ais, operae pretium (aa) est, (aaa) opt (bbb) omnia deliberato agi (bb) esse (b) id negotium suspici ais, Reipublicae interesse arbitror, ut ab initio (aa) recte (bb) quam optime instituantur. (8) Nam, si quidem decretum est | vobis erg. u. gestr. | serio id negotium suspicere, etiam atque etiam videndum est, ut omnia quam optime ab initio instituantur (a) difficilis enim postea emendatio est, assuetis jam hominibus aut si imperfecti (b) Nam (aa) Sc (bb) si scriptura (aaa) nova quae recipitur (bbb) | nova versehentlich nicht gestr. | (c) aut enim recipitur haec scriptura et (9) Nam L

Gaudeo resumtam a Vobis Scripturae universalis curam. Majoris enim momenti res est quam quisquam facile credit, sed si recte instituatur. Nam ut boni publici causa, cuius potissima mihi semper cura fuit, sententiam meam tibi candide ac libere aperiam, arbitror longe aliam et posse et debere excogitari, quam quae hactenus scriptoribus in mentem venerit. Evidem, nemo, fateor longius processit quam Johannes Wilkinsius vir utique summus, cuius pulcherrima rerum omnium in quaedam velut praedicamenta collectio, et digestio egregii semper usus futura est digna per se quae in varias transferatur linguis, et immortalitati consacretur cum autore sed scripturae vere realis si bono publico consulimus basis esse non debet. Nocebit enim hujus characteris sive receptio sive explosio, alteri illi, quem in nostra potestate esse arbitror, et quem si quando mortalibus eo frui fas erit, inter potissima bona numerare ausim, quae humano generi contingere possunt. Nihil enim hominibus evenire majus potest, quam perfectio functionum Mentis, scripturam autem vere philosophicam ajo potentissimum rationis instrumentum fore, minimumque ejus usum censeri debere commercium inter gentes lingua dissitas, tametsi ille fortasse plurimum ad ejus introductionem valiturus sit apud homines populariter doctos qui non nisi illis tanguntur quae in sensu incurront. Huic vero tantae rei nocebit alterius cujuscunque Characteris novi sive introductio sive rejectio. Introductio quidem quia praeoccupati semel homines novo quodam instituto, aegre aliquid mox denuo innovabunt, et discrimen vulgo non agnoscent, aut forte taedio mutationum rem totam negligunt. Rejectio vero Characteris cujusdam novi alteri cuicunque etiam meliori apud homines omnia eventu et levibus quibusdam indiciis aestimantes praejudicabit. Quare etiam atque cavendum est nobis, ne dum prodesse studemus publico incaute obsimus; et danda opera est ut solidis potius bonis ac duraturis ingenii opibus, quam gloriola quadam brevi potiamur. Quaeres quid monstri sit caracter ille, de quo tam magnifice sentio, sed brevibus de re tam late fusa pro dignitate dicere difficile est. Unum hoc admonere sufficerit, inter hunc aliasque tantum interesse, quantum inter notas Mathematicas Vietae et Herigoni [bricht ab]

1 Vobis | , ut ais, *gestr.* | Scripturae *L* 3 arbitror (*I*) Characterem (*a*) univers (*b*) universalem (*c*) vere rea (*d*) va (2) longe *L* 5 summus, (*I*) intelli (2) cuius *L* 5 pulcherrima (*I*) rerum om (2) nominum (3) | rerum *erg.* | omnium | in quaedam velut praedicamenta *erg.* | (*a*) col (*b*) collectio *L* 5 et (*I*) Ide (2) digestio *L* 6 cum autore *erg.* (*I*) sed (*a*) ut (*b*) scripturae universalis vere realis basin esse (*aa*) posse (*bb*) | debere *erg.* | cave tibi persuadeas, (2) sed *L* 7 realis (*I*) si bo (2) reipublicae (3) si posteritati imo si sem (4) basis esse (5) si *L* 7 debet. (*I*) Est enim (2) Nocebit *L* 7 enim (*I*) ejus (2) hujus characteris *L* 8 in (*I*) humana | (2) nostra *erg.* | *L* 8 arbitror (*I*) cuius institutum (2) quem *erg.* | si quando (*a*) eo (*b*) mortalibus eo frui fas (*aa*) erit (*bb*) fu (3) et *L* 8 quem (*I*) si mor (2) si *L* 9 potissima (*I*) esse (2) bona (*a*) dicere | (*b*) numerare *erg.* | *L* 9 enim | enim streicht Hrsg. | hominibus *L* 10 perfectio (*I*) A (2) Mentis *L* 10 f. ajo (*I*) inter (2) potentissimum (*a*) esse instrumentum (*b*) rationis *L* 11 inter (1) varias (2) gentes *L* 12 sit (*I*), homines enim (*a*) ad (*b*) populariter docti (2) apud . . . qui *L* 13 Huic (*I*) enim | (2) vero *erg.* | *L* 13 cujuscunque (*I*) Scripturae (2) Characteris *L* 13 novi (*I*) introductio (2) propositio (3) sive *L* 14 sive (*I*) explosio. (2) rejectio. *L* 14 quia (*I*) occupati (2) praeoccupati *L* 14 homines (*I*) difficulter (*a*) exuen(t) (*b*) exuent semel recepta etiam detecto errore (2) novo *L* 14 quodam (*I*) Charactere | (2) instituto *erg.* | *L* 15 discrimen (*I*) pro(-) (2) vulgo *L* 15 non (*I*) asce (2) agnoscent *L* 16 negligent. (*I*) Receptio vero (2) Rejectio *L* 16 apud (*I*) vulgus quod res (2) homines *L* 17 atque (*I*) aestimandum est (2) cavendum | (3) cave<tur> (4) cavendum *erg.* | *L* 18 f. et (*I*) solidis potius bonis ac duraturis ingenii opibus (*a*) est (*b*) studendum est | (2) danda . . . (*a*) potiamur *erg.* | (*b*), quam *L* 19 quo (*I*) tanta (2) ta (3) tam *L* 20 inter (*I*) characteres hactenus (2) hunc *L* 21 inter (*I*) Analys (2) *Organon* Aristotelis et (3) notas (*a*) chymicas (*b*) chymicorum et Astrologorum (*c*) Herigoni et Vietae | (*d*) Mathematicas Vietae et Herigoni *erg.* | *L*

Petis a me, Vir Cl^{me}, ut paulo fusius agam de Characteristica illa reali cuius jam aliquoties inter nos mentio incidit. Scripseram tibi jam tum si bene memini quam de ea habeo notionem ab eorum institutis plane diversam esse, qui scripturam quandam universalem Chinensium exemplo condere voluere, quam in sua quisque lingua intelligeret, aut qui linguam etiam philosophicam sunt moliti, quae ambiguitatibus et anomaliis careret. Quanquam enim eadem praestentur in illa quoque quam ego desidero, majus tamen aliquid et continere debet, et simplices linguae sive scripturae usus infinitis modis supergreditur. Ita enim sentio, si quando hominibus hac quam optamus frui fas erit, omnium consensu inter potissima bona habitum iri quae humano generi contingere possunt. Nihil enim hominibus evenire majus potest, quam perfectio functionum mentis, scripturam autem rationalem ajo potissimum rationis instrumentum fore, minimumque ejus usum censeri debere commercium inter gentes lingua dissitas, tametsi ille fortasse ad ejus introductionem plurimum valiturus sit apud homines populariter doctos qui non nisi illis tanguntur quae in sensu incurront. Quaeres quid monstri sit characteristica illa de qua tam magnifice sentio: sed brevibus de re tam late fusa pro dignitate dicere difficile est, unum hoc sufficerit inter hanc aliasque tantum interesse, quantum (exempli causa) inter notas Mathematicas Vietae et Herigoni aut quantum inter Q et a^2 aut quantum inter $\frac{y^2 + y}{2}$ et Δ quorum 3 utrumque numerum triangularem repraesentare potest, aut quantum inter

1 Cl^{me}, (1) quid (a) sit (b) monstri sit (2) ut explicem quid sit (a) Character ille realis, et (b) Characteristica illa | philosophica ac Lingua gestr. | Realis (aa) de qua | (bb) cuius erg. | (aaa) jam tibi (bbb) jam aliquoties inter nos mentio fuit de qua tibi magnifice admodum (3) ut (a) explicem quid sit Characteristica illa realis de qua | (b) paulo fusius (aa) dicam (bb) agam . . . cuius erg. | L 2 tibi (1) rem (2) | jam tum erg. | si bene memini (a) rem esse ab (aa) illorum (bb) illa omnium notione diversam (b) esse notionem | (c) propositionem esse erg. | quam de illa habeo plane diversam (d) quam L 2 f. ab (1) aliorum consiliis (2) eorum institutis L 5 ambiguitatibus (1) ac figuris (2), anomaliis ac figuris careret. (3) et anomaliis careret. (a) Nam (b) Quanquam L 5 f. eadem (1) pr (2) locum (3) locum habeant | (4) praestentur (5) praestari debeant (6) praestentur erg. | (a) et in (aa) mea (bb) illa | (b) in illa quoque erg. | L 6 desidero, (1) eminentius tamen aliquid et sine (2) majus L 6 aliquid et (1) infinitis modis simplicis linguae usum ex (2) continent (3) continere L 6 debet, et (1) simplicis linguae (2) simplices L 7 modis (1) intelligi | (2) supergreditur erg. | L 7 f. quando (1) mortalibus (2) hominibus (a) hoc (b) hac (aa) vere reali sive lingua sive scriptura | (bb) quam optamus erg. | L 10 autem (1) vere philosophicam (2) rationalem ajo L 10 f. fore, (1) minimumque (2) et (3) qui vero hactenus quae (4) usus autem (5) minimumque L 12 ad ejus introductionem erg. L 12 apud (1) ge (2) homines L 13 incurront. (1) Huic vero tantae rei nocebit alterius cujuscunque characteris sive recep (2) Quaeres L 15 hoc (1) admonere | (2) dicere erg. u. wieder gestr. | sufficerit L 15 quantum | (1) inter versehentlich nicht gestr. | (2) (exempli causa) inter L 16 Mit dem auf Herigoni folgenden Text ging die zweite, verworfene

Fassung des Briefanfangs in den stehengebliebenen Rest des Briefes über. 16 f. Herigoni | aut . . . potest erg. | L 17–S. 377.4 inter (1) si (2) 3 et a^2 (3) C et a^3 (4) $\frac{N}{Q}$ et $\frac{a}{a^2}$, (a) ⟨sive –⟩ (b) aute (c) aut inter (d) vel L

1 Petis: eine Bitte Oldenburgs ist nicht ermittelt. 2 Scripseram: nicht ermittelt. 17–S. 377.4 (Variante) Leibniz greift hier auf das von den Cossisten für das Quadrat verwendete Zeichen 3 zurück sowie auf die teilweise von Viète stammenden Zeichen N (für Numerus), Q (für Quadratus) und C (für Cubus). Diese werden jeweils in Relation gesetzt zu der wohl zuerst bei Descartes auftretenden Exponentenschreibweise.

$$\begin{array}{ll} N & a \\ Q \text{ et } & a^2 \\ C & a^3, \end{array}$$

vel denique quantum inter characteres Arithmeticorum et Astrologorum. Alii enim characteres compendii tantum aut commercii vel etiam arcani causa, reperti sunt, alii inventionem augent ac judicium dirigunt. Hieroglyphica Aegyptiorum aut Chinensium et apud nos notae Chymicorum characteristicae realis exempla sunt, fateor, sed qualem hactenus autores designavere, non qualis || nostra est. At Arithmeticam et Algebraam inter mei instituti specimina recenseo, ut videas ejus quoque jam tum exempla haberi. Alia autem eaque plane nova atque inexpectata non deerunt, ubi Tute tempestivam in eo genere judicabis diligentiam meam, id est, ubi videbis esse qui rei magnitudine animo concepta quo par est ardore ad juvandam rem publicam ferentur, collatisque plurium studiis reapse suscipiendum opus arbitrabuntur. Tum¹ vero candide omnia exponam quae in eum usum meditata habeo. Quae sane multa esse non nego. Rem enim jam a decimo octavo aetatis anno agitavi, et quotidianis experimentis in instituto sum confirmatus, tametsi rudia satis prima cogitata essent.

5

240

10

15

20

Der folgende kleingedruckte Absatz wurde von Leibniz gestrichen:

Unum tantum novi scriptorem, summum virum, qui suspicionem aliquam ejusdem consilii rei habuit, cuius insignem sane locum mihi indicarunt amici non ante ab ipsis intellectum quam ubi me de meo instituto dissenserent audire. Ex quo illud quidem agnovi rei magnitudinem ab eo perceptam, sed vias quibus ad eam perveniri possit, nondum illi fuisse exploratas, satis ex ejus reliquis scriptis deprehendo.

¹ Die folgenden drei Sätze am Rande wohl von Leibniz mit Rötel vierfach angestrichen.

4 quantum erg. L 4 characteres (1) Astrologorum et Arithmeticorum. (2) Arithmeticorum et Astrologorum. L 5 commercii | causa gestr. | vel L 5 causa, (1) inventi | (2) reperti erg. | L 5 alii (1) eadem opera et mente (2) inventionem | augment erg. | L 6 f. Chymicorum | (quamvis rationem harum Johannes Dee vester reddere conatus | qualemcumque erg. | sit) gestr. | (1) characteres (2) characteris vulgaris | cujusdam erg. | specimina sunt (3) characteristicae realis (a) specimina | (b) exempla erg. | sunt, | fateor, erg. | L 8 f. non qualis nostra est erg. . (1) Sed (2) At (a) Algebra et (b) Arithmeticam et Algebraem (c) Arithmetic et Algebra inter mei instituti (aa) est (bb) specimina est, ne scilicet | alia erg. | exempla nunc quidem a me desideres. | (c) Arithmeticam haberi. erg. | (aa) Sed alia ac | ea (–) erg. | (bb) Alia autem eaque erg. | L 10 | judicabis (1) diligent (2) curam | (3) diligentiam erg. | L 11 rei (1) magnitudinem animo conceperunt et (2) magnitudine animo concepta L 13 in (1) eam rem (2) eum usum L 13 habeo (1), illud tantum (2). Quae L 14 aetatis (1) meo (2) anno L 17 qui (1) in eandem cogitationem venit (2) | in versehentlich nicht gestr. | suspicionem aliquam ejusdem consilii venit (3) suspicionem . . . habuit L 18 f. amici | (1) antea ab ipsis non (2) | non ante ab ipsis erg. | intellectum . . . | instituto erg. | dissenserent audire erg. | (a) Sed (b) Ex L 19 quidem (1) video | (2) agnovi erg. | L 19 eo (1) intellectam, | (2) con (3) perceptam, erg. | L 19 sed (1) media (2) vias L 20-S. 378.1 | reliquis erg. | scriptis (1) cognosco (2) patet (3) deprehendo. (a) Caeterum usus hujus Characteris (b) Nihil autem (c) | Caeterum nihil erg. | refert (aa) an linguam quoque philosophi (bb) Scripturam L

17 summum virum: wohl Descartes, vgl. dessen Brief an Mersenne vom 20. November 1629 (A.T. I, S. 80–82), Leibniz an Tschirnhaus im Dezember 1679 (N. 220) u. VI, 4 N. 219.

Caeterum nihil refert Scripturam tantum universalem, an vero et linguam condere velimus, facile enim est utrumque eadem opera efficere. Lingua haec sive scriptura difficulter condetur, facillime discetur. Qui linguam hanc discet, simul et discet Encyclopaediam, quae vera erit Janua rerum. Quemadmodum apud Chinenses, ita hic quoque non erit necesse omnes totam linguam nosse; quemadmodum nec omnes in omnibus scientiis versatos esse necesse est. Erunt tamen quaedam omnibus communia, quemadmodum ex scientiis quoque Metaphysica et Ethica vera omnibus exploratae esse deberent. Qui linguam hanc semel didicerit, non poterit ejus oblivisci, aut si obliiscetur, facile omnia necessaria vocabula ipse sibi reparabit. Qui-cunque de aliquo argumento loqui aut scribere volet, huic ipse linguae genius non tantum verba sed et res suppeditabit. Ipsum cujusque rei nomen clavis erit omnium quae de ea dici, cogitari, fieri cum ratione debent.² Equidem fateor et res ipsa clamat non posse nunc quidem ex nomine quod auro exempli causa imponemus duci phaenomena quaedam chymica quae dies et casus detegent, donec sufficientia phaenomena ad reliqua determinanda nacti simus. Solius Dei est primo intuitu hujusmodi nomina imponere rebus. Nomen tamen quod in hac lingua auro imponetur clavis erit eorum omnium quae de auro humanitus, id est ratione atque ordine sciri possunt, cum ex eo etiam illud apparitum sit, quaenam experimenta de eo cum ratione institui debeant. Eadem tamen res varia nomina habebit. Et quemadmodum olim quae in terris *Roma*,

² Am Rande quer zu diesem Absatz: sophismata et paralogismi erunt soloecismi et barbarismi.

1 tantum (1) philos (2) universalem L 1 vero | eadem opera erg. u. gestr. | et L 1 f. velimus, (1) quanquam (2) f (3) facile L 2 efficere. (1) Usus ejus hi erunt: rescindentur aequivocationes, metaphorae, et caetera quae mentem ob (2) Lingua L 2 sive scriptura erg. (1) difficulte | (2) difficulter erg. | L 3 Encyclopaediam, (1) imo ut (2) quae L 4 rerum (1) , et quemadmo (2) , poterit (3) . Quemadmodum L 4 quoque (1) <uti> quibus satis erit partem (2) non L 6 Metaphysica (1) vera et (2) et L 7 deberent. (1) Porro (2) Qui L 8 necessaria erg. L 9 huic (1) ipsa lingua (2) ipse L 10 suppeditabit (1) , ita ut non alias (2) . Ipsi (3) . Ipsa cujusque rei vox (4) . Ipsum . . . nomen L 10 dici, (1) fi (2) cogitari L 11 fieri (1) debent (2) possunt debentque; idque jam nunc etiam ante experimenta quae de (a) rerum simplicium (b) rerum (aa) materialium (bb) <aliunde> (3) | cum ratione debent. erg. | Equidem L 11 nunc quidem erg. ex (1) rei v (2) auri nomine derivari phaenomena (3) nomine L 12 exempli causa erg. L 12 duci (1) qui (2) phaenomena L 12 quaedam (1) phys (2) chymica L 12 quae (1) longa (2) dies (3) dies L 13 donec sufficientia phaenomena (1) <aurum> determinan(da nanciscamur) (2) ad . . . simus erg. (a) sed nomen tamen qu (b) solius L 13 f. est (1) hujusmodi nomina | ab initio erg. | (2) | primo intuitu erg. | hujusmodi nomina L 14 f. quod (1) nos auro imponemus (2) | in hac lingua erg. | auro imponetur L 17 debeant. (1) Perfectius tamen (2) Eadem L 17 varia (1) poterit (2) nomina L 17 olim (1) aliud nom (2) quae L

4 Janua rerum: Anspielung auf J. A. COMENIUS, *Janua rerum*, Lissa 1649.

in coelo *Amaryllis* appellabatur, si Etruscis flaminibus credimus, ita salvo ipsius linguae universalis genio, imo ita ferente ejus natura alio vulgus alio sapientes nomine easdem saepe res censebunt. Et is plura de re in promtu habebit, qui plura ejus nomina memoria tenebit. Quare hujus quidem linguae usu non exaequabuntur ingenia (tametsi diligentia et labore unusquisque quidvis possit) sed velut lapide Lydio discernentur, nam proportione dotium suarum unusquisque ejus usu fruetur. Et qui memoriae vi atque imaginationis facultate pollebunt, habebunt hic quoque unde admirationem de se excitare possint. Verum ut inventione distinguentur ita judicio omnes aequabuntur, et qui eo parum instructus est a || natura, supplebit arte defectum, si modo grammatica paecepta, et in primis syntaxin hujus linguae probe didicerit, et a soloecismis diligenter caverit, qui sese detegent ipsi cum ad constructionem attendemus. Miram tibi Grammaticam narrare videbor, sed hanc vere philosophicam esse scito, nec a Logica divellendam.

Illud autem quantivis pretii erit, quod in hac lingua nemo de arguento scribere poterit quod non intelligat; si facere conabitur, aut ipse se nugari agnoscat et lector quoque aut disset inter scribendum. Scriptura enim et meditatio pari passu ibunt; vel ut rectius dicam scriptura erit meditandi filum. Post tot de inventione, de Methodo, de Logica scriptores etiam optimos desideratur semperque desiderabitur filum meditandi, donec Lingua realis constitueretur. Filum autem Meditandi voco quandam sensibilem et velut mechanicam mentis directionem, quam stupidissimus quisque agnoscat. Pontem noctu transituro regulam hanc paescribere possum, ut recta procedat, nec in dextrum sinistrumve evagetur, si salutem suam amat, huic paecepto poterit ille satisfacere magna cura et industria adhibita; sed si munita utrinque pontis latera erunt, aberit periculum et solicitude. Omnia ordine instituenda esse, nihil nisi clarum, distinctum, certum, admittendum esse, difficultatem in partes distribuendam, medium tenendum, finem respici debere; rectam rationem semper exaudiendam: haec sunt paecepta philosophorum, egregia quidem illa sed quibus fere non nisi a magnis viris quadam potius

241

1 si (I) ponti (2) Etruscis (a) auguribus |(b) flaminibus erg. |L 1 ita (I) alio nomine *{res}* |(2) salvo erg. |L 2 alio (I) philosophi |(2) sapientes erg. |L 3 de (I) rebus sciet (2) re . . . habebit L 3 nomina |in gestr. | memoria L 4 Quare (I) non qui (2) hujus (a) linguae (b) quidem L 4 ingenia (I) (tametsi per eam diligentia (2) (tametsi L 5 sed (I) pro natura sive (2) velut . . . nam L 6 fruetur. (I) Nam (2) Et L 7 hic |(I) jamque (2) quoque erg. | unde (a) sibi admirationem (aa) parent (bb) para (b) admirationem L 7 possint. (I) Quema (2) Unum judicium (3) Inventione ergo (4) Verum L 8 aequabuntur, (I) nam qui ipse (2) et qui L 9 defectum, (I) ubi syntaxim (2) si modo (a) syntaxin hu (b) grammatica L 10 ipsi (I) modo ipse (2) cum L 10 f. attendemus. (I) Mirum tibi (a) na (b) syntaxin (2) Mirum tibi grammaticam L 13 argumento (I) loqui |(2) scribere erg. |L 14 aut ipse se nugari agnoscat (I) aut (2) et lectores pauci (3) et lector quoque aut erg. L 15 ibunt; (I) imo paeveniet (2) vel L 15 dicam (I) sunt (2) scriptura L 16 filum. (I) Hoc autem quod a me filum meditandi appellatur (2) Post L 17 optimos (I) deest semperque deerit (2) desideratur L 18 f. voco (I) mecha (2) quasdam sensibiles et velut mechanicas mentis directiones, quas (3) quandam . . . quam L 19 agnoscat. (I) Qui (2) Pontem L 19 noctu erg. L 20 evagetur, (I) si noctu (2) si L 20 f. amat, (I) sed (2) *{hac rapta}* (3) huic L 21 cura |(I) ac <–> (2) et industria erg. |L 23 clarum (I) distinctumque, (2) , distinctum, L 23 f. distribuendam, (I) aliaque id genus recte (a) a (b) pro (2) medium tenendum L 24 debere; (I) at (2) rectam L 24 exaudiendam |esse gestr. |: haec L 25 fere erg. L

naturae et institutionis bonitate quam vi methodi paretur. Filum autem meditandi semel datum efficiet ut determinata ratione in plerisque progredi possimus, adeoque homines a magna anxietatis et dubitationum parte liberabit, quibus ingenia torqueri solent.

Quantae autem in sapientiae studio hinc secuturae sint mutationes, prudentibus judicandum relinquo. Tum demum enim vere evigilabunt homines, cum non difficilius videbitur ratiocinari quam loqui, cum recta ratione uti ludus, cum ordine procedere consuetudo ac velut formula erit, cum inter loquendum ipsa phrasium vi lingua mentem praecurrente praeclaras sententias effutient imprudentes, et suam ipsi scientiam mirantes, cum ineptiae sese ipsae prodent nudo vultu, et ab ignarissimo quoque deprehendentur. Quantam nunc fore putas felicitatem nostram si centum ab hinc annis talis lingua coepisset. Mira enim celeritate succreverint artes, et aucta in immensum humani ingenii facultate anni pro seculis fuissent. Non tubi, non microscopia tantum oculis adjecere, quantum istud Cogitandi instrumentum menti capacitatibus deditset. Deditset vero, imo dabit si volumus, nam neque tu neque ego adeo aetate proiecti sumus ut nequeamus ipsi forte primitiis tantae artis frui, si velint egregii viri collatis studiis in rem incumbere, quae una omnium maxime seculum nobilitabit, nam post inventa pro visu proque auditu organa, menti ipsi age novum Telescopium construamus, quod non sideribus tantum, sed et ipsis intelligentiis nos propiores reddet; nec tantum corporum superficies repraesentabit sed et interiores rerum formas detegit. Quam multa ignoramus ac adhuc diu || ignorabimus, quae jam tum in potestate essent, si possent electorum causa dies abbreviari, id est si tantum ratiocinandi compendium innotesceret, quod nobis omnem nostri ingenii supellectilem jam acquisitam in conspectu locaret, ut frui jam tum liceat opibus nostris, et velocissimo scientiae foenore mox in immensum ditescere, cum alioqui tantum posteritati materiam praeparaturi simus qua frui nobis non licebit.

242

1 et institutionis erg. L 1 methodi (1) satisfiet. | (2) paretur. erg. | L 1–3 datum (1) homines ab anxietate liberabit. (2) efficiet . . . magna (a) solicitudinis et anxietatis parte (b) anxietatis . . . solent. L 4 in (1) rebus certe philosophicis (2) sapientiae studio L 4 mutationes | in mundo gestr. | , prudentibus L 5–7 homines (1) cum recta ratione uti ludus erit, | (2) cum non (a) | erit *versehentlich nicht gestr.* | difficilius (b) videbitur erg. | ratiocinari . . . erit erg. | L 7 loquendum | rogandumque gestr. ipsa . . . praecurrente erg. | L 9 vultu, | nec scientiae larva palliatae in publicum prodibunt gestr. | et L 10 felicitatem (1) seculi | (2) nostram erg. | L 10 celeritate (1) crescent scientiae (2) succreverint L 11 et (1) auctis (a) ra (b) humani in (2) aucta L 11 ingenii (1) ingenii (2) facultate (a) | unus gestr. | annus integri seculi labores (b) anni L 12 f. quantum (1) hoc (2) | istud erg. | Cogitandi (a) Organon (b) | instrumentum erg. | menti | capacitatibus erg. | (aa) dabit (bb) deditset. L 13 Deditset (1) inquam, (2) | vero erg. | imo L 13 ego (1) <–> (2) adeo L 14 forte erg. L 14 velint (1) homines (2) egregii L 14 f. collatis (1) animi (2) studiis L 16 non (1) sidera tantum, (a) sed et interiores rerum formas et (b) et (c) oculis admovebit, sed arcana rerum patefaciat, et formas corporum interiores occultas admovebit (2) sideribus L 17 nec (1) ruga (2) varias (3) tantum L 18 rerum erg. L 18 ac (1) jam dudum (2) adhuc L 19 si (1) elec (2) dies (3) in fatis esset (4) possent L 19 f. si (1) vellent homines de tanto ratiocinandi compendio quanta meretur cura cogitare (2) tantum L 20 f. omnem (1) nostrum | (2) nostraræ philosophiae (3) nostri ingenii erg. | supellectilem | jam acquisitam erg. | L 21 locaret, (1) quod nobis modum ostend (2) ut L 21 f. nostris, | eademque opera gestr. | et velocissimo | scientiae erg. | L 22 f. cum . . . frui (1) non licebit (2) nobis non licebit erg. L 23–S. 381.2 licebit. (1) Si frustra declamamus, mi Oldenburgi, si surdis fabulam (a) canimus, | (b) narramus erg. | (aa) dicemus agnoscere nos fortunam Carthaginis, et ut ille ajebat, (bb) nobis canemus ac Musis (aaa) fortasse et (bbb) deerunt | quare erg. | aliqui (ccc) sed hoc unum monentes, (2) Habes hic (a) mi Oldenburgi, | (b) Vir Clar^{me} erg. | qualecunque . . . votum (aa) si frustra (bb) quod . . . monuero L

Habes hic Vir Cl^{me}, qualemque meum sive consilium, sive si mavis votum quod finiam
 ubi hoc unum denique monuero, quicquid etiam agent ferent molientur eruditii, id alio seculo
 aliis hominibus profore, et posteritati nos tantum materiam praeparaturos, qua frui ipsimet non
 possimus, nec facile aliquid in re naturali et in primis medica magnum nisi casu proditum,
 donec aut hoc de quo dixi aut simile aliquod institutum recipietur. Sed non est cur desperemus,
 non regalibus thesauris non maximis sumtibus, non gentium consensu opus est ad eruendam
 veritatem: sunt pauci satis; et paucis licet esse beatis. Ita enim judico decem homines lectos et
 consentientes, et necessariis scientiis instructos plus aliquot lustris facturos, quam totum genus
 humanum sparsis ac tumultuariis multorum seculorum molitionibus possit. Haec tibi liberius
 scripsi, Vir Cl^{me}, quae nolim nisi illis innotescere quos talium capaces putas. Vale. 5 10

118. LEIBNIZ AN SAMUEL PUFENDORF
 [1674.]

Überlieferung:

L Auszug: LBr 746, Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 1 S.

E II, 1 (1926) N. 118. 15

Auf demselben Papier wie unser Brief befindet sich neben einem Excerpt aus den *Aristaeneti epistolae*, Paris 1610, mit derselben Tinte und im gleichen Duktus geschrieben, ein weiterer eigenhändiger Auszug aus dem *Avis fidèle aux véritables Hollandois, touchant ce qui s'est passé dans les villages de Bodegrave et Swammerdam, et les cruautés inouïes, que les François y ont exercées: Avec un Mémoire de la dernière marche de l'Armée du Roy de France en Brabant et en Flandre*, Köln 1673 von Abraham de Wicquefort. Der hier als Auszug vorliegende Brief an Pufendorf dürfte also nach 1673, vielleicht noch 1674 geschrieben worden sein. Denn unser Papier weist ein für den Zeitraum 1674 bis November 1675 mehrfach belegtes Wasserzeichen auf. Ungefähr um dieselbe Zeit, aber wohl etwas später, hat Leibniz auch ein Excerpt aus Pufendorfs schon lange erwartetem *De Jure Naturae et Gentium*, Lund 1672, angefertigt (vgl. VI, 3 N. 17). Dieses Excerpt wurde wegen des mehrfach belegten Wasserzeichens auf den Winter 1675/76 datiert. Der unmittelbare Anlaß und ein Antwortschreiben sind nicht bekannt. Erst im Jahre 1690 ist wieder eine brieflicher Kontakt zu Samuel Pufendorf nachweisbar. 20 25

2–5 etiam (1) agant ferant moliantur | (2) agent ferent molientur erg. | (a) homines | (b) eruditii, . . . nos (aa)
 paulatim | (bb) tantum erg. | . . . possimus, erg. | (aaa) non (bbb) nec inde (ccc) | nec facile erg. | aliquid (aaaa) ante
 in re | naturali et in primis erg. | medica magnum nisi casu (aaaaa) proditum, | (bbbb) actum iri
 erg. u. gestr. | quam ubi | (bbbb) in . . . (aaaaa) nisi (bbbb) donec erg. | L 5 de quo dixi erg. L
 5 institutum (1) succedet. | (2) recipietur erg. | L 6 non (1) | non versehentlich nicht gestr. | genti (2) principi
 (3) principum liberalitate (4) gentium L 7 enim (1) arbitror | (2) judico erg. | L 7 homines (1) exqu (2)
 lectos L 8 necessariis (1) rebus | (2) scientiis erg. | L 8 plus (1) uno lustro (2) aliquot lustris L 8 totum
 erg. L 10 capaces (1) nosti, (2) putas. L

:242 || Excerpta ex literis meis ad Pufendorfium.

Constat pleraque Juris Romani reliqua, verbo leges, reapse responsa esse, sive JC^{torum} sive Imperatorum, singularibus causis accommodata, unde necessario repetitiones crebrae et confusio perpetua et ambiguitates multae, cum enim raro aliqua universaliter concepta sint, inde fit
 5 ut saepe controversa sit ratio responsi, et perplexa ad similes causas applicatio. Supervenere commentarii hominum nihil nisi lites sperantium et sophismata et distinctiunculas, et nescio quae Brocardica, varie tornatilia crepantium, quibus jus per se multiplex redditum est infinitum. Nam quando universalia deerant, et ratio singularium responsorum controvertebatur, plerisque de eruderanda illa mole desperantibus, judiciorum usus introduxit quandam dijudicandi nor-
 10 mam captui vulgi accommodatam, sed lubricam et flexilem instar Lesbiae regulae et qua homo ingeniosus ad sustinendum quidvis abuti posset; opinionibus communibus quas vocant nixam, ubi numeratis autoribus vincere poterat, qui Bibliotheca sua callide uti nosset.

Fateor extitisse magnos quosdam JC^{tos}, qui autoritate sua cursum mali publici paulisper imminuere, et judicia aut collegia in quibus ipsi erant melioribus sententiis imbuere, sed eo
 243 15 tamen in summa fructu, ut nosceretur potius quam tolleretur malum: Et qui posset tolli, cum || plerique intra vota steterint; vix enim quisquam rem minus aggressus est, et qui de jure in artem redigendo deliberarunt plerique omnes a janua aberravere, nam omnia in methodos quasdam et dichotomias redigere in proclivi est, idque modis infinitis, sed cum aliis alias dividendi ac subdividendi rationes inierit, tolerabiles singulas optimam nullam, imo cum
 20 optimam fortasse eligi impossibile sit, ob varias rerum complicationes, quibus fit ut eadem eodem jure pluribus locis collocari possint (si eam quidem ordinandi viam insistas, quae subdivisionibus nititur), indicio erat aliam esse veram juris in artem redigendi rationem, quae tantum a Methodographis aut Paratitlographis abeat, quantum absunt *Scholae Rami Mathematicae* ab *Elementis Euclidis*, qua ego comparatione apud intelligentes libenter utor. Nimurum
 25 Euclides propositiones Geometriae eo ordine locaverat, quo sciri demonstrative poterant, saltem cognitis tunc rationibus, unde factum est, ut Triangulorum e.g. proprietates uno loco poni non possent, sed a se invicem dissuerentur, quod scilicet nonnullae ex illis facile ex sola linearum angulorumque inspectione apparerent, aliae Circuli quibusdam proprietatibus nite-
 rentur. Idem in omni re Geometrica frequentissimum, nam e.g. sunt proprietates circuli, quae
 30 pendent ex quadratura parabolae, sunt aliae quae ad Hyperbolam revocantur, quas omnes in unum colligere hominis potius indicem scripturi, quam Geometrae demonstrantis fuerit. Idem de juris quoque theorematibus dici potest, non ita collocanda ut tituli subjectorum ferunt, de quibus demonstrantur, sed ita ut ex se consequuntur, ita enim non tantum notitia recitatrix sed

9 de (1) ed (2) eruderanda L

23 f. P. RAMUS, *Scholarum mathematicarum, libri unus et triginta*, hrsg. v. L. Schoner, Frankfurt 1599.

24 EUKLID, *Elementa*.

et scientia solida comparatur, et quod est maximum ad summam omnia simplicitatem revocantur. Expertus enim sum plus semel aliquot legum centurias ex uno aliquo theoremate exacte demonstrato pendere, aut ad propositionem quandam fundamentalem a legislatoribus JC^{tisqve}⁵ receptam revocari posse, unde multorum casuum solutio sponte sua appareret rebus tantum in clara luce collocatis, omnique mole inutili ita exutis, ut nervi atque ossa verae Jurisprudentiae velut in sceleto quod vocant detegantur. Omnes ergo juris Romani sententiae duorum sunt generum, aut enim ex mero jure, certaeque rationis principiis demonstrari possunt aut praeterea hypotheses quasdam arbitrarias utilitati publicae sic satis consentaneas pro fundamentis habent, quare ad rem totam complectendam duplicitibus quoque opus est Elementis, aliis juris communis sive naturalis aliis juris Romani, quorum illa a primis rectae rationis sententis orsa, ad varias casuum combinationes universali quadam analysi viam aperiunt, haec legislatorum κυρίας δόξας velut in tabula ita oculis exhibent, ut qui haec pauca teneat, caetera ipse inde colligere possit. Affecta res est, provectaque non parum, sed quae tempore ipso, severoque examine maturabitur. Caeterum amplius est institutum, quam ut distincte satis et lucide epistola explicari possit tumultuaria; ex iis tamen quae dixi, facile de reliquo judicaveris.

15

119. LEIBNIZ AN THOMAS HOBBES

[Paris, 1674.] [25.]

Überlieferung:*L* Konzept: LBr 408, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 3 S.*E¹* GUHRAUER, *Leibniz Biogr.*, 1. Aufl. 1842, Bd 2, Beilage, S. 65–67.

20

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 86–87.*E³* II, 1 (1926) N. 119.*E⁴* N. MALCOLM, *Thomas Hobbes, The Correspondence*, Bd 2, Oxford 1994, S. 731–733.

Weiterer Druck:

FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 191–194 (nach *E¹*).

25

Übersetzungen:

1. Moskauer Akad.-Asg., Bd 1, 1982, S. 112–114. – 2. N. MALCOLM, *Thomas Hobbes, The Correspondence*, Bd 2, Oxford 1994, S. 733–735.

Ob das vorliegende, wohl unvollendet gebliebene Konzept abgefertigt und an Hobbes überbracht wurde, konnte nicht ermittelt werden. Jedenfalls ist nicht bekannt, ob sich Hobbes, der zu dieser Zeit 86 Jahre alt war und von dem Leibniz vielleicht keine Antwort mehr erwartete, geäußert hat. Daß der Brief aus Paris stammt, beweist das Papier, auf dem er niedergeschrieben worden ist. Es ist dasselbe Papier wie das des Briefes an Jakob Münch vom Januar 1674 (I, 1 N. 258). Außerdem verweist Leibniz selbst auf seine Pariser Zeit. Wer allerdings der mögliche Überbringer des Briefes (*vir optimus*) ist, kann nur vermutet werden. Wie aus I, 1 N. 308 (Louis de

3 quandam erg. *L*

Compiègne an Leibniz, 1672–1676) hervorgeht, haben die Brüder Walter einmal mit Leibniz in demselben Haus in Paris gewohnt. Dabei könnte es sich um dieselbe Wohnung handeln, in der Leibniz bis zu seiner Entlassung aus Boineburgschen Diensten im September 1674 gelebt hat; vgl. Leibniz für Anna Christine von Boineburg, Mai (?) 1673 (I, 1 N. 237, S. 353). Durch Christian Albrecht Walter ließ Leibniz auch am 15. Juli 1674 einen Brief an 5 Oldenburg mitnehmen, als ersterer zum dritten Male nach England reiste; vgl. III, 1 N. 30, S. 118–119. Andererseits hat Leibniz auch sonst durch Bekannte Briefe nach England befördern lassen, vgl. III, 1 N. 35, S. 127.

:244

|| Illustri Viro Thomae Hobbesio
Gottfredus Guilielmus Leibnitius.

Non tam miraberis credo, Vir Clarissime, compellari Te ab ignoto, suetus ad omnia 10 humanitatis officia; quam a me, id est quando nulla alia re Tibi cognitus sum, ab harum literarum autore quas non diffiteor rudes, neque Te dignas: addo et festinatas, quod non negabit lator earum, vir optimus, qui eodem mecum hospitio Parisiis aliquandiu usus, pridie abitus sui inter coenandum rogavit haberemne aliquid perferendum ad Te, nam aliquoties jam ante Tuum nomen inter nos frequentatum erat, multo cum honore, quem virtutibus Tuis deberi constat. Ego 15 eo velut ictu excitatus, cum ille praesertim professus esset, notitiam Tecum jam a multo tempore contractam, impetum scribendi de improviso sumsi, de quo prout videbitur statues, nam si notitiam meam rejicis, non vitabis cultum.

Equidem diu est quod scripta tua versavi, digna seculo, digna Te, qui primus illam accuratam disputandi ac demonstrandi rationem, veteribus velut per transennam inspectam, in 20 civilis scientiae clara luce posuisti: sed in libello *de Cive* Te ipsum superasse videris, iis rationum nervis, eo sententiarum pondere, ut saepe oracula potius reddere, quam dogmata tradere credi possis. Ego, quem neque paradoxa deterrent, neque novitatis illecebrae abripiunt, credidi operae pretium me facturum, si ipsas fibras interiores doctrinae tuae radicitus scrutarer: neque enim ad conclusiones resistere meum est, neglectis demonstrationibus, quibus ab autore 25 muniuntur.

Principio igitur a naturae humanae contemplatione orsus, illud observas non hominibus minus quam bestiis impetum quendam esse in obvia quaeque appetita involandi: hanc spem solo metu frenari, quem facere possunt tot aliorum concurrentes in idem vires. Nam cum illud posuisses id cuique jus esse, quod necessarium factu videatur ad incolumitatem tutandam, et 30 unumquemque necessitatum suarum judicem statuisses, facile conclusisti, justum omnibus in

11 non (1) diffitebitur (2) negabit *L* 29 cuique (1) justum (2) jus *L*

12 vir . . . usus: nicht nachgewiesen; vgl. aber die Vorbemerkung. 26–S. 385.2 observas . . . coepit: TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio secunda de homine*, II, 11–12 (M.O.L. II, S. 94–110); *Leviathan*, 1651, lat. 1668, I, 13 (M.E.W. III, S. 110–116; M.O.L. III, S. 97–102); *Elementorum philosophiae sectio tertia de cive*, III, 1 (M.O.L. II, S. 157–167).

omnes bellum eo rerum statu consecuturum. Quod cum internecinum esset futurum, ea virium paritate, ut fortissimus a debilissimo occidi possit, inde pacis consilia agitari coepta. Hactenus nihil habeo quod resistam: neque enim illud objiciam ferendas potius hujus vitae injurias, quam periculo futurae repellendas; quaeque alia Theologi ac Jurisconsulti in Te congessere: satis enim video demonstrationes tuas esse, ut in Geometria, universales et a materia abstractas; 5 quare etsi cuique jus tribus faciendi quidvis tuendi sui causa, non negas, si quis sit Omnipotens, si qua futura vita praemissis poenisque destinata, non tam veritatem theorematum desissee, quam applicationem cessare; incolumitatem enim cujusque his positis || in vitae melioris expectatione sitam et justum fore, quicquid cuique ad eam obtinendam utile videatur: denique neque hujus vitae defensionem jure divino denegatam, etsi desinat in ea consistere summa 10 rerum.

Illud ergo nunc quaerendum est, qua ratione pax inita firmetur, nam si nulla est pacis securitas, restat status belli, et jus cuilibet adversarium occupandi. In eum ergo usum Respublicas a inventas, quae mutuo complurium consensu armatae, tutos omnes praestare possint. Etsi autem videaris asserere, jus omne a subditis in Rempublicam translatum; recte tamen alibi 15 agnoscis, etiam in Republica jus restare consulendi rebus suis, ubi pernicie metus sive in Republica, sive ab ipsa Republica immineat: quare si quis jussu eorum penes quos rerum summa est ad supplicium trahatur, jus ipsi utique esse, miscendi ima summis, salutis causa; sed caeteros ex vi primi pacti quietem rectoribus debere. Sed quae te Vir Clarissime, nonne fateberis non minus in Republica, quam in statu illo rudi, quem naturalem vocas, suspicionem 20 validam periculi ingentis justam esse praeveniendi mali causam. Quodsi ergo manifeste apparat innocentes plecti, si saepe si indiscriminatim saeviat tyrannis; non diffiteberis opinor, jus esse ex tuae quoque philosophiae decretis, coeundi in foedera illis qui periculo propinquivi dentur. Nam illud Tibi facile assentior, plebem promiscuam, rectius facturam, dum vivere commode liceat, si indignationi suae, aut miserationi, aliisque animi motibus extra metum 25

2 paritate (1) ubi fortissimus a robustissimo (2) ut . . . debilissimo L 2 inde (1) secuta (2) pacis L
 2 coepta (1), deque ejus securitate praesertim cogitatum (2). Sed frustra erat inire pacem, aut in foedera consentire (3). Hactenus L 6 quare (1) |cum versehentlich nicht gestr.| jus cuique esse (2) etsi cuique tribus L 6 non (1) diffiteris (2) negas L 7 tam (1) demonstratio (2) veritatem L 8 in (1) tuenda (2) vitae (a) aeternae (b) melioris L 9 et justum erg. L 15 in (1) eos translatum, quorum voluntati summa obe (2) Rempublicam L 17 immineat: (1) tantum illud requi(r)is, ut ea (2) quare L 17 quis (1) <crimine eo> (2) jussu L 18 ad (1) poena (2) supplicium L 18 summis (1) ut dummodo (2) salutis L 19 rectoribus erg. L 21 validam erg. L 21 causam. (1) Ergo si quando satis apparebit Rectores potestate abusos ad innocentium (2) Quodsi L 25 si (1) neque (2) indignationi L 25 aliisque (1) <acribus> (2) animi L

13–15 In eum . . . translatum: vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae pars tertia de cive*, III, 5–6 (M.O.L. II, S. 209–234); *Leviathan*, II, 17 (M.E.W. III, S. 153–159; M.O.L. III, S. 127–131). 17 f. si quis . . . causa: *Leviathan*, I, 14 (M.E.W. III, S. 116–130; M.O.L. III, S. 102–111).

[non] posthabeat quietem suam. Quare summa eorum omnium quae de summa potestate tute concludis, huc redire videtur: in Republica, neque tam facile neque ob suspiciones tam leves abrumpendum foedus, quoniam major in ea securitas praestetur. At major longe Christianorum veterum patientia fuit, qui quandam ut ita dicam irresistibilitatem tribuebant Reipublicae.

5 120. LEIBNIZ AN SIMON FOUCHER

[Paris, 1675.] [183.]

Überlieferung:

L Konzept: LBr 278, Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S.

10 E¹ GROTEFEND, *Leibniz-Album*, 1846, S. 20 (Teildruck).

E² FOUCHER DE CAREIL, *Lettres et opusc.*, 1854, S. 29–39.

E³ RABBE, *L'abbé Simon Foucher*, Paris 1867, Appendix, S. 45–50.

E⁴ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 369–374.

E⁵ II, 1 (1926) N. 120.

Weitere Drucke:

15 1. PRENANT, *Oeuvres choisies*, Paris [1940], S. 36–41. – 2. PRENANT, *Oeuvres*, Paris 1972, S. 113–117. – 3. WIATER, *Briefe*, 1989, S. 2–14.

Übersetzungen:

20 1. MORRIS, *Philosophical Writings*, 1. Aufl. 1934, S. 45–51. – 2. BENSE, *Briefe großer Naturforscher*, 1943, S. 30–32 (Teilübers.). – 3. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl.

1956, S. 235–240. – 4. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 2. Aufl. 1969, S. 151–154. –

5. WIATER, *Briefe*, 1989, S. 3–15. – 6. R. ARIEW u. D. GARBER, *Philos. Essays*, 1989, S. 1–5. – 7. R. ARIEW u. E. WATKINS, *Readings*, 2000, S. 116–119 (Teilübers.). –

8. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, Bd 1, 2000, S. 173–178.

Fouchers *Critique de la recherche de la vérité* erschien anonym wohl in der ersten Hälfte des Jahres 1675. Die in Briefform verfaßte Abhandlung enthält als Datum den 30. November 1674, die Druckerlaubnis ist vom 10. Dezember 1674. Robert Desgabets Gegenschrift, die *Critique de la Critique de la Recherche de la Verité*, die im September 1675 herauskam, kennt Leibniz offenbar noch nicht. Er wäre sicher darauf eingegangen. Die Antwort Fouchers vom 23. Mai 1676 auf die Schrift Desgabets bekam Leibniz noch in Paris im Manuscript zu sehen (vgl. N. 183). Es fällt auch auf, daß Leibniz bei seiner Bemerkung zu Roberval, der am 27. Oktober 1675 starb, noch nicht, wie es sonst seine Art ist, mit der Wendung *feu M. Roberval* davon Kenntnis zeigt (vgl. N. 130, S. 423.2). Es ist daher wahrscheinlich, daß unser Brief vor September 1675, bestimmt aber vor Ende Oktober 1675 geschrieben worden ist. Da Leibniz mit dem Abbé Foucher spätestens seit April 1675 persönlichen Umgang pflegte (vgl. Leibniz' Aufzeichnung *Expérience de Mons. l'Abbé Foucher, de Dijon, qu'il ma dit l'an 1675, Mois d'Avril*, LH XXXVIII, Bl. 144), dürfte die Beanwortung dieses Briefes wohl kurz nach Erhalt mündlich erfolgt sein. Ein Licht auf das damalige Verhältnis zu Foucher werfen die Anekdote, die Leibniz später u.d.T. *Autoritas personae praevalet rationibus* aufschrieb (vgl. VI, 4 N. 472), und verschiedene Wendungen aus den folgenden Briefen Fouchers.

|| À Mons. l'Abbé Foucher, auteur de la *Critique de la recherche de la verité.*

:245

Monsieur:

Je demeure d'accord avec vous qu'il est de consequence que nous examinions une bonne fois toutes nos suppositions, à fin d'établir quelque chose de solide. Car je tiens que c'est alors qu'on entend parfaitement la chose dont il s'agit, quand on peut prouver tout ce qu'on avance. 5 Je scay que le vulgaire ne se plaist gueres à ces recherches, mais je scay aussi que le vulgaire ne se met gueres en peine d'entendre les choses à fonds. Vostre dessein est à ce que je vois d'examiner les veritez qui asseurent, qu'il y a quelque chose hors de nous. En quoy vous paroissez tres equitable; car ainsi vous nous accorderez toutes les veritez hypothetiques, et qui asseurent non pas qu'il y a quelque chose hors de nous; mais seulement ce qui arriveroit || s'il y 10 246 en avoit. Ainsi nous sauvons déjà l'Arithmetique, la Geometrie et un grand nombre de propositions de metaphysique, de physique, et de morale, dont l'expression commode depend des definitions arbitraires, mais choisies, et dont la verité depend des axiomes que j'ay coutume d'appeler identiques; comme par exemple que deux contradictoires ne peuvent pas estre, qu'une chose dans un même temps est telle qu'elle est, par exemple qu'elle est aussi grande 15 qu'elle est, ou égale à elle même; qu'elle est semblable à elle même etc. Or quoque vous n'entriez pas *ex professo* dans l'examen des propositions hypothetiques, je serois pourtant d'avis qu'on le fist, et qu'on n'en admist point, qu'on n'eust démontré entièrement et résolu jusqu'aux identiques.

Pour ce qui est des veritez qui parlent de ce qui est effectivement hors de nous, c'est là 20 principalement le sujet de vos recherches. Or premierement on ne scuroit nier que la verité même des propositions hypothetiques ne soit quelque chose qui est hors de nous, et qui ne depend pas de nous. Car toutes les propositions hypothetiques asseurent ce qui seroit ou ne seroit pas, quelque chose ou son contraire étant posé, et par consequent que la supposition en même temps de deux choses qui s'accordent, ou qu'une chose est possible ou impossible; 25 nécessaire ou indifférente; et cette possibilité, impossibilité ou nécessité (car nécessité d'une chose est une impossibilité du contraire) n'est pas une chimere que nous fassions, puisque nous

2 f. Monsieur: (I) autant que je puis juger (2) Je L 9 car | ainsi erg. | vous nous (I) accordez (2) accorderez L 10 non (I) seulement (2) pas L 11 déjà (I) toutes les mathema (2) l'Arithmetique L 11 de (I) veritez (2) propositions L 12 f. morale, (I) qui sont démonstrables en ne supposant que des (a) axiome (b) definitions, (2) dont l'expression | commode erg. | . . . arbitraires | à streicht Hrsg. la verité gestr. | mais choisies, et L 13 axiomes (I) identiques que vous accordez (comme j'ay com (2) que L 14 exemple (I) qu'une chose (2) que L 15 dans . . . temps erg. L 15 par exemple erg. L 16 f. même (I) (supposant qu'il n'y ait point de ch (2); c'est à dire dans un même temps (3) etc. (a) Mais comme il est impossible que toutes les veritez (b) Or quoque vous (aa) accordez (bb) n'entriez L 20 f. là (I) où vous vous attachiez (2) principalement L 22 hypothétiques (I) | est versehentlich nicht gestr. | (2) ne soit L 23 nous. (I) Car la nature de ceux qui pensent et des choses ou objets de leurs pensées, c'est à dire, si vous voulez, de leurs idées est telle, que ceux qui se servent des memes definitions et axiomes, et raisonneront suivant une certaine méthode trouveront que les mêmes propositions (2) Car L 23–25 ce . . . s'accordent, ou erg. L 26 f. | possibilité erg. | impossibilité | ou nécessité (car nécessité | d'une chose erg. | est . . . contraire) erg. | L

ne faisons que la reconnoistre et malgrez nous, et d'une maniere constante. Ainsi de toutes les choses qui sont actuellement, la possibility même ou impossibilité d'estre est la premiere. Or cette possibility et cette nécessité forme ou compose ce qu'on appelle les essences, ou natures, et les veritez qu'on a coutume de nommer éternelles: et on a raison de les nommer ainsi, car il
 5 n'y a rien de si éternel que ce qui est nécessaire. Ainsi la nature du cercle avec ses proprietez est quelque chose d'existant et d'éternel; c'est à dire il y a quelque cause constante hors de nous qui fait que tous ceux qui y penseront avec soin trouveront la même chose: et que non seulement leur pensées s'accorderont entre elles; ce qu'on pourroit attribuer à la nature seule de l'esprit humain; mais qu'encor les phénomènes ou expériences les confirmeront lors que
 10 quelque apparence d'un cercle frapperà nos sens. Et ces phenomenes ont nécessairement quelque cause hors de nous.

Mais quoique l'existence des nécessitez soit la première de toutes en elle même, et dans l'ordre de la nature, je demeure pourtant d'accord qu'elle n'est pas la première dans l'ordre de nostre connoissance. Car vous voyez que pour en prouver l'existence, j'ay pris pour accordé
 15 que nous pensons, et que nous avons des sentimens. Ainsi il y a deux veritez générales absolues, c'est à dire qui parlent de l'existence actuelle des choses; l'une que nous pensons; l'autre qu'il y a une grande variété dans nos pensées. De la première il s'ensuit que nous sommes, de l'autre il s'ensuit qu'il y a quelque autre chose que nous, c'est à dire autre chose que ce qui pense, qui est la cause de la variété de nos apparences. Or l'une de ces deux veritez
 hic jacet non est apta ad appropinquationem promtam (: alias enim habemus || longe velociores
 etiam in infinitum continuabiles :). Verum ad veram proportionem circuli ad quadratum, aut
 quadrantis ad diametrum, mente complectendam, nescio an quicquam aptius vel simplicius
 fangi possit. Magni momenti sunt hae expressiones per series infinitas, nam in eo differunt ab
 appropinquationibus, quod series aliquod theorema nobis exhibent valoris exacti, et simul ac
 semel appropinquationes praebent infinitas sine novo calculo. Cum aliae appropinquationes
 quales sunt Ludolphinae non nisi novo calculo longius produci possint. Atque hac arte quanti-
 tates illae quas Cartesius a sua Geometria exclusit, analytice tractari possunt: et efficere
 possumus, quod antea nemo, ut problemata trigonometrica aliquis sine instrumentis atque
 tabulis sinuum in casu quolibet oblate solvere possit modico admodum calculi labore. Cum
 antea opus fuerit Tabulas integras ordine calculare ad unicum aliquod oblatum exemplum
 Trigonometricum solvendum. Nunc vero ope aequationis superioris infinitae vel, ubi libet,
 finitae valorem arcus dati exprimentis, facile possumus in Triangulo ex datis lateribus invenire
 angulos imo et contra idque sine ullis Tabulis. Quod magni usus erit itinera suscipientibus qui
 libros et instrumenta perdere possunt, sed regulam usque adeo simplicem non facile obli-
 viscentur. Ea autem ad observationes atque trigonometricas operationes in media barbarie sufficit,
 sine ulla librorum ope. Eadem Methodo possunt omnes lineae curvae mensurari, et omnia
 spatia quadrari, et omnia solida et superficies et centra gravitatum atque agitationum inveniri,
 aliaque innumera praestari quae alioqui vix in potestate esse videntur.

Fateor tamen non id esse ultimum quod in Analysi optamus, perfecti enim incognitarum
 quantitatum valores consistunt in quadam finita expressione quando ea haberi potest, aut
 quando non potest, demonstratione impossibilitatis. Et quidem semper illa haberi potest,
 quando problemata redeunt ad aequationem communi more expressam, gradus licet cujuscun-

1 $\frac{1}{3,25}$ l ändert Hrsg. 26 f. aut . . . impossibilitatis erg. l

12 Ludolphinae: vgl. LUDOLPH VAN CEULEN, *Van den Cirkel*, Delft 1596 u.ö. 25 Fateor: zu den
 mathematischen Fragestellungen dieses Absatzes vgl. u.a. Leibniz' Ausführungen in den Abhandlungen *De
 resolutione aequationum cubicarum* (III, 1 N. 96₁), *De resolutione et constructione aequationum* (III, 1 N. 96₃),
De resolutionibus aequationum cubicarum triradicalium (GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 550–564)
 sowie Leibniz an Tschirnhaus, Ende Mai/Anfang Juni (III, 2 N. 171, bes. S. 433 f.).

que: Primus quidam Arabs, quem Mahometem vocant invenit aequationis generalis secundi gradus $x^2 + px + q = 0$ (quam Vietae et Cartesii more facilitatis causa exprimo) radicem x habere valorem¹ $\pm \sqrt{\frac{p^2}{4} - q} - \frac{p}{2}$. Primus Scipio Ferreus invenit aequationis generalis tertii gradus (cujus secundus terminus est sublatus) nempe $x^3 + px + q = 0$ radicem x valere $\sqrt[3]{\frac{1}{2}q} + \sqrt[3]{\frac{1}{4}q^2 + \frac{1}{27}p^3} + \sqrt[3]{\frac{1}{2}q} - \sqrt[3]{\frac{1}{4}q^2 + \frac{1}{27}p^3}$. Primus Ludovicus Ferrarius Cardani aequalis invenit resolutionem aequationis quadrato-quadraticae interventu aequationis cubicae. Unde etiam radix ejus generali ejusmodi formula exprimi posset. His inventis mea sententia vere analyticis (quoniam valorem incognitae pure et absolute exhibent) nihil a Vieta aut Cartesio adjectum est quod ad hanc quidem rem pertineat: quin imo cum de progressu ad altiora et de analyticis extractione radicum ex aequationibus, desperassent, studium alio flexere. Vieta inventum dedit, sane pulcherrimum extrahendi radices quantumlibet veris propinquas in numeris; at Cartesius eas construxit in lineis, itaque cum unus Arithmeticam alter Geometricam solutionem dedisset, vere analyticam, quae caeteras virtute continet, ambo declinavere. Hodie loco extractionis Vietaeae in numeris habemus longe commodiorem per series infinitas; et loco constructionum Cartesianarum per varias lineas curvas, inventum habeo instrumentum unicum, quod multiplicatis pro re nata partibus omnes aequationes construit. Itaque etiam in his duobus longe et Vietam et Cartesium hodie supergressi sumus. Analyticam vero aequationum omnium extractionem non Cartesio tantum sed et hodie maximis viris prope desperatam, videor mihi non ita pridem feliciter assecutus, Methodum scilicet cuius ope valor radicis incognitae cuiusque aequationis generali (pro gradu suo) formula exprimi potest, quemadmodum Scipio Ferreus in cubica fecit quanquam in altioribus (ex. gr. quinto gradu) tantum absint hactenus a formula generali, ut ne unam quidem dederint particularem: demonstrationem methodi habeo, specimen vero in quinto gradu (quem hactenus omnes frustra attentavere) dabo ubi otium erit. Equidem certum est, vix quicquam in tota Analysi suscipi posse difficilius, et Methodus mea catena tam

¹ Am Rande: Generaliter sic exprimo non obstantibus signis, quae nos ut alibi ostendi morari non debent.

5 – $\frac{1}{2}q$ l ändert Hrsg. 5 – $\frac{1}{2}q$ l ändert Hrsg. 9 f. de erg. analytica l 18 et (I) Hugenio et Huddenio |(2) hodie erg. |l

1 f. Mahometem . . . radicem: Muhammed bin Musa al-Khwarizmi, um 840, der Stammvater der Algebra. Die Namensform war Leibniz aus R. BOMBELLI, *L'Algebra*, Bologna 1579, Bl. d2 r° bekannt; vgl. VII, 2 S. 805.
 3 Ferreus: vgl. G. CARDANO, *Artis magnae sive de regulis algebraicis liber unus*, Nürnberg 1545, cap. 11 (*Opera*, 1663, Bd IV, S. 249 f.). 5–7 Ferrarius: vgl. G. CARDANO, a.a.O., cap. 39 (*Opera*, 1663, Bd IV, S. 294) sowie R. BOMBELLI, a.a.O., S. 353; vgl. auch VII, 2 N. 49₂, S. 668 u. N. 51, S. 680.

longe producta constat, ut satis appareat non me in illam obiter incidisse. Continetur vero in ea totius Algebrae (Algebraem enim voco proprie aequationum resolutionem per se consideratam sine respectu ad numeros et lineas) perfectio, ubi enim semel omnium aequationum radices habebuntur, habebuntur omnium problematum ad aequationes revocabilium solutiones. Sed me 5 arctissimum, quod superest chartae spatium admonet non opinatae prolixitatis. Finiam igitur ubi te rogavero, ut doctissimum Eccardum a me salutes, atque etiam si ita videtur, haec cum eo communices. Evidem et colloquium viri et cum eo commercium mihi gratissimum erit. Vale faveque.

139. ARNOLD ECKHARD AN GERHARD WOLTER MOLANUS FÜR LEIBNIZ

10 Rinteln, 29. März (8. April) 1677. [138.140.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 5. 1 Bl. 2°. 1 1/2 S. Geringer Textverlust im letzten Drittel des Briefes durch Abriß einer oberen Ecke.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 113–115.

15 E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 211–212.

E³ II, 1 (1926) N. 139.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 553–554 (nach E¹).

Übersetzung:

20 NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 48–49.

Unser Brief antwortet auf N. 138 und wird Leibniz über Molanus zugestellt. Eine Woche später kommt es am 15. April in Hannover zu einem Kolloquium (N. 140). Am Ende des Textes verursacht Papierausriss einen geringen Textverlust.

:310 || Reverendissime et Magnifice D^{ne} Abbas et Director,
25 Domine et Patrone aeternum venerande.

Quod tam doctum tamque amicum (ita enim scribis) mihi adversarium excitare voluisti,
gratias eo nomine et ago et habeo Tibi ingentes. Ego non putaveram esse in vicinia Virum
Mathematicum tam peritum, atque hunc esse video. Ideoque in magna felicitatis meae parte
putabo, si Viri tam Eruditii amicitiam mihi conciliaveris. Inter alia, quae de rebus Mathematicis
30 praecipue disserit, illud egregium est, quod methodum invenisse se scribit, cuius ope valor
radicis incognitae cujusque aequationis in quoque gradu analytice exprimi possit. || Quod
311

30 f. methodum . . . possit: vgl. N. 138, S. 481.20.

inventum vel solum Auctoris memoriam aeternitati consecrabit. Ceterum de rebus Mathematicis facile inter nos conventurum esse video. Neque enim Cartesius omnia, quae potuit, tradere voluit, neque si voluisse, ita tamen tradidisset, ut nihil amplius inveniendum restaret. Illud tamen assentiri Viro Clarissimo nondum possum, quod aut methodum, qua usus fuit Cartesius, imperfectam, aut Archimedem Cartesio praeponendum existimat. Voluit enim Cartesius 5 methodi suae praestantiam unico tantum exemplo declarare, ideoque famosum illud problema, quod *Geometriae* suae lib. 1. Pappi verbis proponit, cuiusque solutionem magno studio Veteres frustra quaesiverant, expediendum sibi sumit. Quod quidem admirabili prorsus via modoque perfecit. Quod si ille in alia quadam Matheseos parte, et ea quidem, quam Archimedes excoluit, ingenii sui specimen aliquod edere voluisse, non dubito quin id aequre egregie fecisset in 10 Archimedea, atque in Apolloniana Mathesi. Ad ea, quae de reliquias Philo>sophiae partibus disserit Vir Clarissimus, m(ulta mo)nenda essent. Sed de his propediem, spero, colloquemur. Et enim, si Deus volet, futuro die lunae ad vos excurrere constitui. Interim vale, Reverendissime D^{ne} A(bbas,) et si grave non est, Virum Amplissimum qua(m →)issime meo nomine 15 saluta, faveque

Reverendissimae Magnific^{ae} T. Obsequentissimo

Rintel. d. 29. Mart. 1677.

A. Eckhardo.

140. LEIBNIZ, UNTERREDUNG MIT ARNOLD ECKHARD

Hannover, 5. (15.) April 1677. [139.142.]

Überlieferung:

- L Konzept: LBr 227, Bl. 6–7. 1 Bog. 4°. 3 1/2 S.
 E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 115–123.
 E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 212–215.
 E³ II, 1 (1926) N. 140.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 554–557 (nach E¹).

Übersetzung:

NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 50–55.

14 quam amicissime meo E¹, E²

7 R. DESCARTES, *Discours de la méthode, La Geometrie*, livre I (A.T. VI, S. 377–379).

:311

|| Colloquium cum D^{no} Eccardo Professore Rintelensi Cartesiano,
praesente Dⁿⁱ Abbatis Molani fratre.

Hanoverae 5 April. 1677

Mane sermo primum fuit de Hobbio, quem dicebam de re morali satis eleganter scripsisse;
 5 pessime de Geometria, quanquam ipse dixerit cuidam amico meo, omnium scriptorum suorum optima esse geometrica, tantum scilicet opinio hominis privata de se ipso, ab aliorum judicio distare potest. Inde ad Cartesium delatus est sermo, cumque quaereret a me Molani frater, quibusnam in rebus optime Cartesium scripsisse putarem, respondi in Physicis. I11e: Cartesio ipsi videri potissima suorum scriptorum esse Metaphysica, Ego: vereri me ne idem Cartesio
 10 hac in re acciderit, quod supra Hobbio accidisse dixeram. Cum quaereretur quid contra Cartesiana Metaphysica haberem. Dixi mihi cum alia, tum ejus demonstrationem existentiae Dei non satisfacere. Hujus defensionem Dn. Eccardus in se recepit, rogavitque ut dicerem, quid in ea desiderarem. Addidit Cartesium cum multis egregiis viris hac de re per literas contulisse, neque ab ullo eorum fuisse convictum. Ego: non videri mihi semper satisfecisse. I11e: quanam
 312 15 in re. || Ego: ut hoc pateat, resumendum esse Cartesii argumentum, quod huc redeat. Deus est Ens perfectissimum, de Entis perfectissimi conceptu est existentia (quippe quae est ex perfectionum numero), Ergo Deus existit. Mihi vero videri hoc argumentum reddi posse compendiosius, sublata perfectionum mentione, si scilicet sic argumentemur: Ens de cuius essentia est existentia necessario existit. Deus est Ens de cuius essentia est existentia. Ergo Deus necessario
 20 existit. I11e: probandum esse minorem, quod scilicet de [essentia] Dei sit existentia. Eam vero ex eo probari, quod sit Ens perfectissimum. Ego: Minorem non opus habere probatione, posito quod haec sit Dei definitio: esse Ens a se, seu quod existentiam suam a seipso, nempe a sua essentia habeat. Definitiones enim probari non est necesse, praeterquam quod haec definitio etiam aliis, ut Thomae et Scholasticis probatur. I11e: sed quid respondetur ad argumentum.
 25 Ego: Respondeo dubitari posse an Ens de cuius essentia sit Existentia non implicit contradictionem, fateri enim me si semel concedatur tale Ens esse possibile, seu esse talem conceptionem vel ideam, sequi quod existat. Molani frater dixit videri sibi probari idem per idem.

4 (1) *<Dic>* | (2) Mane *erg.* | L 8 in (1) *<Geome>* (2) *Physicis L* 16 est (1) *perfecti <pe>* (2)
 existentia L 19 cuius (1) *exi* (2) *essentia L* 20 existentia *L ändert Hrsg.* 24 quid (1) *respondere potes*
 (2) *respondest* (3) *respondet L*

5 f. dixerit . . . geometrica: nicht nachgewiesen. 11–17 Dux . . . existit: R. DESCARTES, *Meditationes de prima philosophia*, V (A.T. VII, S. 65–70); *Primae Responsiones* (A.T. VII, S. 114–120); *Principia philosophiae*, I, 14 (A.T. VIII, 1, S. 10). 22 Dei definitio: vgl. VI, 3 N. 84. 24 Thomae et Scholasticis: vgl. etwa ANSELM VON CANTERBURY, *Proslogion seu colloquium de Dei existentia*; THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, I, qu. 3, art. 4; JOHANNES DUNS SCOTUS, *Tractatus de primo rerum omnium principio*, cap. III, conclusio 4.

Nam si semel admittitur Ens quod necessario existere debet, utique jam admittitur ipsum existere. Eccardus: argumentum hoc esse probum: nam attributum aliquod competere alicui subiecto, v.g. triangulo, demonstrandum est ex ejus definitione, quod si ergo de aliquo existentia ex ejus definitione ostendi possit, ei utique competit existentia. Ens autem cuius essentia involvit existentiam tale utique est, ex Hypothesi, itaque tale Ens existit. Ego: superest ergo tantum ut ostendamus talem conceptum possibilem esse, sive non implicare contradictionem. I11e: Ideam Entis perfectissimi, vel etiam Entis cuius essentia involvit existentiam dari ex eo patet, quia intelligitur, neque enim quisquam posset de Ente perfectissimo cogitare, nisi ejus conceptum vel ideam haberet. Ego: non omnia de quibus cogitamus esse possibilia, ut de Motu celerrimo cogitamus cuius nulla datur idea quia impossibilis est, ut facile demonstrari potest. I11e: posse demonstrari quod motus celerrimus sit impossibilis, non vero posse demonstrari idem de Ente perfectissimo vel de Ente a se. Ego: posito quod id a nobis non demonstretur, a Cartesianis tamen demonstrari debere, quod tale Ens concipi possit. I11e: durum esse postulatum, non debere probari talem possibilitatem, quemadmodum nemo probat dari triangulum etc. Ego: imo demonstrari talium rerum possibilitatem, quoties ostenditur modus eas generandi vel producendi. I11e: talia possibilia esse, etiam antea sciri posse, etiam antequam modus ea generandi ostendatur. Ego: de eo saepe posse dubitari, exempli causa, si quis conceptum habeat de Linea quae sui ipsius evolutione describitur (qualem Cycloidem esse probavit Hugenius) eum dubitare posse, utrum talis linea sit possibilis. I11e: aliud esse de rebus simplicioribus, quales esse possibles intelliguntur. Ego: probabilem esse earum possibilitatem, sed non certam, donec probetur. Praesumi scilicet donec probetur contrarium. Sed hunc probandi modum tantum in foro, non vero in philosophia admitti. I11e: || admitti etiam in philosophia, neque enim quemlibet ad quidvis probandum teneri. Ego: si de praxi agatur fateri me quod praesumatur Entis necessarii vel Entis perfectissimi possilitas. Sed quando de demonstratione agitur, tunc opus est eum qui perfectam certitudinem sive demonstrationem quaerit, omnes propositiones quas supponit, probare. Interea supervenientibus aliis et inter eos Abbate Molano soluta est disputatio. Cumque Abbas Molanus quaereret, quonam loco essemus, dixit Eccardus se hic dicere quod olim Felix Paulo, *nos te porro audiemus*.

Horis pomeridianis rursus convenimus, cumque diu de rebus aliis essemus collocuti, tandem Molani frater rursus quaestionem circa demonstrationem Cartesianam existentiae Dei

313

9 f. possibilia, (1) e.g. Motum celerrimum (2) ut . . . cogitamus *L* 10 f. potest (1), cogitare tamen possumus (2). I11e *L* 15 rerum *erg.* *L* 21 probetur (1) in foro (2) contrarium *L* 27 est (1) dispositio |(2) disputatio *erg.* |*L*

18 f. linea . . . probavit Hugenius: vgl. Chr. Huygens im Juli 1658 über die Eigenschaften der Zykloide in *Oeuvres complètes*, XIV, 11, S. 347–378, und *Horologium oscillatorium*, Paris 1673, S. 69. 28 *nos . . . audiemus*: vgl. Apg. 24, 25 u. 17, 32.

[movit]. Repetita fuere nonnulla eorum quae antea dixeramus. Dixi ego in hac divinae existentiae demonstratione duo esse consideranda, unum an Ens perfectissimum non implicet contradictionem, alterum posito quod Ens perfectissimum non implicet contradictionem, utrum existentia sit ex numero perfectionum. Videri enim perfectiones esse quasdam qualitates qualis 5 non est existentia. Itaque petere me ut declaretur quidnam veniat nomine perfectionis. I11e: hoc non posse facile definiri, quemadmodum multa alia quae cuilibet sunt nota. Quemlibet tamen concessurum, quod existere sit quaedam perfectio, et quod perfectiora sint existentia quam non existentia. Ego: id non esse definitionem sed exemplum perfectionis. I11e: perfectionem esse omne attributum, seu omnem realitatem. Ego: ergo etiam dolorem esse perfectionem. I11e: 10 dolorem non esse quiddam positivum, sed privationem tranquillitatis, quemadmodum tenebrae lucis. Ego: videri mihi dolorem non magis dici posse privationem [voluptatis], quam voluptatem privationem doloris. Sed tam voluptatem quam dolorem esse positivum quiddam. Et longe aliter se habere dolorem ad voluptatem, quam tenebras ad lucem. Nam tenebras non posse intendi et remitti, exclusa semel luce, neque tenebras alias aliis esse majores, ubi omnis 15 lux absit. Sed dolorem non existere sublata tantum voluptate, et unum dolorem alio esse fortiorum. Itaque sequi ut Ens perfectissimum habeat et dolores. I11e: posse dici dolores esse perfectiones materialiter, quatenus continent aliquid positivum, et eatenus posse esse in Deo. Ego: nullam [me] videre rationem diversitatis, cur voluptates potius quam dolores formaliter in Deo esse dicamus. Frater Molani: si permissum esset uti definitione morali 20 perfectionis, nempe quod perfectio sit congruentia cum ratione, tum facile excludi dolorem. Agnovit tamen hic agi de definitione Metaphysica ex qua sequatur existentiam esse perfecti- 314 onem. Hic ergo haesimus, neque satis explicatum fuit, cur dolor non aequa sit perfectio ac voluptas seu satisfactio animi. Inde paulatim in alia sumus delapsi. Frater Molani dixerat: Ens perfectissimum idem esse quam quod est infinitae perfectionis. Ego: dubitari an infinitum 25 tale non implicet contradictionem. Eccardus: infinitum esse prius finito, finitum enim ab infinito quodammodo abscindi, atque negationem ulterioris processus significare. || Ideo infinitum non esse negationem termini, sed contra finitum sive terminatum esse negationem processus ulterioris, quod si ergo infinitum implicit, sequi etiam finitum implicare. Non erat quidem talis ejus ratiocinatio, sed ita eam absolvo. Ego: distinguere me inter heterogenea et 30 homogenea. In heterogeneis exempli gratia numeris finitum non esse negationem infiniti, nam

8 f. esse (1) quicquid (2) omne L 11 mihi (1) tranqu (2) voluptationem (3) | dolorem erg. | non (a) major (b) magis L 11 voluptatem L ändert Hrsg.

1 f. divinae existentiae demonstratione: vgl. dazu auch Leibniz' Ausführungen vom November 1676 (VI, 3 N. 79–81). 4 perfectionum: vgl. VI, 4 N. 253.

numerus aliquis finitus constituitur, non abscondendo eum a toto aggregato infinitarum unitatum, sed formando eum ex aggregato unitatum finitarum. Secus est in spatio seu extensione, nam spatum totum est unum homogeneum, et demonstrari potest ipsum non finiri, quia cum per omnia sibi similes sint ejus partes impossibile est inveniri rationem cur alicubi finiatur. Idem est de Motu celerrimo, etsi enim motus sint inter se homogenei, tamen non constituunt unum totum. Idem ergo est de Ente perfectissimo, nam plures perfectiones non sunt homogeneae, nam plures perfectiones non constituunt unum quoddam, etsi in communi perfectionis nomine convenient. Ille: imo homogeneas esse in perfectione. Ego: ita et numeros in quantitate et motus. Reliqua de his ultiro citroque dicta nihil fere notari dignum continebant, et cum nondum appareret demonstrationem Cartesianam satis clare et irrefragabiliter mihi proponi posse, ad alia paulatim dilapsi sumus.

141. EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS AN LEIBNIZ

Rom, 17. April 1677. [132.172.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 943, Bl. 1–4. 1 Bog. u. 1 Bl. 4°, 1 Bl. (19 x 17 cm). 6 $\frac{2}{3}$ S. Obere u. 15 untere Ränder zum Teil stark beschädigt. Notizen von Leibniz' Hand. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E¹ GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 328–337.

E² II, 1 (1926) N. 141 (Teildruck).

E³ III, 2 (1987) N. 30 (mit vollständiger Überlieferung).

20

Unser Brief erreicht Leibniz über Settimio Paluzzi, Geschäftsträger Johann Friedrichs in Rom. Tschirnhaus antwortet damit auf einen Brief von Mitte Februar 1677 (III, 2 N. 17, erschlossen), dessen Weiterleitung nach Rom Schuller Leibniz am 26. Februar bestätigt (III, 2 N. 19). Unser Teildruck berücksichtigt nur die Diskussion über den Gottesbeweis.

|| Romae d. 17 Aprilis Anno 1677. 25 :314

[...] Quoad demonstrationem tuam de ente perfectissimo; hanc a D. Schullero transmissam accepi, admodum placuit: sed quae de Cartesio habes pace tua dicam nullius roboris

2 f. seu (1) extenso (2) extensione, nam (a) quia quaelibet (b) spatum (aa) homo (bb) totum *L* 3 unum (1) totum (2) homogeneum *L* 3 quia (1) null(a) (2) cum *L* 6 f. perfectissimo (1) nam et illud non est homogeneum (2) nam . . . homogeneae *L*

26 f. demonstrationem tuam . . . habes: *Quod Ens Perfectissimum existit* (N. 131 bzw. VI, 3 N. 81).

sunt; 1. enim Cartes. non ad experientiam provocat quod nullibi legi imo potius indicavit qua ratione homines incident in notionem entis perfectissimi, dum dicit quod affirmando aliquid in positivo, dehinc assurgent ad comparativum et sic porro ad superlativum, et quia haec operatio admodum familiaris est hominibus ut vel de quibusvis rebus in superlativo loquantur non video
 5 quare homines possint recusare se non intelligere quid sit ens perfectissimum; atque sic per consequens recusare demonstrationem quam ipsis exhibuit existentiae Dei; 2^{do} verum licet hoc maximum usum habeat, adeo ut et Stupidi quivis possint convinci existentiae Dei; attamen Philosophis non satisfactum fuisse, cum cognitio talis entis perfectissimi prout vulgus concipit satis crassa cognitio est; adeoque Cartesius dilucide et variis in locis explicat (adeo ut mirer te
 10 haec negare) quid per perfectionem intelligat; dicit itaque Perfectionem ac realitatem, unum et idem ipsi esse[:] item in alio loco; per perfectionem intelligit quod de esse participat, quo magis itaque res de esse participant eo sunt perfectiores (hinc est quod Cartesius dicit substantias esse perfectiores modis). Sic e contra ipsi est imperfectum, quod de // nonesse participat, seu ut
 15 ipsius Phrasij utar de nihilo, veluti dubitatio, ignorantia, divisio etc. Cum itaque omnia distincta sint in ipsis definitione nescio quare demonstratio huic soli innixa possit rejici. 3. hinc colliges quanta sit differentia definitio[nis] Cartes. et Tuae. Ens enim perfectissimum, sic conceptum et Ens quod ejusmodi infinitis perfectionibus constat, differunt et qui priore definitione utitur saltem necesse ei est ut ostendat, ea quae comprehendit distincta cognitione constare prout fecit Cart. juxta annot. 3. qui vero 2^{da} utitur, is debet prius probare prout optime fecisti, quod tales
 20 infinitae perfectiones possint in eodem subjecto esse; possem 4^{to} ostendere quod ex hac posita definitione entis perfectissimi juxta Cartes. statim tua sequatur definitio tanquam corollarium, sed tempus revera non permittit, ut Metaphysicis speculationibus ulterius incumbam. Et saltem has eo congesse rationes, ne tibi viderer ex passione loqui, ut qui tibi hac in re maxime suspectus sum; et ut ingenuo loquar mirare[ri]s, si non passione aliqua colerem Cartes. Cui tot
 25 nominibus devinctus sum et a quo tam multa et perquam utilia addidici; sed ut videas hanc passionem mihi oculos non obcaecare, atque adeo noxiā esse; libere dicam, perplures et qualitate grandes errores in Cartesii Scriptis contineri, imo plus; me hanc quam attulit de [Deo] demonstrationem non magni facere licet legitima sit; et hoc est quod semper conquestus sum;

1 f. legi (1) sed dixit saltem eadem ratione homines incidere possint (2) imo . . . incident K 23 eo erg.
 congesse | rationes erg. | K 25 devinctus (1) et a quo tanta <---> (2) sum . . . utilia K 27 f. Dei K ändert
 Hrsg.

9 Cartesius . . . explicat: vgl. etwa *Meditationes de prima philosophia*, III (A.T. VII, S. 40–42), und *Secundae Responsiones* (A.T. VII, S. 160–166). 19 juxta annot. 3.: Tschirnhaus bezieht sich wohl auf *Meditationes de prima philosophia*, III (A.T. VII, S. 34–52).

non quod Methodum quae per definitiones (quam ipse approbo) procederet improbare: sed quod inquirendae sint definitiones adaequatae omnium rerum; Quod autem non adaequata sit eo [sensu] quo Cartesius sumit patet; quia revera infinita ex Dei natura sequuntur quae nescio an Cartesius ex hac posita definitione deduceret, cum tamen si adaequatam Dei definitionem nobis tradidisset, omnia nobis deberent obvia esse quaecunque in Deo sunt, imo nobis aequa clara ac certa ac ipsi Deo; Et licet non mihi ullo modo jam tempus sit Metaphysicis delectari; hoc enim tempus si habuero, forte a Mundo penitus abstractus vivam, adeoque quaecunque jam circa talia affirmo, saltem inter conjecturas et probabilia pono; attamen non intermittere possim quin dicam mihi eam definitionem quam tradidit mortuus noster videri adaequatissimam dum Deum definit per substantiam absolute infinitam; substantia autem per ens quod in se est seu, quod idem, quod per se concipitur; prima enim definitio (quod in se est) exhibit naturam substantiae qualis in se est absque respectu nostrae naturae; 2^{da} definitio (quod per se concipitur) exhibit naturam substantia[e], quatenus a nobis concipitur, hisce enim positis non credendum quam ardua et quam tamen magna facilitate deducantur et infinitae difficiles admodum quaestiones quae omnibus crucem fixere in Metaphysicis quanta claritate decidantur; Et quia percipere possum te legisse Scriptum ejus hac de re elaboratum non opus erit adeo prolixus esse, ad aliquod meae assertionis argumentum proferendum: sic itaque ex definitionibus quas ibi tradit et axiomatibus primae partis aliquando deduxi (seu potius collegi aut contraxi quae prolixius habeat, ne videar quod alterius est mihi attribuere) demonstrationem sequentem existentiae Dei.

|| 1. Propositio

20 316

Substantia est ens absolute infinitum.

Substantia est ens quod in se est; adeoque non est in alio, nec in ullo alio quocunque (alias enim non esset in se absolute loquendo); Unde a nullo alio absolute terminatur; adeoque absolute infinitum est.

1 approbo) (1) ⟨deducta⟩ (2) procederet K 3 senso K ändert Hrsg. 14 quam tamen erg. K
15 Metaphysicis (1) ⟨–⟩ | (2) quanta erg. | K 16 adeo erg. K

9 eam definitionem . . . noster: B. DE SPINOZA, *Ethica ordine geometrico demonstrata*, in *Opera post-huma*, Amsterdam 1677, pars I, def. VI und III (GEBHARDT, Spinoza, *Opera*, Bd II, S. 45). 16 Scriptum ejus: Leibniz dürfte Spinozas zu diesem Zeitpunkt noch ungedruckte *Ethik* bei seinem Besuch in Den Haag als Manuscript gesehen haben.

2. Prop.

Substantia necessario existit.

Substantia est id quod per se concipitur, adeoque non est effectus alterius rei (Effectus enim per aliud, hoc est per suam causam debet concipi) nec cuiuscunque alterius rei effectus 5 (alias enim non per se conciperetur absolute loquendo); Unde nullam causam habet absolute suae existentiae, adeoque per se ipsum existit sive ex vi sua naturae, seu quod idem necessario existit. NB hinc clare sequitur extensionem absolute sumptam necessario semper extitisse.

3. Propos.

Deus necessario existit.

10 Substantia est ens absolute infinitum (per primam prop.) quodque necessarium existit (per 2^{dam}) adeoque ens absolute infinitum hoc est Deus (per defi.) necessario existit.

Nec credo te hanc definitionem contradictionem posse involvere entis quod in se est, 15 Nimirum Dei, et Mundi id quod in alio; nullus enim vel puer est qui non adaequatam hujus rei habet cognitionem; et quoque hoc ipsum non circa Cartes. definit. entis perfectis. debebas timere; Ponamus enim Cart. definitionem Dei per ens perfectissimum etiam juxta mentem Cartes. superius expositam in se contradictionem involvere, dico tamen eandem legitimam esse, sit enim talis definitio quam contradictionem involvere existimamus ac ponamus quod necessario hac posita, existentia definiti sequatur; dico quod eo ipso essentia definiti hoc est ipsa definitio, nullam contradictionem involvat; si enim existentia hac posita possibilis, erit etiam 20 essentia ejus prout supposita possibilis; Adeoque ut quia posito ente perfectissimo necessaria adeoque et possibilis est existentia ejus (prout ipse fateris) e contrario etiam conceptus hujus entis perfectissimi debet possibilis esse, et si possibilis (ut quoque fateris) etiam ejus existentia necessaria;¹ Caeterum rogo ut condones si forte aliqua in re lapsus sum ob nimiam prolixitatem.

Gaudeo praeterea Claris. Hugen. bene valere, cum mundus paucos sui similes habet eo 25 plures sunt aestimandi; et quia revera vera hominum utilitas a talibus expectanda, qui sincere intellectum excolunt, non deberent non in eo omnes toti esse (si verum suum utile nossent), ut horum esse quam maxime conservarent; ego eo reflectens non possum quin ut tibi restituaris ||

¹ Am Blattende zitiert Leibniz verkürzt den auf der Folgeseite weitergeführten Schluß »possibilis esse ergo ut fateris et existentia necessaria« und bemerkt dazu: ([:] Non valet 30 consequentia, ex impossibilibus possunt concludi contradictoria. +)

4 debet (1) intelligi | (2) concipi erg. | K 7 absolute sumptam erg. K 13 Nimirum Dei erg. K

ex animo optem, et si aliquid unquam erit quo tibi inservire possim, id sine fuco, astutia, uno verbo candidissimo pectore exsequar, immemor tuae suavissimae conversationis, cui aeternum obligatus vivo in aeternum quoque Tuus

Sincerus Amicus

E. W. de Tschirnhaus.

P. S. [. . .]

5

A Monsieur Monsieur Leibnitz Cons^r de S.A.S. de Hannover. Present à Hannover.

142. ARNOLD ECKHARD AN LEIBNIZ

Loccum, 9. (19.) April 1677. [140.143.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 8–11. 2 Bog. 2°. 5 3/4 S. Eigh. Aufschrift. Notiz von Leibniz' 10
Hand: »Ekard Rintelensis 9. April. 1677«.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 124–135.

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 215–220.

E³ II, 1 (1926) N. 142.

Weiterer Druck:

15

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 557–561 (nach E¹).

Übersetzung:

NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 56–61.

Unser Brief ist eine Reaktion auf das gemeinsame Kolloquium vom 15. April (N. 140) und wird am 28. April 1677 durch N. 143 beantwortet.

20

|| Nobilissime et Amplissime D^{ne}

:317

Posteaquam in coenobium Loccense veni, otium nactus ad hanc rem necessarium, recollegi ea, quae inter nos de existentia Dei disputata fuerunt. Demonstratio Cartesii haec est:

Quod in idea alicujus rei clare et distincte continetur, id de illa re vere affirmatur.

At in idea Dei actualis et necessaria existentia clare et distincte continetur.

25

Ergo actualis et necessaria existentia de Deo vere affirmatur.

Concessa majore negabat T. C. minorem: quae ita probatur:

In qua idea continentur omnes perfectiones, in illa etiam continentur actualis et necessaria existentia.

At in idea Dei continentur omnes perfectiones. E.

30

Putabat T. C. dubiam esse et majorem et minorem hujus prosyllogismi. Nec enim existentiam esse perfectionem, quod in majori supponitur: et, quantum ad minorem, illud probandum esse, ideam entis summe perfecti vel habentis omnes perfectiones non involvere contradictionem: Ante omnia autem definiendum esse, quid intelligatur nomine perfectionis.

5 Perfecti vocabulum me non aliter accipere dicebam, ac omnes in universum Philosophi, qui perfectum ab ente non distinguunt, nisi sola ratione. Ens enim et positivum opponitur non enti. Et quoniam ens verum et reale conceptum involvit, quem non ens non habet, praestatque aliquid esse, quam nihil esse, ideo omne ens dicitur perfectum. In quo omnes convenient.

Regerebat T. C. Ergo et dolorem esse perfectionem, quia est aliquid reale ac positivum.

10 Respondebam in dolore duo inesse, primo sensum et cogitationem: quae si sola consideretur, non quatenus admixtum habet aliquem defectum, uti est ens aliquod positivum et reale, ita etiam est perfectio. Melius enim est et perfectius sensum habere et cogitare, quam non habere sensum et non cogitare. Secundo defectum aliquem et negationem: dolor enim semper

318 involvit negationem alicujus rei, quam si haberemus, melius nobis futurum esset, quam tunc ||

15 est, cum dolemus. Atque hac ratione dolor non est aliquod positivum, sed non ens et negatio, adeoque etiam imperfectio. Neque hac de re dubitationem esse posse putabam. Omnes quippe Philosophi ita rem explicant. Quaeritur jam, an existentia sit perfectio. Quod sane omni dubio carere existimabam. Etenim si ens, positivum, reale, inter se non differunt, quis negabit existere esse perfectionem. Nam esse ens, esse reale, esse positivum, et existere inter se non differunt.

20 Illudque C. T. assentiri plane non possum, quod dicit videri essentiam et existentiam plane inter se differre, neque quicquam commune habere, velut potentia et actus, ideoque dubitari posse, an ipsa existentia velut quaedam essentiae portio aut species concipi possit. Contrarium docent omnes Philosophi, estque notissimum. Essentia et existentia non magis inter se differunt, quam extensum et divisibile, imo

25 adhuc minus. Fluit enim divisibilitas ex extensione ut conceptus posterior ex priori. At qui concipit essentiam, eodem actu non potest non concipere existentiam: et contra. Sunt enim plane unum et idem esse et existere. Videturque T. C. hoc intelligere, essentiam possibilem ab existentia actuali differre, quod nemo negat. At inde non inferri potest, essentiam et existentiam realiter distingui. Nam etiam essentia possibilis ab essentia actuali realiter differt. Inde tamen

30 non sequitur essentiam ab essentia differre, non magis, quam homo idem a se ipso. Uno verbo essentia possibilis et existentia possibilis, essentia actualis et existentia actualis nullo modo inter se differunt, non magis quam essentia possibilis ab essentia possibili, hoc est, a se ipsa, et essentia actualis ab essentia actuali, hoc est, a se ipsa. Quantum ad potentiam et actum, vide queso (quod tamen pace T. C. dixerim) quantum contraria sententia ad veritatem videatur esse

34—S. 495.1 dixerim) (1) quam illud *{se —}* (2) quantum . . . propensior *K*

propensior. Potentia enim et actus realiter inter se differunt, neque dici potest potentiam, quae nondum existit, eandem esse cum actu suo, [qui] itidem nondum existit: ut nec potentiam, quae jam existit, eandem esse cum actu suo, qui etiam existit. At essentia, quae nondum est, ab existentia possibili, et essentia, quae actu est, ab existentia actuali non differt. Haec autem quamvis ita sint, non tamen existentia velut quaedam essentiae portio et species concipi debet.⁵ Est enim essentia possibilis ipsa existentia possibilis, non quaedam ejus portio et species. Eadem ratio est essentiae actualis, quae est ipsa existentia actualis, non portio ejus aut species.

Confero me ad minorem. Requirebat T. C. secundo loco, ut ostenderem ideam entis summe perfecti non involvere contradictionem. Aequissimum est postulatum, ideoque morem geram. Non possunt contradictionem involvere nisi duo conceptus inter se conjuncti, quorum unus alterum tollit. Hoc enim est contradictionem involvere, quando uno conceptu destruitur, quod altero ponitur. Contradiccio enim semper est inter duos conceptus diversos, seu qui ex natura rei conjungi non possunt. Ita contradictionem involvit idea quadrati trilateri: quae composita est ex idea quadrati, et ex idea trianguli. Quando itaque ab una parte clare et || distincte percipio quadrilaterum, quale etiam est quadratum, ab altera triangulum, manifeste intelligo quadrilaterum non esse trilaterum, et contra, adeoque quadratum trilaterum contradictionem involvere recte affirmo. Videbimus jam, an talem contradictionem involvat idea entis summe perfecti. Ens et perfectum a se invicem non differunt, ut supra ostensum est. Ideoque ens summe perfectum idem est quod ens purum, seu quod nullo modo est non ens. Itaque ens non magis contradicit summe perfecto, quam ens enti. Ens enim summe perfectum vere et absolute est ens, ens autem imperfectum certo modo est non ens. E.g. Intelligamus nos, qui sumus res cogitantes, intelligere et velle, sed imperfecte. Multa enim plane non intelligimus, et pauca ea, quae intelligimus, ita perfecte tamen non intelligimus, ac intelligi illa possent. Quatenus quaedam intelligimus aut intelligere possumus, sumus entia, quatenus autem multa aut non intelligimus, aut non perfecte, eatenus participamus de non ente. Adeoque res cogitans imperfecta partim est ens, partim non ens, hoc est, participat ab ente, quatenus quaedam cogitat, aut cogitare saltem potest, et a non ente, quatenus non omnia aut non perfecte cogitat. Itaque si quae contradictio hic metuenda esset, illa profecto esset in idea entis imperfecti, quae composita est ex idea entis et non entis: non autem in idea entis summe perfecti, quae est simplicissima, nihilque aliud continet, quam ens verum, purum, simplex et absolutum. Quis autem unum et simplicissimum conceptum contradictionem involvere dicet? Itaque positive probo conceptum entis summe perfecti non involvere contradictionem, quod difficile esse putabat T. C.

Qui conceptus est simplicissimus, seu nullo modo compositus, is non potest contradictionem involvere.

35

2 quae K ändert Hrsg.

27 cogitat. (1) Adeoque | (2) Itaque erg. | K

Talis est conceptus entis summe perfecti. E.

Major est notissima. Contradiccio enim est inter duos conceptus, quorum unus tollit, quod alter ponit. Et profecto is aliquid diceret, quod contradictionem involveret, qui contrarium asserere vellet. Qui enim diceret, unum et simplicem conceptum contradictionem involvere, is 5 duo diceret, primo conceptum illum esse unum et simplicem ex hypothesi, et non unum sed compositum, quia contradictionem involvit.

Neque de minori dubium esse potest, si attendamus, in idea entis summe perfecti nihil aliud esse, quam solum ens. Quid enim est ens, nisi quod est positivum et reale, quid summe perfectum, nisi itidem, quod positivum et reale, hoc est, ita positivum et reale, ut non sit non 10 positivum et non reale, seu cui nihil non positivum et non reale est admixtum. Ens autem non opponitur enti, sed non enti. Adeoque cum idea entis imperfecti composita sit ex ente et non ente, hic aliqua est contradictiopotius, quam in ente summe perfecto, quod nihil aliud est, quam ens purum, simplex et absolutum.

320 Venio ad demonstrationem Tuam, qua, posito ens necessarium non involvere || contradictionem, Deum existere probare conaris. Quae profecto particula est demonstrationis Cartesiana. Ita argumentaris:

Deus est ens necessarium (ex definitione).

Ens necessarium est necessarium (est propositio identica).

Omne necessarium existit (est axioma).

E. Deus existit.

Redigatur haec argumentatio in syllogismos:

Ens necessarium existit.

Deus est ens necessarium.

E. Deus existit.

25 Major probatur:

Omne necessarium existit.

Ens necessarium est necessarium.

E. Ens necessarium existit.

Hoc prosyllogismo plane non est opus, quia major ejus et conclusio aut unum et idem 30 sunt, aut certe aequae notae. Cui enim non aequae notum esset, ens necessarium existere, quam necessarium existere. Unum enim est aliud. Interim duo syllogismi faciendi sunt, quia quatuor pronunciatis includere voluisti, quod tribus potueras.

Veniamus itaque ad principalem syllogismum. Cujus major haec est: Ens necessarium existit. Ens necessarium potest dupliciter intelligi: primo, quod necessario existit, deinde quod 35 necessariam existentiam in conceptu suo involvit. Si priori modo acciperetur, totus ille syllogismus inanem petitionem principii continere[t] hoc modo:

29 major (1) et minor (2) ejus K 31 enim erg. K 35 si (1) primo (2) priori K

Ens quod necessario existit, existit.
 Deus est ens, quod necessario existit.
 E. Deus existit.

Nam minor ipsa conclusio est, cuius probatio desideratur. Quod si ens necessarium posteriori modo accipiatur (quemadmodum illud a C. T. accipi non dubito), argumentatio haec 5 est:

Ens illud, quod in suo conceptu necessariam existentiam involvit, existit.
 Deus est ens, quod in suo conceptu necessariam existentiam involvit.
 E. Deus existit.

Hoc est ipsissimum Cartesii argumentum. Sed et major et minor probanda sunt. Quod a 10 C. T. factum non est. Majorem, quam dicis esse axioma, nec est, probat Cartesius ex hoc principio generali, quod omne illud, quod in idea alicujus rei clare et distincte continetur, de illa re vere affirmetur. Adeoque de ente in cuius conceptu includitur necessaria existentia, vere etiam affirmatur, quod existat.

|| Minor probatur ex illo principio, quod existentia necessaria et actualis est perfectio, imo 15 321 omnium perfectionum fundamentum. Nam si quis Deum esse dicat ens necessarium, seu ens, quod in conceptu suo necessariam existentiam involvat, quemadmodum T. C. facit, ei, licet verum dicat, tamen si cum Atheo res esset, statim illud objiceretur, peti illud, quod est in principio. Hoc enim est in quaestione, an in conceptu Dei necessaria existentia involvatur. Quod utique tanquam obscurum et dubium adhuc probandum est. Aliunde autem probari non 20 potest, nisi quod omnes Deum concipiunt ut ens perfectissimum. Existentia autem non solum est perfectio, sed basis et fundamentum omnis perfectionis, ita quidem ut negata existentia negetur etiam perfectio.

Habes, Vir Nobilissime, quae ingeniosissimis objectionibus Tuis reponi posse putavi. Quae ideo quidem adduxi, ut occasionem Tibi praebeam errantem me in viam revocandi, 25 totamque hanc materiam uberius explicandi, quo nihil gratius accidere potest

Nobiliss. Amplitud. T.

Observantissimo

Scrib. in Coenobio Loccensi d. 9. April. 1677.

A. Eckhardo.

A Monsieur Monsieur Leibnitz, Conseiller et Bibliothecaire de S.A.S. Monseigneur le Duc de Brunswick et de Lunebourg. à Hannover.

30

143. LEIBNIZ AN ARNOLD ECKHARD

28. April 1677. [142.146.]

Überlieferung:

L Konzept: LBr 227, Bl. 12–13. 1 Bog. 4°. 4 S.

5 E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 135–143.E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 220–224.E³ II, 1 (1926) N. 143.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 562–565 (nach E¹).

10 Übersetzung:

NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 62–66.

Das Konzept der nicht gefundenen Abfertigung antwortet auf N. 142 und wird durch N. 146 beantwortet.

:321

|| Pl. Reverende et Ampl^{me} D^{ne}

Epistolam tuam legi lubentissime Tui pariter et argumenti causa, nam argumentum scio
15 esse grave, te vero aptum ad accurate tractandum quae suscepisti.

Respondere volui mature, ut quam saepissime beneficio fruerer notitiae tuae quam Reverendo Abbati nostro debedo. Heri enim primum, id est tertia Paschatos feria literae tuae mihi redditiae sunt. Duo moneo ante omnia, primum, non me negare nonnulla esse vera, et demonstrabilia quae tantum a Cartesio demonstrata fuisse negavi; alterum non me attulisse novam demonstrationem in ea quam tibi misi scheda, sed voluisse purgare Cartesianam ab inutili et dubitationibus obnoxia perfectionis mentione. Nunc ad literas tuas accedo, et illam cui institisti ratiocinandi formam persequar. Ita argumentabar:

Quod in idea Dei continetur de Deo vere affirmari potest
(quia quicquid in alicujus idea continetur de eo vere affirmari potest).

16 f. quam (1) primum beneficio fruerer, quod Reverendissimo Abbati nostro debedo, notitiae tuae (2) saepissime . . . debedo L 17 f. Heri . . . sunt erg. L 18 f. esse . . . demonstrabilia erg. L 19 tantum (1) dixi (a) non (b) fuisse (2) a L 20 f. et dubitationibus obnoxia erg. L 21 mentione (1), ut taceam jam Thomae Aquinati aliisque innotuisse (2). Nunc L 22 f. argumentabar: (1) Quod in id (2) In idea Dei (3) Existentia actualis et necessaria clare continetur in idea Dei (4) Quod L 23 Dei | clare gestr. | et erg. u. gestr. | continetur L 24 idea | clare gestr. | continetur L 24–S. 499.1 potest. (1) Ergo existentia actualis de Deo affirmari potest. (2) Existentia L

20 scheda: nicht ermittelt; vgl. jedoch die Aufzeichnungen *Ens perfectissimum existit* (VI, 3 N. 80), *Quod Ens perfectissimum existit* (VI, 3 N. 81), und *Existentia. An sit perfectio* (VI, 4 N. 253).

Existencia actualis et necessaria continetur in idea Dei.

Ergo essentia actualis et necessaria de Deo vere affirmari potest.

|| Concessa majore minor probatur hoc modo:

In qua idea continentur omnes perfectiones, in ea continetur existentia

(quia existencia est perfectio).

In idea Dei continentur omnes perfectiones.

Ergo in idea Dei continetur existentia.

Majorem pariter et minorem ex principiis Cartesianis demonstrari petebam. Major ostensa erit, quando ostensum erit existentiam esse perfectionem. Minor vero ostensa erit, quando ostensum erit Ens continens omnes perfectiones non implicare contradictio- 10 nem, tale enim Ens nihil prohibebit appellari Deum.

Ad probandum, existentiam esse perfectionem, definiendum erat quid sit perfectio, quod ni fallor ne nunc quidem praestitisti. Ais perfectum ab Ente non differre nisi ratione, dicendum ergo erat quanam ratione differret: nisi id velis ex tua ratiocinatione colligi hoc modo: Quod praestat id est perfectius: praestat autem esse quam non esse, ergo esse est perfectius. Sed 15 vellem scire quid hoc sit dicere: *praestat*: An? melius sive gratius est? Sed tunc concedo quod dixisti de illis tantum quorum existentiam alia bona comitantur, quidam enim tot malis obruuntur, ut non esse malint quam sic esse; non ergo esse sed bene esse perfectio erit, hoc quidem sensu. Nisi illud tuum, *praestat*, aliter explices. Cum in colloquio videreris dicere id esse perfectum quod sit pure positivum, objeci exemplum doloris, qui non magis est privatio 20 voluptatis, quam voluptas doloris. Respondes in tua Epistola: dolor est perfectio, quatenus sensum et cogitationem involvit, quia melius et perfectius est cogitare quam non cogitare, sed est imperfectio quatenus involvit negationem alicujus rei quam si haberemus melius nobis futurum esset, quam cum dolemus. Cur melius? nisi quia gratius. Optime: concedo ergo hoc sensu dolorem non esse perfectionem, sed non video cur existentia sit perfectio. Unum tamen 25 videtur pro te responderi posse. Nempe id censendum esse perfectius sive melius, quod per se et caeteris extra ipsum paribus melius ac perfectius est. Talis autem videtur utique existentia. Tametsi enim dubium sit, an non sit melius non existere, quam in summa infelicitate existere, fatendum est tamen melius esse existere in statu indifferenti, felicitatis atque infelicitatis

1 necessaria | clare *gestr.* | continetur *L* 2 f. potest. (1) Maior proba (2) Concessa *L* 10 erit (1) ide (2) Ens *L* 13 f. ratione, (1) ostendendum | (2) dicendum (a) e *erg.* | (b) ergo *L* 14 id (1) velim ex tua ratiocinatione (a) exculpere | (b) colligere *erg.* | (2) velis . . . colligi *L* 16 f. est? (1) Si hoc: fateor existenti gratam esse existentiam, quando comitata est aliis bonis; non (2) quod concedo de (3) Sed . . . de *L* 19 colloquio (1) definire (2) videreris *L* 19 id (1) demum ens (2) esse *L* 27 extra ipsum *erg.* *L* 28 enim (1) maj (2) melius esse videatur (3) dubium . . . melius *L* 28 summa (1) miseria (2) infelicitate *L*

experte (siquidem talis in eo qui optandi capax est fingi potest), quam non existere. Et ita concedam existentiam esse perfectionem, sive nulla aliarum vitae circumstantiarum ratione habita melius esse existere quam non existere. *Melius* autem interpretor, cum ratione optabilius. Nisi id aliter explicare malis, quo casu mihi circumspiciendum erit denuo, an tunc quoque 5 concedendum sit, quod nunc concedo: existentiam esse perfectionem. Non tamen puto lapidibus, ex. gr. esse melius quod existunt, sed nobis ob eorum usum, feles existere ipsis felibus apud Cartesianos indifferens esse debet, nobis id est melius at muribus si boni malique capaces 323 fingantur, pejus. Cervos existere id ipsis indifferens (apud vos) || dominis melius, rusticis pejus quam si non existerent. Videtur ergo existentia non esse per se melior non-existentia. Sed hoc 10 sensu quem dixi, concessso existentiam esse perfectionem, ostendendum est Ens continens omnes perfectiones (id est, hoc quidem sensu, Ens cum ratione optabilissimum) non implicare contradictionem.

Aequissimum esse dicis postulatum meum ostendendi Ens perfectissimum non implicare contradictionem, idque aggrederis hoc modo:

15 Quicquid non est compositum ex duobus conceptibus se tollentibus non implicat contradictionem.

Ens perfectissimum non est compositum ex duobus conceptibus se tollentibus.

Ergo Ens perfectissimum non implicat contradictionem.

Concessa maiore probas minorem hoc modo:

20 Conceptus Entis non participantis de non ente est simplicissimus seu non compositus.

Conceptus Entis perfectissimi est conceptus Entis non participantis de non ente.

Ergo conceptus Entis perfectissimi est simplicissimus.

In hoc argumento dubitari potest de maiore et minore, quod ne temere dixisse videar, ita 25 explicabo animi sententiam. Conceptus entis non participantis de non ente, duo involvit, unum: esse, alterum: nihil non esse, seu omnia esse, quare non possum concedere esse simplicissimum; compositus est enim ex his duobus, quae an sint compatibilia magna quaestio est. Impossibile enim esse videtur, dari Ens, quod sit omnia, de tali enim Ente dici poterit, illud esse Te, item illud esse me; quod puto non admittes.

1 in . . . est *erg. L* 3 melius | atque optabilius *gestr.* | esse *L* 5–9 Non . . . non-existentia *erg. L*
 14 modo: (1) Non (*a*) possunt (*b*) potest contradictionem involvere nisi compositum ex duobus conceptibus
 quorum unus alterum tollit (2) Quicquid *L* 15 conceptibus (1) quorum unus (2) se *L* 19 modo: (1) Ens
 perfectissimum nihil aliud dicit, quam Ens non participans de non ente (2) Conceptus Entis non participantis de
 non ente non e (3) Conceptus *L* 25 non *erg.* participantis *L* 28 omnia, (1) *〈seū〉 esse* (*a*) Ens quoddam (*b*)
 quoddam (*c*) tale (*d*) non Ens (2) de *L* 29 admittes. (1) M (2) De m (3) Minorem concederem, si institisses illi
 definitioni, quae (*a*) Ens (*b*) perfectionem (*c*) per perfectionem intelligit omne purum positivum (4) Minorem *L*

Minorem quoque concedere non possum, neque enim video cur necesse sit Ens perfectissimum non participare de non Ente, seu (ne in vocabulis ludamus) nihil non esse, praesertim si eam quam ex tuis verbis collegisse visus sum perfectionis definitionem sequamur, ut perfectissimum sit optimum, seu cum ratione optabilissimum.

Videor mihi nullam ex tuis rationibus sine responso dimisisse. Venio ad ea quae meo argumento objicis. Scripseram tibi purgari posse argumentum Cartesii a mentione perfectionis et posse reduci ad argumentum illud quod extat jam apud Scholasticos, scilicet Ens quod involvit existentiam sive Ens necessarium existit (quia Ens involvens existentiam sive Ens necessarium utique necessarium est seu necessario existit, quod autem necessarium est, seu necessario existit, id utique existit), Deus est Ens necessarium, seu ens Existentialiam 10 involvens, ergo Deus existit. Majorem probavi in parenthesi, minor probatur ex definitione Dei, supponendo scilicet concipi posse Ens necessarium, tunc enim nihil prohibebit, tale Ens appellari Deum. Respondes, hanc ratiocinationem esse particulam ratiocinationis Cartesii. Concedo nam hoc ipsum dixeram rationem Cartesii ablata inutili perfectionis mentione reduci || ad ratiocinationem veterum. Propositio qua usus sum, *Ens necessarium est necessarium*, non 15 est plane inutilis. Quemadmodum ad probandum, quod in omni triangulo aequilatero tres anguli sint aequales duobus rectis necessario argumentandum est hoc aut simili modo: Omne triangulum habet tres angulos aequales duobus rectis; triangulum aequilaterum est triangulum, ergo etc. Et tali ratiocinandi modo constant omnes subsumtiones, tametsi fatear posse omitti. Negas propositionem, *omne necessarium existit*, esse axioma. Putabam esse, sed probari facile est. 20 Nam per necessarium intelligo quod necessario existit, tale autem ni fallor existit. Res ergo huc redit: Ens necessarium habens existentiam existit (est identica). Deus est tale Ens (ex definitione Dei, modo supponatur, hunc conceptum non implicare contradictionem. Hoc enim positum utique Ens a se seu tale quod existentiam suae essentiae necessitati debet, potest appellari Deus). Ergo Deus existit. Tantum ergo probandum est tale Ens a se, non implicare. Et augeri 25 difficultatem probandi dixi ex eo quod dubitare poterit aliquis an ex essentia possit sequi existentia, sive an possit concipi existentia (actualem semper intelligo) velut portio ac species essentiae, sive ut qualitas essentialis, et an ut extensio est quaedam essentialis qualitas corporis ita existentia possit intelligi essentialis qualitas alicujus Entis, nempe Dei. Et ratio dubitandi

2 ludamus) (1) esse (2) omnia (3) nihil L 3 quam (1) dixi (2) perfectionis es (3) ex . . . perfectionis L
 8 f. (quia (1) omne (2) Ens . . . existit) erg. L 10 ens erg. L 12 nihil (1) aliud (2) prohibebit L
 16 inutilis. (1) Deinde (2) Atque non e (3) Quemadmodum L 22 Ens (1) necessarie (2) necessarium L
 22 (est identica) erg. L 23 contradictionem. (1)) Ergo Deus (a) (sub) (b) existit (2) Hoc L 24 a se seu
 erg. L 26 quod (1) non (2) dubitare L 26 f. sequi (1) perfectio (2) existentia L 28 ut (1) qualitatis
 essentialis (2) qualitas essentialis (a) sive ut (b) aut existentia (c) | et erg. | L 28 essentialis (1) qualitatis (2)
 qualitas (a) corporis | (b) hominis (c) corporis erg. | L

erat, quod essentia est possibilitas, existentia vero actus. Fateor hanc rationem dubitandi non esse firmissimam, concedo tamen illud quoque: imperfectum esse argumentum nostrum, antequam demonstretur, Ens continens existentiam vi suae essentiae, non implicare contradictionem. Quod etsi fieri posse putem, fecit tamen hactenus nemo.

5 Habes vir Cl^{me} quae hactenus in Cartesii tuoque arguento desideravi. Quae si suppleveris responso gratissimo plurimum me tibi obstrinxeris. Vale faveque.

144. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

[April 1677.] [49.145.]

Überlieferung:

10 L Konzept: LBr 171, Bl. 18. 1 Bl. 2°. 1 S.
E II, 1 (1926) N. 144.

Unser Konzept ist der erste Versuch, die 1671 abgebrochene Korrespondenz mit Conring von Hannover aus wieder aufzunehmen. Leibniz hat den Brief jedoch nicht abgefertigt, sondern stattdessen Conrings Schwiegersohn Johann Eisenhardt angeschrieben (nicht gefunden) und in diesem Brief seine Hochachtung für Conring 15 und den Wunsch nach Weiterführung der Korrespondenz geäußert. Eisenhardt antwortet am 7. Mai 1677 (I, 2 N. 245). Für unser Konzept kommt April 1677 als frühestes Datum in Frage. Conring antwortet mit N. 145.

:324

|| Ampl^{me} et Cl^{me} D^{ne}

Aliquot anni sunt, quod mihi non innotescere Tibi tantum, sed et tecum per literas commercium colere datum est, quod postea itinera mea abrupere. Nunc Germaniae redditus, 20 tibique vicinior, indignus profecto essem fortuna qua uti nescirem. Itaque ubi primum Hanoveram appuli, et delatum a Serenissimo Principe Consiliarii munus accepi, in primis illud mihi faciendum putavi, ut neque absentia neque silentio imminutum intelligeres cultum illum, quem nomini tuo ab omnibus verae eruditionis aestimatoribus deberi sentio. Quam animi mei sententiam hae literae tibi non facunde quidem, attamen ex vero, interpretabuntur. Et cum Princeps 25 etiam Bibliothecae suae curam a me geri velit, certe non negligendi mihi viri sunt, qui praeclaris monumentis rem literariam auxere, praesertim in vicino positi, et in || humanitatem effusi, qualem in te sum expertus. Gratulor autem in primis aetati tuae, quae de vigore animi nihil detraxit. Video enim novissima monumenta tua nihil illis cedere quae triginta ab hinc et

325 18 et (1) aliquod (2) tecum L 20 fortuna (1) pristina si nunc quoque (2) qua L

amplius annis adornasti. Quare avide expecto quae circa religionem te moliri ab egregio Viro, Molano nostro intellexi. Nam post tot annorum lectionem atque meditationem exquisitum aliquid a te sibi pollicentur etiam qui ab adversa stant parte. Neque illi audiendi sunt qui alienam hanc putant a Medico vel Jurisconsulto curam. Quasi vero cuiquam interdictum sit ex 5 ipsis fontibus sapere, et ubi sibi satisfacere visus est, publico prodesse velle. Quin imo hanc esse debere arbitror piis omnibus, quibus vitae genus inquisitionem permittit, maximam et novissimam sollicitudinem, ut rationem spei suae reddere possint. Qua quidem occasione unum a te desiderare audeo, fretus illa benignitate quam sum olim expertus, nimirum quae sit sententia tua, de illis demonstrationibus quae de vertice rerum, mente, et immortalitate nostrae animae feruntur. Velim enim argumentum illud coli diligentius, et exquisitis demonstrationibus 10 si fieri potest adornari. Nam quae vir ingeniosissimus Renatus Cartesius, cui in Gallia et Batavis passim fasces submiserunt erudit, publicavit, rem si quid judico non absolvunt. Ut cum probare contendit Ens perfectissimum necessario existere, quia ipsa existentia in perfectionum numero est, adeoque enti perfectissimo deesse non potest. Quae quidem ratiocinatio pro certo sumit, quandam essentiam perfectissimam intelligi posse, hoc enim posito, reliqua manifesta 15 sunt. At qui subtiliores sunt adversarii ajunt Ens perfectissimum tam implicare contradictionem quam numerum maximum. Quod si ergo hanc notionem Entis perfectissimi vel Entis necessario existentis intelligibilem esse non evicerit, nec existere Ens illud effecerit.

De caetero magno me beneficio affeceris, si quae alia publico bono moliris, mihi indicaveris: neque enim dubito quin multae praeclarae tibi in variis studiis restent meditationes, 20 quas equidem nolle perire. Inprimis optem cogitata tua circa rem medicam non intercipi, qualia multa esse non ambigo. Nam plurima haud dubie a tot annis in te aliisque observasti, et qua polles judicii acrimonia ex observatis conclusisti. Qualia vel ideo magis expetenda censeo, quod jactura in hoc studiorum genere non facile reparatur; mihi enim semper facilius visum est et JC^{los} et Theologos egregios, quam Medicos excellentes habere. Si secus feceris plurimum 25 ipsis Medicis nocebis: multi enim putabunt te eo ingenio virum vix quicquam certi quod de re medica scriberes habuisse, non tua haud dubie sed artis culpa. Sed ne modum Epistolae

5 f. imo (1) hoc esse (2) hanc esse debere L 6 vitae (1) ratio (2) genus (a) (ind) (b) inquisitionem L
 6 f. permittit, (1) novi (2) maximam | et novissimam erg. | sollicitudinem, (a) ut ipsis constet (b) ut L
 7 occasione (1) duo (2) unum L 8 expertus, (1) primum (2) nimirum L 9 illis (1) qui demonstrationes
 nobis promiserunt (2) demonstrationibus L 9 de (1) Deo et (2) vertice L 10 et (1) exquisitus quam solet
 demonstrari. (2) exquisitis L 11 si fieri potest erg. L 11 cui (1) plurimi (2) in L 14 ratiocinatio (1)
 (supponit) (2) pro L 17 Entis perfectissimi vel erg. L 26 nocebis: (1) plurimi (2) multi L 26 certi
 | praeter introductiones erg. u. gestr. | quod L

13–18 R. DESCARTES, *Meditationes de prima philosophia* V (A.T. VII, 65–69); R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, I, 14 (A.T. VIII, 1, S. 10).

excedam finiam ubi hoc unum adjecero intellexisse me ex Gallia duo paeclaras scripta mox proditura, unum Cl^{mi} Cangii *Glossarium*, alterum doctissimi viri Petri Danielis Huetii librum *de religionis christiana veritate opus amplum et exquisitum*.

145. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ

5 Helmstedt, 18. (28.) Mai 1677. [144.150.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 171, Bl. 19–20. 1 Bog. 4°. 1 1/2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
 10 k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 6, S. 280–281. 1 Bl. 4°.
 2 S. (Kriegsverlust.)
 E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 175–176 (nach K).
 E² II, 1 (1926) N. 145 (nach K).

Unser Brief wurde bewirkt durch einen Brief von Leibniz an Conrings Schwiegersohn Eisenhardt (nicht gefunden), in dem sich Leibniz – wohl im Sinne des nicht abgefertigten Konzepts N. 144 – mit Hochachtung 15 über Conring ausgesprochen und seinen Wunsch nach Wiederaufnahme der Korrespondenz mit diesem bekundet hatte. Beischluß war der über Conring vermittelte Brief von Justel an Leibniz, 17. Februar 1677 (I, 2 N. 218).

:326

|| S.P.D.

Ex literis ad Eisenhartum nostrum exaratis, Clar^{me} et Consultissime Leibnitzi, summa animi delectatione percepit, superesse tibi amicum erga me animum, et concessum ab Optimo 20 Principe locum virtute atque eruditione dignum. Utroque nomine et mihi pariter et tibi gratulor. Et vero utar ego hac commoda occasione ad amicitiam coeptam imposterum quoque sancte colendam. Epistolam, quam mitto, accepi Spira Nemetum heri demum, a necessario quodam meo et populari ex Gallia reduce. Agnosco autem manum, ni fallor, Henrici Justelli: quoniam 25 cis menses duos circiter ab eadem manu aliquid accepi. Cui pridem respondissem, nisi tuta mittendi Lutetiam commoditas mihi defuisse, et calumniis esset apud improbos obnoxium quodvis meum cum Gallis literarium commercium quamvis innocentissimum. Mitto autem simul et librum, Bibliothecae Optimi Principis inserendum: si quidem tu illum tanto loco

2 CH. DUFRESNE, SIEUR DU CANGE, *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis*, 3 Bde, Paris 1678. 3 P. D. HUET, *Demonstratio evangelica pro veritate religionis Christianae ad Serenissimum Delphinum*, Paris 1679. 22–23 necessario . . . reduce: nicht ermittelt. 27–S. 505.2 librum: wohl gemeint das von Conring unter dem Pseudonym Irenaeus Eubulus herausgegebene Buch *Pro pace perpetua Protestantibus danda consultatio Catholica*, Helmstedt 1648. Leibniz bezieht sich darauf in N. 150 und N. 151. Das Werk ist auch enthalten in H. CONRING, *De pace civili inter imperii ordines religione dissidentes perpetuo conservanda libri duo*, 2. verb. u. verm. Ausg. Helmstedt 1677.

dignum judicaveris. Lipsiae adjungitur illi index; quem mittam propediem, modo ille responderit exspectationi, hactenus enim nihil ejus vidi. Quod si existimaveris, non offensum iri Principem; mittam brevi et meum pro *Animadversione in Novenam Antonianam Apologeticum*; qui excrevit sub manu propter infinitas calumnias et improbam doctrinam Capucini cuiusdam vestri; quae omnia discutere et veritatis sanctae et boni nominis mei interest. Restant praeter propter excudendae plagulae decem; opera autem nostrae typographicae perquam lento procedunt gressu. Imperfectum opus non desiderabitur fortassis: alias et ita nunc misissem. Valetudo minus favens septuagenario mihi impedit conatus quammultos bono publico alias consecratos. Haud parum tamen recreaverit me, si pristina Optimus Princeps gratia me fuerit prosecutus: quam proinde ut mihi concilies etiam atque etiam rogo,

10

Virtutis ac doctrinae Tuae justus aestimator
Helmstadii 1677. 18 Maji.

Hermannus Conringius.

Ampliss. et Consult^{mo} Viro Gotfredo Guilelmo Leibnitz Sereniss. Principi J. Frid. D. B. et L. a Consiliis et Bibliothecis, Domino atque amico honorando.¹

146. ARNOLD ECKHARD AN LEIBNIZ

15

Rinteln, Mai 1677. [143.147.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 14–32. 8 Bog. u. 3 Bl. 2°. 36 S. Zahlreiche Anmerkungen von Leibniz' Hand, die wir in den Fußnoten wiedergeben. Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand: »Epistola Dⁿⁱ Eckardi ad me«.

20

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 144–232.

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 224–266.

E³ II, 1 (1926) N. 146.

¹ Unter der Adresse von Leibniz' Hand: Lettre de M. Conring

3 meum: H. CONRING, *Discussio eorum quae opposuit suae Animadversioni in Novenam Antonianam Hannoverae editam Dionysius Werlensis*, Helmstedt 1677. Conring kündigt hier sein Werk an, mit dem er auf DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon sive animadversio in animadversionem, quam D. Hermannus Conringius Professor Helmstadiensis in Novenam S. Antonii de Padua, anno 1675 Hannoverae editam, infelicissime attentavit. . . Cui inserta est curiosa et solida pertractatio totius materiae controversae de invocatione sanctorum*, [Hannover] 1676 reagiert. Er verschickt es wohl erst Ende Juli 1677 (vgl. N. 152). Conring hatte zuvor mit seiner Schrift *Animadversio in libellum Germanica lingua, tituloque hoc Latino praefixo: Novena S. Antonii de Padua, Hannoverae nuper editum*, Helmstedt 1675, eine kritische Haltung zu den Formen der Antoniusandacht der Kapuziner eingenommen und u.a. dadurch den Streit begonnen.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 565–600 (nach *E¹*).

Übersetzung:

NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 68–113.

- 5 Die ausführliche Argumentation unseres Briefes von Mai 1677 hat Leibniz erst nach einiger zeitlicher Verzögerung nach dem 17. Juni über Molanus erhalten, denn Eckhard kündigt ihm noch am 17. Juni in N. 147 die Überstellung unseres Briefes und den Grund für die Verzögerung an. Beide Briefe antworten auf N. 143 und werden durch N. 148 beantwortet.

:326 || Nobilissime et Amplissime Domine,

10 Quam gratae mihi fuerint literae Tuae, vel inde cognoscere poteris, quod aliis quibusdam occupationibus in praesens districtus a Reverendissimo Abbe Loccensi petii, daret mihi hanc 327 veniam, ut una atque altera angaria nihil ad ipsum scribere liceret. Sed simul ac Tuas legi, || nullam moram interponendam putavi, quin e vestigio responsionem quandam molirer. Nullum enim in omni philosophia argumentum gravius neque tractatu dignius est, quam cum de 15 existentia summi Numinis quaeritur. Et cum firmiter mihi persuasum habeam, illas rationes, quibus Cartesius Deum existere probavit, cuivis demonstrationi Mathematicae aequiparandas¹ omnique exceptione maiores esse, nulla mihi opera gravis erit, qua et Cartesii sententiam, sicubi obscurior videatur, explicare, et ad ea, quae in contrarium afferuntur, respondere possim.

Epistola Tua tres habet partes. Prima in antecessum quaedam monet: secunda continet 20 responsionem ad ea, quae pro tuenda demonstratione Cartesiana adduxi: et tertia denique eorum, quae [in] arguento Tuo, quod in locum Cartesiana demonstrationis substituis, desideravi, ventilationem exhibet. De singulis agam. Incipiam autem a secundo. Nam quid de primo sentiendum sit, postea videbitur.

In arguento Cartesiano dubia Tibi visa fuit et adhuc videtur et major et minor prosyllogismi. Majorem ostensam fore dicis, quando ostensum erit existentiam esse perfectiōne m: Minorem vero, quando ostensum erit Ens continens omnes perfectiones non implicare contradictionem. Tale enim ens nihil prohibebit appellari Deum.

Putabam satis recte utrumque me expedivisse. Sed quoniam res Tibi adhuc dubia videtur, operam dabo, ut mentem meam tam dilucide explicem, ut nihil hac in parte desiderari amplius 30 possit. Quaeritur itaque primo

¹ Hier und in allen folgenden Fußnoten Bemerkungen von Leibniz' Hand: Imo supplendum in ea est potissimum, quod etiam demonstrationi Scholasticorum simili deest, demonstrandum scilicet quod non impicit.

An et qua ratione existentia sit perfectio?

Ais, ad probandum existentiam esse perfectionem, definiendum fuisse, quid sit perfectio, quod ne nunc quidem me praestitisse putas.

At ego satis aperte mihi declarasse videor, quid nomine perfectionis intelligerem. *Perfecti vocabulum me non aliter accipere dicebam* (haec verba mea sunt) ac omnes in universum Philosophi, qui perfectum ab ente non distinguunt nisi sola ratione.² Ens enim et positivum opponitur non enti. Et quoniam ens verum et realem conceptum involvit, quem non ens non habet, praestatque aliquid esse, quam nihil esse, ideo omne ens dicitur perfectum. In quo omnes conveniunt.

Cum dico perfectum ab ente non differre nisi sola ratione, dicendum esse ais, quanam ratione differat. Et postquam responsum colligis ex ratiocinatione mea hoc modo: *Quod praestat, id est perfectius: praestat autem esse, quam non esse. Ergo esse est perfectius:* iterum || scire vis, quid hoc sit dicere praestat? An? melius seu gratius est? Fingis sine dubio Te non intelligere quid nomine perfecti intelligam, item quid hoc sit dicere praestat, ut sensa mentis meae, quae fortasse non satis clare explicui (licet aliter mihi videbatur) manifestius pandam. Ideoque morem geram, totamque rem, omnesque terminos, quibus utor, ita explicare conabor, ut ne dubitationi locus amplius relinquatur.

Non possum ulla de re judicium ferre, nisi notionem ejus, quem conceptum Philosophi vocant, habeam: neque certum judicium, nisi conceptum clarum et distinctum habeam. Quia quicquid distinete non percipitur, illud, licet menti nostrae obversetur, tamen, quid in re ipsa sit, non intelligitur. Simplices illae notiones rerum, quas in mente nostra habemus, existentiam quandam involvunt, si non actualem, saltem possibilem. Nullum enim aliud indicium habeo, quo certus esse possim, aliquid existere vel non existere, existere posse vel non existere posse, nisi illud ex notionibus rerum, quas habeo, colligam. Res enim ipsae non sunt in mea mente, sed illarum notiones. Ideoque cuius rei simplicem notionem habeo, illud aut existere aut saltem existere posse judico. Simplicem notionem voco, quae non est composita ex duabus vel pluribus notionibus sese mutuo tollentibus. Ergo quicquid nullam habere potest notionem seu positivum conceptum, illud etiam non existere posse judico. Item quicquid notionem seu conceptum contradictorium involvit, illud etiam existere nequit.

Porro omne illud, quod existit aut existere potest, ens voco. Quicquid autem neque existit, neque existere potest, non ens. Ens, reale, positivum seu ponere aliquid in re et existere posse unum idemque significant.³ Illud quod magis a non ente recedit, quam

² Perfectio mihi est quantitas seu gradus, realitatis.

³ Realitas est praedicatum positivum.

25 f. aut (1) ⟨posse⟩ existere (2) saltem existere posse K 33 mihi erg. LiK

4–9 Perfecti . . . conveniunt: vgl. S. 494.5. 11–13 Quod . . . est?: vgl. S. 499.14.

alterum, dicitur plus realitatis continere, seu plus in re ponere, quam alterum. Itaque quicquid non solum existere potest, sed etiam actu existit, plus realitatis habet eo, quod non existit, existere tamen potest.⁴ Illud enim plus a non ente recedit, quam hoc. Non ens enim duo involvit, unum, non existere: alterum, non etiam existere posse. Quod ergo tantum existere potest, non autem actu existit, illud ab una parte a non ente recedit, quatenus existere potest, ab altera parte de non ente participat, quatenus nimirum non existit. Ita triangulum existens plus realitatis habet, seu plus in re ponit, quam idem triangulum, quod existere potest, non autem existit:⁵ quia illud in utroque, nempe quod et existere potest, et existit, a non ente recedit: hoc autem ab una tantum parte recedit, nempe quatenus existere potest; || ab altera de non ente participat, scilicet 329
 10 quatenus non existit. Ita homo, qui exactam Matheseos cognitionem actu habet, hac in parte plus realitatis habet, quam is, qui nihil rerum Mathematicarum cognoscit, nosse tamen potest, vel eo etiam, qui pauciora, quam ipse novit. Et sic de ceteris. Omnem realitatem habere aliquid dicitur dupliciter, vel in certo genere rerum, vel simpliciter. Ita triangulum habens omnes realitates, quae ex essentia trianguli fluunt, uti sunt tres anguli duobus rectis 15 aequales: duo latera reliquo majora: majus latus majori angulo subtensum etc. omnes habet realitates in certo genere rerum, id est, omnes realitates, quae triangulo competit, quatenus est triangulum. Eodem modo Mathematicus habens cognitionem omnium rerum Mathematicarum, habet omnes realitates in certo genere rerum, id est, omnes realitates, quae Mathematico competit, quatenus est Mathematicus.⁶ Atque quod hoc modo omnes realitates habet, illud 20 non statim omnes realitates habet simpliciter: potest enim de cetero esse maxime non reale, vel de non ente maxime participare. Ita triangulo omnes realitates trianguli habenti innumeræ aliae realitates desunt. Eodem modo et Mathematico omnes realitates, quae in Mathematico, qua tali intelligi possunt, habenti, innumeræ itidem aliae realitates deesse possunt, ita ut in ceteris rebus vel nihil vel parum cognoscatur, et praeterea de plurimis aliis non realitatibus participet.⁷ Ens 25 simpliciter habens omnes realitates illud erit, quicquid simpliciter de non ente recedit,

⁴ Existentialia est quedam realitas.

⁵ Existens plus habet realitatis quam idem non existens. (Quaeritur an plus sit realitatis in idea seu conceptu lapidis existentis, quam in conceptu hominis non existentis.)

⁶ Differunt exempla mathematici et trianguli, quia nullum datur triangulum cui non 30 competant omnes illae realitates; ideo non video quomodo triangulum posset hoc sensu dici perfectum vel imperfectum. Secus est in mathematico.

⁷ Ita Deo etiam non competit realitates seu perfectiones Trianguli supradictae, ergo hoc sensu non haberet omnes realitates seu non esset perfectissimus.

seu quicquid nullo modo de non ente participat. Quod quale sit, et an contradictionem involvat, nunc investigamus.

Perfectum ab ente non distingui dixi, nisi sola ratione. Quod ita explico. Quicquid aliquid in re ponit, seu quicquid aut existit, aut existere potest, ens dicitur. Idem etiam dicitur perfectum. Nam si quaeras, quid sit ens? Respondeo, quod aliquid in re ponit: quid perfectum? itidem quicquid aliquid in re ponit.⁸ Distinctio autem rationis, quam hic esse dico, in eo posita est, quod dum ens concipio, illud concipio aut concipere saltem possum nulla habita ratione ejus oppositi, quod est non ens: intelligendo scilicet ens illud dici, quicquid aliquid in re ponit: seu quod est positivum et reale: seu quod existit aut existere saltem potest, nullo habito respectu ad non ens, seu ad id, quod neque existit, neque existere potest. || Quando autem idem ens ⁵ 10 330 concipio ut perfectum, concipio illud quodammodo cum respectu ad oppositum ejus, quod est non ens, comparando scilicet illud, quod existit aut existere potest, cum eo, quod neque existit, neque existere potest: illudque huic preefero.⁹ Atque hac ratione omne ens dico perfectum, non ens vero non perfectum. Itaque nunc patere puto, quo pacto ens et perfectum, cum re idem sint, cogitatione tamen distinguantur, et quaenam sit distinctio illa rationis, quam hic esse dixi. ¹⁵

Bonum dicitur dupliciter, vel in se et sua natura, vel ratione alterius. Prior acceptio est hujus loci: posterior non item. Bonum in se et sua natura a perfecto non differt, ne cogitatione quidem.¹⁰ Ergo quae de perfecto dixi, eadem de bono dicta sunt: intelligendo scilicet, quemadmodum omne ens est perfectum, et omne perfectum ens; ita etiam omne ens esse bonum, et omne bonum ens. Sed quemadmodum ens et perfectum cogitatione aliquo modo distinguuntur, ²⁰ 20 quatenus scilicet ens comparando cum ejus opposito non ente, et intelligendo ens aliquid in re ponere, contraque non ens nihil in re ponere, hac ratione ens perfectum esse dico, non ens vero non perfectum; ita eodem prorsus modo ens bonum dico: non ens vero non bonum.

Melius et perfectius idem hic est, quod plus realitatis habere, quod quid sit, jam explicatum est. Optimum et perfectissimum, quicquid omnes realitates habet, idque vel in ²⁵ certo genere rerum, vel simpliciter: quod itidem, quomodo se habeat, dictum jam est.¹¹

⁸ Satius videtur dicere perfectionem esse gradum realitatis seu essentiae; uti intentione est gradus qualitatis et potentia gradus actionis.

⁹ Conciliari facile potest cum mea explicatione, dum scilicet Ens vel res est absolutum; perfecti notio est comparativa, cum non ente, aut minori ente, quod non enti magis accedit.

¹⁰ Bonum metaphysice sumtum, et perfectum, idem.

¹¹ Imo non est satis explicatum, quomodo intelligi possit omnes realitates in unum subjectum conjungi.

Bonum ratione alterius dicitur, quod alteri est conveniens, aut saltem ita videtur. Tale est, quod est vel gratum, vel cum ratione optabile, vel utile, vel quoconque demum modo alterum alteri congruens aut commodum dici aut fingi potest. Quae acceptio a priori illa toto coelo differt, atque huc plane non pertinet. Quis enim negaret, multa existere, quae aliis non sunt convenientia, hoc est, neque grata, neque cum ratione optabilia, neque utilia etiam, vel alio modo commoda aut congruentia, quae tamen sunt vera entia. Ergo cum omne ens bonum dicitur, sumitur vocabulum boni priori sensu. Nam in posteriori acceptance multa entia sunt non bona, quatenus scilicet alia aliis non sunt convenientia.

331 Quaeritur jam, an existentia sit perfectio? Omnino. Primo existentia possibilis || est perfectio, quia ab ente possibili non differt.¹² Deinde existentia actualis est perfectio, quia ab ente actuali etiam non differt. Denique existentia actualis perfectior est possibili: quia ens actuale perfectius est possibili. Quae omnia jam sunt explicata.

Postquam sententiam meam ita exposui, ad ea, quae in contrarium allata a Te sunt, jam respondere conabor. Et ne quid hac in parte praetermittam, omnia, quae dicis, verbotenus 15 citabo.

1. *Ad probandum existentiam esse perfectionem, definiendum erat, quid sit perfectio, quod, ni fallor, ne nunc quidem praestitisti.*

At ego mihi id abunde praestitisse videor dicendo, me perfectum ab ente non distinguere, et quae sequuntur. Ergo cum ens esse dicebam, quod est positivum et reale, 20 idem dicebam esse perfectum. Sed quicquid sit, si obscurior fortasse fui, quam par erat, nunc mentem meam satis dilucide me explicasse arbitror.

2. *Ais, perfectum ab ente non differre, nisi ratione; dicendum ergo erat, quanam ratione differret?*

Ad quaestionem ipsem satis bene respondeas.

25 3. *Nisi id velis ex tua ratiocinatione colligi hoc modo: Quod praestat, id est perfectius: praestat autem esse, quam non esse, ergo esse est perfectius.*

Omnino recte colligis.

4. *Sed vellem scire, quid hoc sit dicere praestat?*

Illud clarum esse putabam: sed si id non fuit, mens mea jam clara erit ex iis, quae de bono, 30 meliori, optimo, de perfecto, perfectiori, perfectissimo modo disserui.

¹² Quando de existentia loquor, loquor de actuali, opponitur enim essentiae, seu possibilitati existendi.

2 vel utile, erg. K

15 quae dicis, verbotenus citabo: Zu den 11 im folgenden angeführten Punkten vgl. N. 143, S. 499.12–S. 500.9.

5. An quod melius, seu gratius est?

Omnino quod est melius: sumta hac voce in eo sensu, quo bonum aliquid in se et sua natura dicitur. Quod quid sit, jam explicui. Quod est gratius? Minime. Nam gratum esse pertinet ad illud bonorum genus, quod ratione alterius tale dicitur: quodque huc non pertinere dixi.

6. Sed tunc concedo, quod dixisti, de illis tantum, quorum existentiam alia bona comitantur, quidam enim tot malis obruuntur, ut non esse malint, quam sic esse, non ergo esse, sed bene esse perfectio erit, hoc quidem sensu.

Hoc totum non est contra me. Mihi enim melius esse non idem est, quod esse gratius, sed quod habet plus realitatis, quam alterum, seu quod magis a non ente, quam alterum recedit. Illud tantum ex occasione hic moneo, qui non existere, quam existere malint, his || existentiam 10 332 ingrata non esse, sed non-existentiam, quam in se agnoscent. Hoc est, quoniam intelligunt, illam entitatem, illud positivum et reale, quod habent, tam tenue esse, tam modicum, tamque exiguum, ut multo plus de non ente, quam ente participet, ideo malunt illud, quicquid habent entitatis, amittere, quam illud tot imperfectionibus, id est, non entibus admixtum possidere.¹³ Ceterum si perfectiones, id est, entitates illae, quibus se destitutos adhuc agnoscent, et quas 15 vehementer desiderant, ipsis contingerent, nemo esset, qui se existere non mallet quam non existere.¹⁴ Est autem non-entitas illa, ob quam quidam non existere, quam existere malunt, infirmitas potentiae voluntati nostrae adjunctae. Sicut mox explicabitur, ubi de dolore agetur.

7. Nisi illud tuum praestat aliter explices.

Id ego jam feci. Praestat enim, quod est melius et perfectius. Quod quid sit, patet ex dictis. 20

8. Cum in colloquio videreris dicere id perfectum, quod sit pure positivum (Hic omnino intelligis, quomodo vocem perfecti acceptam velim. Ideoque cum vocabulum perfecti in tota tua epistola in alio sensu semper usurpaveris, hunc vero sensum prorsus omiseris, dixi te fingere, quasi id non intelligas, ut me clarius explicarem) *objeci exemplum doloris, qui non magis est privatio voluptatis, quam voluptas doloris.*

Si accurate loqui velimus, utendo scilicet terminis, quemadmodum communiter iis utuntur Philosophi, neque voluptas doloris, neque hic illius privatio recte dicetur, non magis quam homo caecus hominis videntis, aut hic illius privatio dici potest.¹⁵ Privatio enim semper est non

¹³ Imo non tam privatio quarundam realitatum, quam positio realitatum ingratarum, nempe dolorum ejus rei causa est. 30

¹⁴ Metaphysico illo sensu perfectionis, plus est perfectionis in dolente quam in homine neque dolente, neque gaudente, sed stupente aut indifferente.

¹⁵ Caecitatem etiam vulgo appellare solent privationem. Non videtur se habere dolor ad voluptatem, ut caecitas ad visum seu ut tenebrae ad lucem, sed ut color unus ad alium.

15 adhuc *erg. K*

31 illo *erg. LiK*

31 f. homine *erg. LiK*

33 etiam *erg. LiK*

ens, atque a pura negatione non differt, nisi quatenus habitudinem involvit ad subjectum capax. Voluptas vero et dolor sunt res positivae: licet dolor aliquid seu privationis seu negationis, non minus quam homo caecus importet.

9. *Respondes in tua epistola: dolor est perfectio, quatenus sensum et cogitationem involvit, quia melius et perfectius est cogitare, quam non cogitare, sed est imperfectio, quatenus involvit negationem alicujus rei, quam si haberemus, melius nobis futurum esset, quam nunc est, cum dolemus. Cur melius? nisi quia gratius, Optime: Concedo ergo hoc sensu dolorem non esse perfectionem, sed non video, cur existentia sit perfectio.*

333 || Dolor imperfectio est, non solum, quia ingratus est, sed etiam quia negationem alicujus rei involvit, sine qua negatione ne quidem ingratus esset. Quod ita explico. In dolore duo insunt: primo sensus aliquis seu cogitatio. Nemo enim dolet, aut animo aegro est, quin sentiat et cogitet. Qui sensus seu cogitatio si in se consideretur, praecisa illa acerbitate seu amaritudine, quam dolor involvit, perfectionem involvit: quia est ens aliquod reale ac positivum: Ergo et perfectum, sicut explicatum jam est. Deinde dolor involvit praesentiam alicujus rei, quam nolumus, aut absentiam rei, quam volumus.¹⁶ Atque hoc modo negationem involvit, adeoque imperfectus est. Quaeres, quam negationem? Dicam. Imbecillitatem potentiae voluntati nostrae adjunctae. Si enim omnia, quae volumus, possemus, nunquam doleremus. Sed cum voluntas nostra latissime pateat, potentia autem eidem adjuncta valde infirma sit et imbecillis, ita ut ea, quae volumus, adducere, et quae nolumus, abigere semper non possimus, ideo mens nostra hujus imbecillitatis sibi conscientia dolet.¹⁷ Patet ergo, quo pacto dolor de non ente participet, seu quo pacto acerbitas seu amaritudo doloris a non ente pendeat. Non mirum itaque, quod dolor ea ratione sit imperfectio. Vidimus etiam, cur existentia sit perfectio. Neque hic ullam difficultatem esse arbitror.

¹⁶ Eodem modo dolor involvit praesentiam rei quam odimus, quod est positivum; aut absentiam rei quam non odimus, quod est etiam positivum, quia duae negationes praesentiae et odii faciunt aliquid quodammodo positivum.

¹⁷ Optime haec dicuntur, et verum est conscientiam imbecillitatis efficere dolorem, non tamen omnem, quod sic ostendo: dolemus quod experimur imbecillitatem, hanc experimur, quia non possumus abigere quod abigere volumus. Cur vero abigere volumus? Quia jam tum id nobis est ingratum. Ideo ingratum aliquid sentimus (seu dolemus) antequam abigere conemur, ac proinde antequam imbecillitatis experimentum capiamus. Vera intima ratio doloris videatur consistere in sensu alicujus rei confusae ac perturbatae, ac harmonia carentis. Harmonia autem est unitas in multitudine; ut si vibrationes duorum pendulorum inter se ad quintum quemlibet ictum consentiant.

2 aliquid | seu erg. | K 24 quod est positivum; erg. LiK 27 dicuntur, (1) videtur (2) et LiK 33 ad (1) tertium | (2) decimum (3) quintum erg. | LiK

10. *Unum tamen videtur pro te responderi posse. Nempe id censendum esse perfectius, quod per se et ceteris extra ipsum paribus melius ac perfectius est. Talis autem videtur utique existentia, tametsi enim dubium sit annon sit melius non existere, quam in summa infelicitate existere, fatendum est tamen melius esse existere in statu indifferenti felicitatis atque infelicitatis expertise (si quidem in eo, qui optandi capax est, talis fangi potest) quam non existere. Melius autem interpretor cum ratione optabilius. Nisi id aliter explicare malis, quo casu mihi circumspiciendum erit denuo, an tunc quoque concedendum sit, quod nunc concedo quodammodo, existentiam esse perfectionem.*

|| Vocabula bonum et melius et hic et semper sumis in eo sensu, quo aliquid dicitur bonum vel melius alteri. Qua ratione sine dubio saepe melius est quaedam entia non existere, quam existere. Quod ego non nego. Quo sensu autem bonum et perfectum, melius et perfectius, optimum et perfectissimum hic accipiendum sit, nempe in sensu, qui a Tuo maxime sit diversus, saepius jam monui. Sed vide quaeso, quanta sit vis evidentis veritatis. Dum enim mihi vis contradicere, eo redis, ut idem, quod ego aut dicas, aut dicere necesse habeas.¹⁸ Fateris melius esse existere in statu indifferenti felicitatis atque infelicitatis expertise, quam non existere, hoc est, si consideretur existentia praecise, non considerato an id, quod existit, felix sit vel infelix, melius esse existere, quam non existere. Quaero cur id sit melius? Respondes, quia id est cum ratione optabilius. Recte.¹⁹ Sed iterum quaero: cur id sit cum ratione optabilius? Hic aut taceas, nullamque rationem reddere te posse fatearis, aut idem, quod ego, dicas oportet, nempe existentiam in se et praecise consideratam ideo esse cum ratione optabiliorem non-existentia, quia omne positivum in se et sua natura bonum est, non positivum vero non bonum:²⁰ ut adeo in se et sua natura, nullo habito respectu ad voluntatem nostram, quae optat aut non optat, melius sit ponere aliquid in re, quam non ponere.²¹ Hoc autem est, quod ego bonum hic voco, nempe quod in se et sua natura est tale, non quod alteri est conveniens.²² Ergo cum hac ratione concedis quodammodo, existentiam esse perfectionem, hoc ipsum, quod ego volo, quodammodo concedis.

¹⁸ Tantum abest ut hoc mihi contradicere volenti extortum sit invito, ut contra potius professus sim me hoc argumentum in favorem contrariae partis afferre.

¹⁹ Hic ipse abit a priore definitione boni metaphysica, et morali utitur, contra quam erat professus.

30

²⁰ Imo ratio est, quod existentia ipsa per se jucunda est.

²¹ Hic manifeste miscentur duae definitiones Boni, quae supra anxie sunt distinctae.

²² Si optabilius (hoc enim tantum concessi) ergo erit alteri (optanti) conveniens.

11. Non puto tamen²³ lapidibus ex. gr. esse melius, quod existunt, sed nobis ob eorum usum: feles existere ipsis felibus apud Cartesianos indifferens esse debet, nobis id est melius, at muribus, si boni malique capaces fingamus, pejus. Cervos existere ipsis indifferens apud vos, Dominis melius, rusticis pejus, quam si non existerent. Videtur ergo existentia non esse per se melior non-existentia.

Iterum τὸ bonum et melius sumis in alio sensu, quam ego, nempe pro eo, quod alteri bonum est, seu melius. Qua in re Tibi plane non repugno. At omnes Metaphysici vocabulum boni, quando omne ens bonum esse dicunt, in sensu a Tuō longe diversissimo, et eo quidem, || quem saepius dixi, adhibent. Quod concludis existentiam non esse per se meliorem non-existentiam, hoc ex praemissis inferri non posse arbitror, sed illud solum: Ergo videtur uni rei saepe melius esse, aliam rem, a qua damno et incommode afficitur, non existere, quam existere:²⁴ quemadmodum rusticis scilicet melius esset, cervos non existere, quam existere. Quod nemo negat. Eadem ratio est ceterorum exemplorum. Et cogita amabo, quam ratio Tua id, quod vis, plane non concludat. Quia enim muribus malum est feles existere, et rusticis cervos, inde inferri posse putas: Ergo existentia per se non est melior non-existentia. Quare ergo non eadem ratione ex eo, quod hominibus feles existere bonum est, et Dominis cervos, contrarium infers: Ergo existentia per se melior est non-existentia. Nam si unum sequitur, sequitur et alterum.²⁵

Atque ita satis superque jam explicatum esse arbitror, an et qua ratione existentia sit perfectio. Venio ad alterum visurus

20 Utrum ens perfectissimum implicet contradictionem?

Argumentum meum, quo probavi ens perfectissimum contradictionem non involvere, recte redigis in syllogismos. Dubitas autem de majore et minore prosyllogismi, itaque explicas Tuam sententiam:

Conceptus entis non participantis de non ente duo involvit, unum esse, alterum nihil non esse seu omnia esse, quare non possum concedere eum esse simplicissimum, compositus enim est ex his duobus; quae an sint compatibilia, magna quaestio est. Impossibile enim videtur dari ens, quod sit omnia, de tali enim ente dici poterit, illud esse Te, item illud esse Me, quod puto non admittes.

²³ Haec addidi ut ostenderem existentiam bonum aliquod esse tantum cogitanti.

²⁴ Per se meliorem intelligo, id est per se cum ratione optabiliorem, non video autem quomodo lapidi optabilis sit existentia.

²⁵ Ratiocinatio mea petita fuit ex natura optabilitatis; optabilem autem existentiam suam alteramque esse non nisi intelligenti, et modo majoribus malis non compensetur. Cessante autem compensatione, et posito statu indifferenti, optabilius erit intelligenti existere quam non existere, sed non lapidi. Ergo existentia per se non est res optabilis, sed ejus sensus.

29 existentiam | per se gestr. | bonum LiK 32 mea | non ex eo gestr. | petita fuit |, sed gestr. | ex LiK

24–28 Conceptus . . . admittes: vgl. S. 500.25.

Si talis esset conceptus Entis perfectissimi, qualem Tu hic facis, ille non solum esset compositus, sed ita etiam compositus, ut magis compositus esse non posset, innumeraque contineret se invicem tollentia. Vis enim conceptum Entis perfectissimi primo involvere τὸ esse, deinde etiam τὸ nihil non esse seu esse omnia illudque esse omnia seu nihil non esse explicas per aggregationem seu accumulationem omnium entium, quae sunt, quaeque esse possunt. Ita ut ens perfectissimum compositum sit ex omnibus entibus, quae sunt, quaeque cogitantur. Qua ratione ens perfectissimum simul erit substantia et accidentis, erit ab alio || dependens et a se ipso existens, erit extensem seu corpus et non extensem seu cogitans, erit vivens et non vivens, erit homo et brutum, erit equus, erit leo, erit canis etc. erit Petrus, erit Paulus, erit Tu, erit ego, et sic de ceteris.²⁶ Omnia enim, quae recensui, entia sunt, et innumera ⁵ alia, quae nec ego, nec quisquam alius recensere unquam poterit: sunt enim indefinita. Quae omnia si ens perfectissimum esse debet, quis tam hebes est, quin videat talem conceptum involvere contradictionem. At ego longe alium conceptum entis perfectissimi mox dabo. Pergis:

Minorem quoque concedere non possum, neque enim video, cur necesse sit Ens perfectissimum non participare de non ente, seu, ne in vocabulis ludamus, nihil non esse, praesertim si eam, quam ex Tuis verbis collegisse visus sum, perfectionis definitionem sequamur, ut perfectissimum sit optimum seu cum ratione optabilissimum.

Perfectum et bonum ut ego id intelligo, non est, quod est cum ratione optabile, sed quod ponit aliquid in re. Quod certe ex se et sua natura praeferendum est ei, quod nihil in re ²⁰ ponit. Perfectissimum simpliciter et optimum simpliciter mihi non est, quod est cum ratione optabilissimum, sed quod ita est ens, ut plane recedat a non ente, seu ut nihil non entis participet, seu etiam ut omnia in re ponat. Quid autem per ens omnia in re ponens, seu omnino recedens a non ente, seu nihil non entis participans intelligam, jam conabor explicare.

Et quidem ad probandum ens simpliciter perfectissimum, quale descripsi, non involvere ²⁵ contradictionem, duo perficienda mihi sunt. Primo dandus est conceptus alicujus rei tam simplex tamque plane ex pluribus conceptibus sese invicem tollentibus non compositus, ut illum nullo modo contradictionem involvere ipsem fateri necesse habeas. Deinde demonstrandum in conceptu illo, quem dabo, etiamsi sit simplicissimus, nihil tamen realitatis non contineri, seu rem illam, cuius est iste conceptus, continere quicquid est realitatis vel actualis ³⁰ vel possibilis.²⁷ Haec duo si obtinuero et perfecero, illud mihi concedas necesse est, ens illud

²⁶ Scilicet quoad diversas essentiae suaes partes.

²⁷ Quicquid omnes continet realitates, id omnia continet attributa, sive proprietates trianguli, circuli, mentis, etc. id enim supra appellavimus realitates.

15–18 *Minorem . . . optabilissimum*: vgl. S. 501.1.

simpliciter perfectissimum, quod Deum voco, existere. Plura enim a me non exegisti, quam ut probem existentiam esse perfectionem, et ens perfectissimum non involvere contradictionem. Quaeritur ergo primo

Quid et quale, seu de quo genere sit illud ens, quod simpliciter perfectissimum voco?

Quicquid de rebus ipsis scio aut cognosco, hoc vi notionum seu conceptum, quos de rebus istis habeo, me cognoscere jam supra dixi. Itaque cum omne id, quod reale et positivum conceptum involvit, ens esse judicem, distinguendi sunt hi conceptus mei, et in certas || classes certaque genera redigendi. Itaque quicquid concipio, illud vel respectum involvit ad aliquid, in 5 quo existat, in quo sustentetur, quodque afficiat: vel nullum respectum involvens ad aliud, quod afficiat et in quo sustentetur, per se existit. Illud attributum, hoc substantiam voco. Ex. gr. extensio in longum latum et profundum, omniaque illa, quae ex extensione fluunt, ut sunt divisibilitas in partes, partium figura, situs, motus et si quae sunt his similia non cogitantur sine re extensa, in qua tanquam in sustentaculo aliquo existant, quamque afficiant (Nihili enim nulla 10 cogitantur attributa): ipsa vero res extensa in longum, latum et profundum nullam amplius rem respicit, in qua tanquam in sustentaculo aliquo existat, quamque afficiat. Itaque res extensa in longum, latum et profundum substantia est: ipsa vero extensio, omniaque illa, quae ex extensione fluunt, attributa substantiae extensae. Eodem modo cogitatio omnesque cogitandi modi, 15 quales sunt percipere, affirmare, negare, velle, nolle etc. non cogitantur sine re cogitante, quam afficiant, in qua existant et a qua sustententur. Ipsa vero res cogitans concipitur ut per se existens. Erit itaque res cogitans substantia, cuius attributa sunt cogitatio omnesque cogitandi modi.

Porro si nihil dicere velimus, nisi quod clare et distincte intelligamus, duarum substantiarum conceptus tantum habemus: unius, quae extensa sit in longum, latum et profundum: 20 alterius, quae cogitet. Illam corpus seu materiam: hanc mentem seu spiritum appello.²⁸ Nam cum omnes substantiam dividant in duas species: spiritum et corpus; si vera est ista distinctio, substantia cogitans spiritus erit; extensa vero corpus. Plures enim substantiae sub cogitationem²⁹ non cadunt: quia nemo unquam plura concipiet attributorum genera, quam duo, quorum illa dependent ab extensione; haec vero a cogitatione.

Substantia extensa a substantia cogitante realiter differt.³⁰ Quia substantiam extensam cum omnibus suis attributis ab una, et substantiam cogitantem cum omnibus suis attributis ab altera

²⁸ Tametsi nullae aliae substantiae nobis sint cognitae, non tamen hinc sequitur nullas alias esse.

²⁹ Potius: sub experientiam, quemadmodum colores a caeco non cogitantur.

³⁰ Nondum demonstratum est a Cartesio extensionem et cogitationem non posse esse qualitates ejusdem substantiae.

parte dum considero, clare et distincte intelligo me hanc percipere posse, non percepta vel etiam plane negata illa, et contra.³¹ Jam vero quaecunque substantia clare et || distincte percipi potest, non percepta, vel etiam negata altera: illa etiam realiter ab altera differt. Non enim ullum est evidens signum, quo certus esse possim, unam substantiam non esse aliam, nisi hoc, quod una clare et distincte intelligi possit sine altera. Imo nec aliud signum esse potest aut debet. Nam de rebus aliter judicare non possumus, nisi quatenus eas clare et distincte percipimus. Res enim ipsae, ut dixi, in mente nostra non existunt, sed earum notiones et perceptiones. Unum autem est principium generale, quo omnis certitudo judiciorum nostrorum nitatur, nempe hoc, quod omne id, quod clare et distincte percipimus, a parte rei tale sit, quale illud percipimus. Quod principium si tollas, tollitur omnis certitudo, tollitur omnis cognitio. Jam argumentor: Quicquid clare et distincte percipimus, illud a parte rei tale est, quale illud percipimus. At clare et distincte percipimus substantiam cogitantem sine extensa, et contra. Ergo substantia cogitans a parte rei erit sine extensa, et contra.³² Ergo realiter distinguuntur. Nam esse a parte rei sine alio est realiter distingui. Haec de materia³³ et mente, nunc ad alia.

Attendendo ad simplices illas notiones, quas in mente esse dixi, intelligo, habere me clarum et distinctum conceptum³⁴ ejus, quod a se est, seu a se existit, non minus, quam ejus, quod est seu existit ab alio. Clarum voco conceptum, qui menti meae attenti intime praesens est apertus: distinctum, in quo nihil est, quod non sit clarum, seu quod perfecte non intelligam.³⁵ Quemadmodum conceptus circuli clarus est et distinctus. Clarus, quia

³¹ Ego clare et distincte percipio cogitationem et extensionem a se invicem differre, sed nondum clare et distincte percipio alteram qualitatem sine altera. Nam omnis cogitatio est alicujus cogitatio; objectum autem cogitationis extensionem involvere videtur. Nam et cum me ipsum cogito, cogito simul de aliqua mea actione particulari, et cum cogito me cogitare, cogito simul quid cogitarim, in quo semper extensio involvitur. Si vero percipi distincte posset cogitatio, sine ulla consideratione extensionis, tunc sequeretur, eorum alterum sine altero esse posse. Forte ergo dicendum est, differre quidem, ut centrum et circumferentia in circulo, sed non ideo separari posse, quemadmodum circulus sine utroque esse non potest. Haec tantum abest, ut pugnant cum immortalitate, ut eam potius confirment ac demonstrent.

³² Nego minorem.

³³ Videtur materia aliud quid continere quam extensionem.

³⁴ Videtur mihi nos saepe nimium nobis indulgere dum affirmamus aliquid a nobis clare distincteque intelligi.

³⁵ Probo definitionem distincti, ut distinctum sit cuius omnes partes sunt clarae, sed melius ni fallor explicandum est, quid sit clarum; et vereor ne res redeat ad testimonium

3 altera: (1) illae etiam realiter inter se distinguuntur. (2) illa . . . differt K 24 vero (1) cogitari | (2) percipi erg. | LiK 27 sine (1) alterutro (2) ut (3) utroque LiK 31 saepe erg. LiK 33 f. sed (1) prius e (2) melius LiK

menti attendenti intime praesens est apertus: distinctus, quia nihil non clarum continet, seu quia omne id, quod continet perfecte intelligo. Quid enim est circulus, nisi figura rotunda || habens punctum a quo omnes ad peripheriam ductae lineae sunt aequales. Quid in hoc conceptu est, quod non sit clarum, seu quod, quid sit, perfecte non intelligatur? Eodem modo quid hoc est a se esse vel existere? A se esse vel existere dico, quicquid semetipsum vi sua, seu sua sponte ad omne id, cuius capax est, determinat, vel quod idem est, quicquid citra ullius alterius rei concursum a semetipso et per semetipsum ad omne id, cuius capax est, fertur et tendit: hoc est, quod est pure activum, seu actus purus, quemadmodum Metaphysici id vocant.³⁶ Hic conceptus non solum clarus est, seu menti attendenti praesens et apertus, sed etiam distinctus, hoc est, nihil non clarum continet, seu nihil habet, quod, quid sit, non intelligam.³⁷ Esse enim seu existere a se duo dicit: unum est, semetipsum ad omne, cuius capax est, determinare, seu a semetipso et per semetipsum ad omne cuius capax est tendere et ferri:³⁸ alterum,³⁹ sua vi, sua sponte, id est, citra alterius rei concursum ita tendere, sese ferre et determinare. Esse ergo seu existere ab alio dicitur duobus modis: primo, quod semetipsum ad id cuius capax est non determinat, seu, quod a semetipso et per semetipsum in nullam rem fertur et tendit, sed omnes suas determinationes simpliciter ab alio habet: id quod Metaphysici potentiam pure passivam vocant. Nullus enim alias conceptus est τοῦ agere, quam semetipsum in rem aliquam ferre, seu semetipsum ad aliquid determinare:⁴⁰ neque alias conceptus τοῦ pati, quam a

spiritus internum, ut in theologicis. Praeterea Cartesius dicit se colores clare percipere sed non distinete. Omnis conceptus menti intime praesens est. Sed quid hoc est: esse menti apertum? est explicare metaphoram clari, per metaphoram aperti.

³⁶ A se esse vulgo sic definiunt, cuius existentia sequitur ex ejus [essentia], seu quod suae naturae necessitate existit. Hic vero sine necessitate alia quaedam ad istam notionem adduntur nimirum ut tale Ens non tantum existentiae suae, sed aliorum omnium quae ipsi contingent unquam, causa sit. Quae notio utique magis composita est quam prior, ac proinde dici non potest esse simplicem. Praeterea Theologi talem non concipiunt Deum, ut ex eo patet, quod Deus non est causa peccati, ideo nec causa eorum quae ipsi occasione peccatorum contingunt, ex. gr. formatio decreti aeternae damnationis; ad quod se Deus non ex sua absolute natura determinat, sed determinatur ab homine gratiam accipiente aut rejiciente.

³⁷ Non sequitur: omnes partes intelligo, ergo et totum, seu earum unionem. Ut cum dico: velocitas maxima, clare distinque intelligo quid sit velocitas, item, quid sit maximum, non tamen intelligo perfecte ex hoc solo an velocitas maxima sit possibilis an non.

³⁸ Haec notio non est simplex.

³⁹ Imo haec duo idem sunt.

22 cuius (1) essentia sequitur ex existentia (2) existentia sequitur ex ejus | existentia *ändert* Hrsg. | LiK
24 tantum | suae *versehentlich nicht gestr.* | existentiae suae LiK 29 sed (1) ex consideratione (2) deter-
minatur LiK

19 f. Cartesius . . . distinete: vgl. DESCARTES, *Principia philosophiae*, I, 66–70 (A.T. VIII, 1, S. 32–35).

semetipso in nullam rem tendere et || ferri, sed determinationes suas ab alio accipere. Altero modo ab alio est, quod semet ipsum quidem determinat, seu a semet ipso et per semet ipsum in aliquam rem fertur et tendit: non tamen sua sponte,⁴¹ sua vi, sed vi ab alio accepta, seu cum concursu alterius. Atque ita quid sit esse a se, esse ab alio non minus distinete intelligitur, quam figura circularis: uti attendenti manifestissimum erit.⁴² Et ut tota res eo manifestior fiat, consideremus modo, ab omnibus Philosophis dividi ens in id, quod a se est, et quod est ab alio: dumque Deum quaerunt, quaerunt ens aliquod, quod sit a se. Aut ergo nihil intelligent, dum dicunt ens a se, item ens ab alio, aut voces hae vim aliquam habent seu notionem sibi subjectam.⁴³ Illud nemo affirmaverit, nisi hoc ipso concedere velit, sese efferendo has voces esse a se, esse ab alio non aliter loqui, quam picas aut psittacos, si illi easdem voces pronuntiantur. Quod, credo, nemo dicet. Et quis tam durus erit, ut infinitas eat sese scire, quid sit esse ab alio. Sed qui scit, quid sit esse ab alio, eum etiam novisse oportet, quid sit esse a se. Unum enim sine altero intelligi nequit.⁴⁴

Porro esse a se et esse ab alio sunt notiones simplices seu nullam contradictionem involventes. Contradictionem involvere dixi, quando duae vel plures notiones simplices combinantur, quarum una alteram tollit, ut quadratum triangulare. Quadratum enim est figura quadrilatera, triangulum trilatera: adeoque non quadrilatera. Quadratum ergo trilaterum est quadrilaterum non quadrilaterum. At esse a se est semet ipsum vi sua, seu sua sponte ad omne id cuius capax est determinare. Semet ipsum determinare, hoc est, a semet ipso vel per semet ipsum in aliquam rem tendere et ferri, non involvit contradictionem: hoc enim quotidie in

⁴⁰ Haec actionis definitio videtur tantum convenire actioni illi quam vocant emanationis, quae tamen nescio an proprie loquendo sit actio, qua scilicet qualitates fluunt ex forma, seu proprietates ex essentia. Sed id omne quod vulgo actionem appellamus, involvit praeterea mutationem saltem in paciente.

⁴¹ Si semet ipsum determinat, faciet sua sponte. Aut ego non intelligo, quid sit determinare seipsum.

⁴² Ostendi jam exemplo maxima velocitatis non statim aliquam notionem distinete intelligi, licet omnes ejus partes distinete intelligentur, quia opus est ut praeterea distinete intelligatur earum unio.

⁴³ Repono exemplum maxima velocitatis, quod statim in primo colloquio objeci. Philosophi intelligunt aliquid cum dicunt Ens a se, sed confuse.

⁴⁴ Si haec sufficienter intelligerem, cessaret omnis inter nos quaestio. Talia ut dixi intelligimus confuse, quare redivimus hic in eum locum ubi eramus ab initio collationum nostrarum.

15 quando (1) duo conceptus (2) duae K 23 quod (1) in rebus (2) vulgo LiK 30 f. Philosophi
erg. LiK 33 initio (1) disputationis (2) collationum LiK

30 in primo colloquio: vgl. S. 487.9.

341 volitionibus nostris experimur.⁴⁵ Quid enim est velle? quam se determinare ad || alterutrum oppositorum, atque ita in certam rem tendere et ferri. At vi sua seu sua sponte, id est nulla alia re concurrente sese agere, ferre et determinare quid est, nisi hoc, nihil habere non activum, seu nihil participare, quod τῷ agere seque determinare, hoc est, quod sibi ipsi sit contrarium.⁴⁶

5 Quicquid enim cum alterius concursu sese agit, fert et determinat, illud participat et ab activo et a passivo. Ab activo quidem, quatenus semetipsum agit, fert, et determinat: a passivo, quatenus alio concurrente id facit, seu quatenus sine alterius concursu sese ferre et determinare nequit: atque ita certa ratione, nempe quatenus ab alio aliiquid accipit, ab altero fertur et determinatur. Ut adeo, si hic contradicatio metuenda esset, illa esset in notione illa, qua aliiquid ab alio esse

10 percipitur. Sed non est. Potest enim aliiquid activum et passivum esse, sed diversa consideratione. Quemadmodum aliquis diverso respectu doctus et indoctus esse potest. Doctus, quatenus ex. gr. Mathesin novit, indoctus, quatenus reliquas scientias ignorat. Hoc tamen evidens esse puto, multo simpliciorem esse conceptum τοῦ esse a se, quam τοῦ esse ab alio. Qui enim conceptus nihil de suo opposito participat, ille sine dubio simplicior est illo, qui certa ratione

15 etiam aliiquid de suo opposito habet.⁴⁷ Simplicissimus itaque est conceptus τοῦ esse a se: quia τῷ agere seu sese determinare oppositum est τὸ non agere seu non sese determinare. Adeoque quicquid ita agit seque determinat, ut nihil sit non agens seu non determinans, illud est simplicissimum.⁴⁸ Quibus ita explicatis ulterius progredior.

⁴⁵ Magna dubitatio est an nos a nobis, et an non potius a speciebus impressis, id est ab externo ad volendum determinemur. Deinde etsi experimentum aliquod haberem determinations spontaneae, non tamen ideo ejus naturam intelligo, nisi confuse, ut albedinis. Et etsi satis ipsam intelligerem nondum tamen demonstratum haberem, dari posse maximam Spontaneitatem, seu Ens se determinans ad omnia, quemadmodum cognita velocitatis natura, non inde probatum habemus dari posse maximam velocitatem.

⁴⁶ Idem est de Velocissimo, nam summa velocitas est, quae nullo modo de quiete participat, sed ab ea maxime recedit, neque quicquam fingi potest cuius respectu quiescere aut tardius ire intelligatur. Quemadmodum ergo non sequitur velocitatem summam esse possibilem, ita nec sequitur actum purum seu summam spontaneitatem esse possibilem.

⁴⁷ Eodem modo simplicior conceptus velocissimi, quam velocitatis tarditati oppositae mixtae.

⁴⁸ Dubito an notio agentis sine passione, sit simplicior quam agentis cum passione. Nam cum cogitamus agens sine passione, non tantum in eo concipimus haec duo, 1.) actionem, 2.) passionis negationem (nam si nihil aliud intelligeremus in eo fatendum esset, esse simplicius)

10 diversa (1) ratione (2) consideratione *K* 22 posse *erg. LiK* 24 posse *erg. LiK* 28 actum
purum seu *erg. LiK* 31 an (1) agens (2) notio agentis *LiK*

Esse seu existere a se verum et positivum eumque non contradictorium conceptum || involvit (ex probatis).⁴⁹ Ergo est verum et reale attributum. Quicquid enim positivum et simplicem conceptum habet, illud est ens (est axioma): et quod respicit aliquam rem, in qua sustentetur, quamque afficiat, est attributum (ex defin.). Et cum omne attributum sit alicujus substantiae attributum (ex demonstr.) esse seu existere [a se] erit attributum vel substantiae in communi, vel substantiae alicujus in particulari.⁵⁰ Non est attributum substantiae in communi: quia quod attributum negari potest, non negato simul attributo primario substantiae in communi: illud ad substantiam in communi non pertinet (est axioma). Tale est existere a se. Probo: Substantia est res per se existens, seu quae in alio non sustentatur. Talis autem esse potest, quae semetipsam vel nullo modo determinat ad id cuius est capax, adeoque est pure passiva: vel, si semetipsam determinat, non tamen vi sua seu sua sponte, sed cum alterius concursu id facit. Quod, credo, non negabis, nisi simul negare velis, scire te quid sit hoc, esse ab alio. Ergo esse a se non est attributum substantiae in communi. Pertinebit ergo ad substantiam quandam in particulari: hoc est vel ad mentem, vel ad materiam.⁵¹ Et si ad mentem, hoc est, si mens quaedam a se esse potest, nullum corpus esse poterit a se. Sin ad corpus: nulla mens a se esse poterit. Nam si utrique corpori scilicet et menti convenire posset τὸ a se existere, esset attributum substantiae in communi. Quod enim competit omnibus speciebus, hoc etiam competit generi. Non autem competit generi seu substantiae in communi esse a se (ex demonstr.). Pertinebit itaque vel ad mentem solam, vel ad solam materiam.

Non pertinet ad materiam seu corpus a se existere. Quod ita demonstro: Quicquid sese non determinat ad id cuius capax est, illud multo minus vi sua seu citra alterius concursum sese determinat. Et per consequens est pura potentia passiva. Nequit igitur esse a se. At materia sese non determinat ad id cuius capax est. Probo: Quia sese determinare ad id cuius capax est negari potest, non negato attributo primario materiae, imo non negatis omnibus, quae conceptum primarium immediate sequuntur. Quod ita patet: Attributum primarium materiae est extensio in longum, latum et profundum (vel, quoniam Te id negare scio, assigna quodvis aliud, quod clare et distincte intelligatur: rem eodem recidere videbis). Ex extensione immediate sequuntur divisibilitas in partes, partium figura, situs, motus etc. Fac autem materiam semetipsam non

sed et 3^{tiō} potentiam necessariam ad destruendam atque impediendam omnem reactionem. Videtur enim ex natura rei omne agens in aliud etiam ab eo pati. Dari autem posse agens sine repassione accurate demonstrandum est.

⁴⁹ Ingenue dico nondum mihi videri sublatam difficultatem a me initio motam. Imo credo ne tolli quidem posse ex Cartesianis principiis, sed aliis opus esse meditationibus novis.

⁵⁰ Concesso semel, Ens a se non implicare, ratiocinationes sequentes, ingeniosae licet et doctae, necessariae tamen non sunt.

⁵¹ Assumitur hic non alias esse substantias quam mentem et materiam.

29 atque impediendam *erg. LiK*

34 semel, (1) quod (2) Ens *LiK*

343

determinare ad id cuius capax est, sed ita etiam se determinare plane non posse, hoc est, fac eam non posse semetipsam in partes secare, iisque motum, situm et || figuram largiri: imo fac eam omnino non esse divisam in partes, quae figuram et motum habeant, non tolletur ipsa extensio, et quae ex extensione fluunt, divisibilitas, mobilitas etc. Ergo sese determinare ad id cuius capax est non est attributum materiae. Est enim infallibilis regula, qua cognosco attributum aliquod non pertinere ad substantiam aliquam, si illud clare et distincte perceptum negari potest, non negato tamen attributo ejus substantiae primario itidem clare et distincte percepto.⁵² Relinquitur itaque materiam sese determinare ad id, cuius capax est, hoc est, sese in partes secare, iisque motum, figuram et situm, etsi quae sunt alia, dare non posse. Erit itaque maxime 10 ab alio. Ergo a se existere ad solam mentem pertinebit. Et quidem

Si a se existere ad mentem pertinet, erit attributum vel mentis in communi, vel mentis alicujus in particulari. Non est attributum mentis in communi: quia negari potest, non negato attributo primario. Quod ita intelligitur. Ad id, ut aliquid a se ipso existere intelligatur, duo necessaria esse dixi: unum ut semetipsum determinet ad id, cuius capax est, hoc est ut sit 15 activum: alterum ut vi sua seu citra alterius rei concursum id faciat. Prius quidem ad naturam mentis in communi pertinet, non autem posterius. Prius eo pertinere facile patet. Quid enim est mens? substantia cogitans, id est, intelligens et volens, seu percipiens et eligens. At percipere et velle est semetipsum determinare seu a semetipso in aliquam rem tendere et ferri; seu perceptio et volitio sunt actus et determinationes, quas mens a semetipsa et per semetipsam producit. 20 Posterior, nempe vi sua, seu nulla alia re a se diversa concurrente sese determinare seu agere ad mentem in communi non pertinet. Quia id negari potest, non negato attributo mentis primario. Fac enim aliquem cum concursu alterius intelligere et velle, eo ipso non negatur illum intelligere et velle. Ergo a se existere seu vi sua et citra alterius rei concursum sese ad omne id, cuius capax esse intelligitur, determinare, non est attributum mentis in communi. Et tamen est 25 attributum alicujus mentis (ex demonstr.). Pertinebit ergo ad mentem aliquam in particulari. Ad quam autem nisi ad mentem perfectissimam? Quid est mens perfectissima? illa, quae habet omnes realitates, quas menti alicui competere posse clare et distincte intelligi potest. Hic Tibi do conceptum mentis perfectissimae. Cogita jam, an ille contradictionem involvat. Nam si non involvit, erit ille conceptus entis simpliciter perfectissimi, quem Deum voco: uti mox 30 demonstrabitur. Conceptum illum mentis perfectissimae, quem dedi, nullam contradictionem involvere ita probo: quia non est compositus ex duobus conceptibus sese mutuo tollentibus. Conceptus enim mentis non involvit contradictionem. Quod in mente Tua experieris: quae si

⁵² Optime.

contradictionem involveret, sine dubio non esset. Neque hoc: habere omnes realitates, quarum mens aliqua capax esse potest, cum || conceptu mentis pugnat:⁵³ sed e contrario, habere aliquam realitatem, cuius nulla mens capax esse potest.

344

Ex dictis patet, quemadmodum considerando, quod quicquid ut substantia concipitur, illud concipitur vel ut extensum et capax omnium illarum determinationum, quae ex extensione fluunt, vel ut cogitans et capax omnium modorum cogitandi, substantia dividitur in mentem et corpus; ita eodem modo clare et distinete intelligendo, quod alia substantia semetipsam determinare, a semetipsa in aliquam rem tendere et ferri potest, alia vero id non potest, sed omnes suas determinationes ab alio accipere debet, dividendam esse substantiam in activam et mere passivam. Et cum agere seu esse activum negari possit, non negato primario attributo 10 materiae, recte affirmo, materiam esse substantiam illam mere passivam.⁵⁴ Contra cum intelligere et velle, qui sunt actus mentis, idem sit quod agere; dico mentem esse substantiam illam activam.⁵⁵ Praeter materiam et mentem enim nulla alia est substantia.⁵⁶ Porro cum activum iterum dupliciter intelligatur; unum quod cum alterius concursu agit: alterum quod est pure activum, seu vi sua, sua sponte citra ullius alterius rei concursum sese agit, fert et determinat, id 15 quod actum purum voco; hanc dico mentem perfectissimam: illam vero imperfectam.

Deinde, quemadmodum clarum et distinctum conceptum habemus entis a se et ab alio; ita etiam habemus clarum et distinctum conceptum entis necessarii et contingentis, immutabilis et mutabilis, aeterni et non aeterni. Quod ita intelligitur. Ens necessarium vulgo dicitur, quod necessario existit, seu quod ita existit, ut non possit non existere. 20 Contingens vero, quod aut non existit, cum tamen existere possit, aut cum existat, potest tamen et non existere. Sed hae sunt tantum explicationes ipsarum vocum necessarii et contingentis, quas Logici descriptiones nominis vocant, non minus, quam si quis diceret, ens a se esse, quod a se existit, seu, quod non existit ab alio. Ens ab alio, quod a se ipso non existit. Hae enim tantum sunt voces unum et idem significantes. Quaeritur autem quaenam sit vis his vocibus 25 subjecta? seu quam rem voces necessarii et contingentis involvant? Quemadmodum itaque esse

⁵³ In hoc est aliquis paralogismus occultus. Non enim necesse est, aut certe nondum probatum est intelligi posse mentem, cui omnia competant, quorum mentis natura capax est. Potest enim haec mens hujus, illa alterius esse capax, sed nondum patet dari posse mentem in qua omnia illa simul sint collecta, quamvis enim singula consistere possint cum natura mentis, 30 dubitari tamen potest, an consistere possint inter se.

⁵⁴ et fortasse plures aliae.

⁵⁵ vel saltem ex earum numero.

⁵⁶ nobis nota.

345 a se id dicit, vi sua, seu crita ullius alterius rei concursum sese ad omne id, cuius || quid capax est, ferre et determinare; ita si voci necessarii vis aliqua subjecta est, illud ens dicetur necessarium, quod vi sua seu crita alterius rei concursum ad omne id, cuius capax est, ipsa re seu actu sese fert et determinat. Quod facile patet. Vulgo 5 describitur ens necessarium, quod ita existit, ut non possit non existere: quae est descriptio nominis, uti dixi, remque ipsam non explicat. Attendatur jam ad explicationem rei, quam ego dedi, et manifestum erit, alio modo, quam quem explicui, concipi non posse aliquid ita existere, ut nulla ratione possit non existere. Nam quod actu seu ipsa re sese ad omne id, cuius capax est, fert et determinat, illud utique existit. Et quicquid vi sua, seu crita alterius rei concursum id 10 facit, id non potest non existere. Quod ita intelligitur. Fac aliquid sese vi sua ad omne id, cuius capax est, actu determinare posse,⁵⁷ ad minimum vis illa, qua id potest, actualis esse debet. A qua vi enim aliquid quocunque modo esse potest, illa tantundem realitatis ad minimum continere debet, quam ab illa esse aut proficiisci potest. Implicat enim plus realitatis ab aliqua re esse aut proficiisci, quam ipsa habet. Sed plus realitatis habet, quicquid actu sese determinat ad 15 omne id, cuius capax est, quam quod ita sese determinare tantum potest (ex prius demonstr.). Ergo vis illa, qua aliquid actu sese ita determinare potest, actualis esse debet. Nam si non est, plus realitatis ab ipsa esse aut proficiisci posset, quam ipsa haberet, quod fieri nequit. Si ergo vis illa, qua aliquid semetipsum ad omne id, cuius capax est, determinare potest, existit, erit in aliqua re existente. Est enim reale attributum. In qua autem re, nisi in ea, quae est necessaria 20 seu quae sese vi sua actuali actu determinat. Illud autem, quod sese vi sua actuali actu determinat, est etiam ens a se. Patet itaque esse necessarium ab eo, quod a se est, realiter non distingui. Contra quicquid semetipsum vel nullo modo ad id cuius capax est, determinat, [vel] non tamen vi sua, sed cum alterius concursu id facit, id contingens est, seu, vel non existit, cum existere possit, vel, si existit, potest tamen etiam non existere. Quicquid enim se nullo modo 25 actu ad id determinat, cuius capax est, illud, si existit, ab alio existere debet, a quo ad id, cuius capax est, simpliciter determinetur. Et quicquid semetipsum ad id, cuius capax est, actu fert et determinat, si illud non vi sua, sed cum alterius rei concursu id facere intelligatur, hoc existit, si res illa, a qua determinationes ejus pendent, ad illas ipso actu concurrit: non autem existit, si res illa diversa, a qua in determinationibus suis pendet, aut non concurrit, aut concurrere desinit.

30 ⁵⁷ Hoc argumentum nimium probat, nempe eodem modo ratiocinari possum de eo quod se ad quaedam tantum vi sua determinat. Hujus enim vim necesse est esse ad minimum actualem, ac proinde necesse est ipsum existere, ergo omnes mentes forent Entia necessaria.

10–22 existere. (1) Quia haec ipsa determinatio actualis ad omne id, cuius quid capax est a nulla alia re a re determinante distincta pendet. Omnis enim mutatio ab esse ad non esse seu destructio, quare existens fit non existens debet esse ab alio. Nulla enim res semetipsam destruit. (2) Quod . . . distingui. K

Porro esse necessarium et esse contingens non sunt notiones contradictionem involventes. Nam esse a se, non involvit contradictionem, non magis, quam esse ab alio (ex demonstr.). || Jam vero esse contingens ab eo, quod dicitur esse ab alio, nullo modo differt: quod attendenti manifestum erit. Ergo et esse necessarium ab esse a se ex eadem ratione nullo modo differt. Esse enim a se est, quod vi sua sese ad omne id, cuius capax est, fert et determinat. Quod intelligi non potest, nisi id ipso actu faciat.⁵⁸ Nam quod ipso actu sese ad id, cuius capax est, non fert et determinat, illud etiam vi sua seu citra alterius rei concursum ad id, cuius capax est, ferri et determinari nequit uti demonstratum jam est. Sed fac esse distinctionem aliquam inter esse a se, et esse necessarium,⁵⁹ ea rationis tantum erit, atque in eo posita, quod dum aliquid concipitur ut ens a se, intelligatur tale quid, quod vi sua semetipsum ad id, cuius capax est, ferre et determinare potest, licet id forte simul non concipiatur ut actu sese determinans: sed si idem concipiatur ut necessarium, concipitur ut tale quid, quod semetipsum vi sua ipso actu ad id, cuius capax est, determinat. Sed, uti dixi, haec duo, sese vi sua ad omne id, cuius quid capax est, determinare posse, et sese actu ita determinare reapse non differunt. Unum quippe sine altero intelligi nequit. Sed si forte scrupulus Tibi aliquis hic remaneat, qui tamen nullus esse potest, illud certe non negabis, posteriorem hunc conceptum, scilicet vi sua ipso actu ad omne id, cuius quid capax est, se determinare, priori, nempe ita sese determinare posse, non contradicere. Omne enim quod potest esse, illud non implicat, ut actu sit. Jam vero non implicat aliquid semetipsum vi sua ad omne id, cuius capax est, determinare posse (ex demonstr.). Ergo etiam non implicat aliquid ipsa re, seu actu ita sese determinare. Ergo ens necessarium non implicat contradictionem.⁶⁰

Quaeritur jam ad quam substantiam pertineat hoc attributum esse necessarium? Si illa tantummodo repeatantur, quae de ente a se dicta sunt, patebit esse necessarium attributum esse solius mentis perfectissimae. Reliquae omnes substantiae sunt contingentes.

⁵⁸ Eodem argumento, ut dixi, sequeretur omnes substantias activas esse necessarias, nam non intelligi possunt se saltem ad aliquid determinare, nisi intelligentur existere.

⁵⁹ Ego semper credidi si esse a se definiatur e cuius essentia sequitur existentia, tunc idem esse Ens necessarium et ens a se.

⁶⁰ Optime. Posito Ens a se non implicare contradictionem, nec Ens necessarium implicabit; nec est in hoc difficultas. Concedo lubens, si intelligi possit Ens sese ad omnia determinans vi sua, id etiam se determinare ad existentiam, si modo ejus capax est, id est nisi implicat contradictionem. Non autem implicabit, si modo tale Ens se ex sua sola natura determinans possit intelligi.

8 uti . . . est erg. K 11 licet . . . determinans erg. K 15 f. qui . . . potest erg. K 26 existere.
| Substantiae ergo a se gestr. | LiK 32 sola erg. LiK

De immutabili et aeterno hisque oppositis mutabili et non aeterno paucis me expediam. Immutabilis vox licet videatur negativa, conceptum tamen maxime positivum habet.

347 Nam immutabile, si vim vocis species, idem est quod in statu suo perseverans.⁶¹ Ergo || si ullus scrupulus hic esse posset, qui tamen non est, loco prioris vocis hac posteriori uti liceret.

5 Quaenam autem vis voci immutabilis est subjecta? Haec, semetipsum vi sua ad omnia illa, quorum quid capax est, simul et semper determinare.⁶² Non video autem, quomodo ab immutabili esse aeternum vel ratione differat. Nulla enim est vis voci aeterni subjecta, quam quae subjecta est voci immutabilis:⁶³ nisi forte dicas aeternum maxime respectum involvere ad τὸ σεμέρ, ita ut dum aliquid concipio ut aeternum, illud concipiām,

10 quod sese vi sua ad id, cuius capax est, semper determinat, licet tunc forte non attendam, illud, quod aeternum intelligo, sese uno et eodem actu ad omnia, quorum capax est simul determinare. Cognito quid sit immutabile et aeternum, facile etiam intelligitur, quaenam vis vocibus mutabilis et non aeterni sit subjecta. Mutabile enim seu non aeternum illud erit, quicquid vel sese ad id cuius capax est, determinare nequit, vel si se determinat, non tamen ad omnia

15 simul et semper determinat, vel si quid horum fingatur non tamen vi sua, sed cum alterius concursu id facit.

Porro esse immutabile et esse aeternum non involvit contradictionem, quia esse a se contradictionem non involvit, a quo illa aut plane non, aut ratione tantum distinguuntur. Pertinebit itaque ad solam mentem perfectissimam esse immutabilem et esse aeternam. Reli-

20 quae omnes substantiae erunt contingentes. Omnia ex prius demonstratis.

Quoniam autem mentem perfectissimam contradictionem non involvere supra demonstratum est, cogita quid sentiendum sit de hoc argumento:

25 Mens perfectissima est, quae habet omnes realitates, quas menti alicui competere posse clare et distincte cognosco (ex defin.).

At existentia a se, necessaria seu actualis, immutabilis et aeterna est realitas, quam menti alicui competere posse clare et distincte cognosco.

Ergo mens perfectissima habet existentiam a se, necessariam seu actualem, immutabilem et aeternam. Ergo mens perfectissima a se necessario seu ipso actu immutabiliter et aeterno existit.

⁶¹ Immutabile Ens est cuius status in quo est, necessarius est.

⁶² Optime.

⁶³ Potest forte aliquid esse aeternum, etsi [non] sit immutabile, modo existentiam retinat, saltem ex his definitionibus contrarium non est probatum.

Existit itaque.
Mentem perfectissimam Deum voco.
Ergo Deus existit. q.e.d.

Videmus itaque, qua ratione in ipso primo Dei conceptu actualis existentia contineatur. Quum autem demonstratum sit, ideam mentis perfectissimae, quam dedi, contradictionem non || 5 348 involvere, nullo modo hoc argumentum moveri aut labefactari potest, quin omnes Mathematicae demonstrationes, imo omnis omnino veritas, omnis perceptio una moveatur et labefactetur. Nam qui scrupulus Tibi fuit in voce perfectissimi, illum totum me eximesse confido: aut si is Tibi remanet, substitue vocem realissimi, quae idem prorsus significat, neque ulla est inter has duas voces differentia, nisi quod haec barbare id efferat, quod per illam Latine dici 10 potest. Est enim mens realissima nihil aliud, quam ea mens, quae omnes realitates habet, quae ad ullam mentem pertinere possunt. Ergo cum existentia a se eaque actualis et necessaria clare et distinete intelligatur ad mentem aliquam pertinere posse, mens perfectissima a se actu et necessario existet, quemadmodum probatum est. Videamus jam, quidnam ulterius ad mentem aliquam pertinere posse clare et distinete intelligatur. 15

Deum dico esse mentem perfectissimam? Quid est mens? substantia cogitans, id est, intelligens et volens. Quid mens perfectissima? mens perfectissime intelligens et volens. Quid perfectissime intelligere? Habere omnes realitates, quae in intelligendo percipi possunt. Quid hoc? Uno et eodem simplicissimo actu simul et semper omne perceptibile percipere, omne verum cognoscere. An hoc contradictionem involvit? Minime. Quicunque enim conceptus non 20 est compositus ex duobus vel pluribus aliis sese invicem tollentibus, ille non implicat contradictionem (ex defin.). Talis est conceptus mentis perfectissime intelligentis, quem dedi. Probo: Intelligere non involvit contradictionem. Hoc enim in nobis experimur. Neque omnia intelligere seu nihil non intelligere contradictionem implicat. Tq̄ intelligere enim contradicit tō non intelligere. Omnia vero intelligere non est non intelligere, sed potius pure intelligere: tantum abest ut t̄q̄ intelligere contradicit.⁶⁴ Eodem modo uno et eodem actu omnia intelligere contradictionem non implicat. Probo: Uno et eodem actu aliquid intelligere non implicat contradictionem. Experimur id in nobis. Ergo nec uno et eodem actu omnia intelligere contradictionem implicat.⁶⁵ Nam t̄q̄ uno et eodem actu aliquid intelligere contradicit hoc, uno

⁶⁴ Tametsi omnia non pugnant cum intellectu, pugnant tamen forte inter se, si cum 30 intellectu conjungantur, quemadmodum videre non pugnat cum oculo, neque omnia videre est non videre, sed omnia videre pugnat cum natura oculi. Ita demonstrandum est, quod non pugnet cum natura mentis, omnia intelligere.

⁶⁵ Hujus modi argumentationum vim non agnosco. Corporis natura est alicui loco coextendi. Ergone datur corpus quod simul omnibus locis coextendatur? 35

2 f. M entem . . . q.e.d. erg. K 14 quemadmodum probatum est erg. K 20 involvit? | Ante demonstrationem responderi potest nescio erg. u. gestr. LiK | Minime. K 30 omnia (1) intelligere non pugnet (2) non LiK 31 omnia (1) cum visu (2) videre . . . non videre LiK 32 omnia | simul gestr. | videre LiK

et eodem actu nihil intelligere. Ergo non illud uno et eodem actu omnia intelligere, quod maxime est uno et eodem actu aliquid intelligere.⁶⁶ Nam qui uno et eodem actu omnia intelligit, ille perfectissime et realissime aliquid intelligit. Neque denique illa || particula semper, quam praeterea adhibui, cum Deum semper intelligere dixi, nihil contradictionis apportat. Tq̄ intel-
ligere enim contradicit tō non intelligere, non vero semper intelligere, quod est maxime intelligere.⁶⁷ Ergo in conceptu Dei, quatenus est perfectissime intelligens, haec quatuor continentur:

1. Quod omne perceptibile, hoc est, quicquid aliquid in re ponit, seu quicquid aut existit, aut existere potest, percipiat. Plus enim realitatis in intelligendo habet, qui omne perceptibile percipit, quam qui aliquid tantum.

2. Quod omne verum cognoscat. Ex eadem ratione.

3. Quod omne perceptibile percipiat, omne verum cognoscat semper. Plus enim realitatis habet in intelligendo, qui semper percipit et cognoscit, quam qui nunc percipit et cognoscit, nunc a percipiendo et cognoscendo cessat.

15 4. Quod uno et eodem simplicissimo actu simul omne perceptibile percipiat, omne verum cognoscat. Hoc est nullum perceptibile non percipiet, nullum verum cognoscet per discursum seu ratiocinationem, deducendo scilicet unum ex altero. Quia quod hoc modo cognoscitur, ibi conclusio ignotior esse debet praemissis. Plus autem realitatis in intelligendo habet, cui omnia simul aequa patent et nota sunt, quam cui alterum est ignotius.

20 Deinde Deus est mens perfectissime volens, seu Deus habet omnes realitates, quae in volendo concipi possunt. Velle nihil aliud est, quam in aliquam rem ita tendere et ferri, ut ad alterutrum oppositorum sese quis determinet, et ex iis alterum eligat, alterum rejiciat. Summa in volendo realitas, nunquam inaniter in rem aliquam ita ferri et tendere, seu ita in rem aliquam ferri et tendere, ut res illa, in quam quis fertur et tendit, ita sit, prout quis circa illam se 25 determinat, hoc est posse id, quod velis: sine quo omnis volitio inanis est. Deus ergo efficacissime volet: hoc est, omnia, quae Deus volet, sicut illa volet, erunt: nihilque quod Deus vult, tale, quale illud vult, esse non potest. Haec voluntatis divinae summa realitas seu summa vis et efficacia est ipsa omnipotentia divina, unaque ab altera ne cogitatione quidem differt. Et quidem posse Deum omne id, quod vult, vel sic etiam intelligi potest. Nemo aliquid vult,
30 voluntate scilicet efficaci, hoc est ita, ut simpliciter circa illam rem, in quam fertur et tendit, aliquid determinet (quae una et maxime propria est voluntas) nisi id, quod vult, efficere se posse judicet.⁶⁸ Illi enim nostri actus, quibus in res quas impossibilis judicamus, ferimur et

⁶⁶ Eodem argumento probabitur non implicare unum oculum omnia simul videre.

⁶⁷ Ingenuus fateor me in his ratiocinationibus soliditatem nullam agnoscerem.

tendimus, nihil circa res illas determinant, sed inclinationem tantum important, qua nos determinaremus, nisi res illas, in quas ferimur, vires nostras excedere judicaremus. || Quos actus Scholastici vocant velleitates. Ex. gr. Vellem volare, si alas haberem. Quod si quis in rem impossibilem ita sese fert et tendit, ut aliquid circa ipsam determinet, id fit ex ignorantia, quando scilicet nescit, illam esse sibi impossibilem. Jam vero Deus omnia perfectissime novit (ex demonstr.). Si ergo Deus nihil eorum, quae vellet, posset, nullam plane voluntatem haberet, ut probatum est. Ergo non esset res volens. Ergo nec mens (quod repugnat). Ergo aliquid, quod vult potest. Ergo perfectio seu realitas quaedam voluntatis est, posse aliquid eorum, quae quis vult.⁶⁹ Ergo summa perfectio seu summa realitas, posse omnia, quae quis vult.⁷⁰ Neque unum non contradicit alteri. Nam τῷ aliquid posse contradicit hoc: nihil posse, non vero istud: omnia posse, quod maxime est aliquid posse. Ergo

1. Deus omnipotentia sua, seu summae voluntatis suae perfectione erit omne id, quod erit, idque necessario, independenter ab ulla re alia, aeterno et immutabiliter. Hoc est, erit purissimus, vi realissimae volitionis suae a se ipso et per semetipsum nulli mutationi obnoxius necessario et aeterno existens actus. Cujus enim voluntas tantae est efficaciae, ut per illam omne id, in quod fertur et tendit, tale, quale illud determinat, sit et existat, id maxime vi tantae hujus efficaciae a semetipso et per semetipsum tale est, quale concipitur. Deum enim cum omnibus istis attributis, quae memoravi, vi sua existere posse, seu contradictionem non involvere, jam demonstratum est. Ergo vis illa, per quam existere actu potest, actualis ad minimum esse debet. Juxta ea, quae de ente necessario probata sunt. Ubi autem erit vis illa actualis, qua Deus omne id actu esse potest, quod dixi, nisi in substantia actu existente.⁷¹ Omne enim attributum actuale debet esse in substantia actuali. Quaenam autem est illa substantia actualis, nisi cui illa vis est propria: hoc est, nisi ipse Deus, qui est mens perfectissime intelligens et volens: in qua quidem vis illa efficacissima semetipsum determinandi ad omne id, cuius capax est, est ipsa realissima seu perfectissima volitio, quae omnipotentia dicitur. Deus igitur actu existit. q.e.d.

⁶⁸ Successus voluntatis res est a voluntate distincta. Perfectio voluntatis in eo consistit, ut quis non nisi ea velit, quae vere bona sunt.

⁶⁹ Haec ratiocinatio non probat potentiam esse aliquam voluntatis realitatem seu gradum, assumit enim aliquid a voluntate distinctum, nempe intellectum comitantem.

⁷⁰ Fateor si possibilis sit omnipotentia esse perfectionem.

⁷¹ Eodem modo ratiocinari aliquis posset vim illam actualem qua se alia mens determinat non posse esse nisi in substantia actu existente, ac proinde omnem mentem necessario existere.

9 vult. (1) Unum enim (2) Neque unum K

3 velleitates: vgl. etwa THOMAS VON AQUIN, *Quaestiones disputatae de potentia Dei, de malo etc.*, 16, 3 ad 9.

Vel sic etiam: Necessario esse non involvit contradictionem. Est ergo attributum reale. Ergo in aliqua substantia. Et quidem in mente perfectissima, hoc est in Deo (omnia ex demonstr.). Ergo Deus vi sua actu existit, seu actu sese determinat ad omne id, cuius capax est.

351 Quaenam autem est illa vis in Deo? Perfectissima ejus volitio, id est ipsa ejus || omnipotentia.

5 Ergo Deus vi perfectissimae suae volitionis, hoc est, per omnipotentiam suam actu existit.⁷² q.e.d.

2. Omne ens, omnis realitas, quaecunque praeter Deum esse aut cogitari potest, a voluntate divina pendet, ut illud ens, illa realitas sit et existat, si Deus id velit: non vero sit aut non existat, si Deus id non velit. Probo: Deus habet omnes realitates seu summam efficaciam in 10 volendo (ex demonstr.).⁷³ Jam vero plus realitatis habet seu efficacior est illa voluntas, a qua omnis realitas, omne ens a se distinctum pendet, ita ut existat, si illa velit, contraque non existat, si non velit, quam si quicquam esse aut existere possit, quod ipsa nolit, aut non esse et non existere, quod ipsa velit. Quin etiam

3. Non solum omnis realitas ac ens, quod non est Deus, aut existit, aut non existit, prout 15 Deus hoc vel illud vult, sed etiam ut aliquid possit esse ens, seu ut aliquid sit possibile tantum, item

4. Ut aliquid omnino sit verum, a voluntate divina pendet. Quod ultimum, nempe omne verum a voluntate divina pendere paradoxum Tibi videri scio.⁷⁴ Est tamen verissimum, et facile probari potest. Quin non hoc solum, sed etiam illud, quod tertio loco dixi, nempe ut aliquid 20 possit esse ens, hoc est, ut sit possibile tantum, licet non existat, a voluntate divina pendere:⁷⁵ est enim una demonstratio (licet illud monitum velim, posse⁷⁶ hoc omnino omitti, et tamen propositum sufficienter demonstrari: nempe necessariam existentiam in conceptu Dei contineri,

⁷² Non video quomodo existat vi suaे volitionis actualis; prius enim natura est actu existere quam actu velle. Volitio actualis existentiam actualem supponit.

25 ⁷³ Demonstrationes illae ut dixi sunt imperfectiae.

⁷⁴ Scio sententiam esse Cartesii veritatem rerum pendere a voluntate divina: quod fateor mihi semper visum est absurdum. Ita enim ipsa necessitas existentiae divinae, et ipsa necessitas volitionis divinae a volitione divina pendebit; atque ita erit aliquid natura prius et posterius seipso. Praeterea veritatum necessiarum principium illud unicum est quod contrarium implicat in terminis. Ita in geometricis theorematis semper ostendi potest contrarium implicare. Cum vero incompossibilitas contradictiorum non pendaet a voluntate divina, sequitur nec veritatem ab ea pendere. Quis dicet *a* non esse *non a*, quia Deus decrevit.

⁷⁵ Ergo et divinae essentiae possilitas pendebit a voluntate Dei, seu Deus erit possibilis, quia se talem esse vult.

35 ⁷⁶ posse . . . demonstratum est: von Leibniz in *Anführungszeichen gesetzt*; ferner unterstreicht Leibniz jam reapse demonstratum und vermerkt dazu: quam vellem!

23 natura erg. LiK 30 f. Cum (1) ergo | (2) vero erg. | (a) impossibilitas (b) incompossibilitas LiK

26 sententiam . . . Cartesii: vgl. etwa Descartes an Mersenne, 15. April 1630 (R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 2, Nr. CIV, S. 478 f.; A.T. I, S. 145 f.).

huncque conceptum non involvere contradictionem, sicut id jam reapse demonstratum est). Dico itaque, non solum hoc, quod ens aliquod ex. gr. circulus existat aut non existat, sed etiam illud, ut circulus aliquis sit possibilis, seu ut realitatem || habeat, quae existere possit, pendere a voluntate divina; ita quidem ut figura circularis sit entitas quaedam possibilis, quia Deus illam possibilem esse voluerit: esset vero non possibilis, si Deus id non voluisset, vel aliter voluisset. 352
 Uno verbo, figura circularis non esset possibilis, nisi Deus ejus naturam possibilem esse voluisset.⁷⁷ Et sic de ceteris. Eodem modo, ut haec et similia pronunciata: *omne totum est majus sua parte: trianguli tres anguli aequantur duobus rectis*, vera sint, pendere illud a voluntate divina, ita ut vera sint, quia Deus illa vera esse voluit, vera autem esse non possent, nisi Deus ita voluisset.⁷⁸ Probo: Deus habet omnes realitates in volendo (ex defin.)[.] Plus autem realitatis 10 in volendo habet, a quo omnis possibilitas, omne verum pendet, quam a quo id non pendet.⁷⁹ Ergo multo plus perfectionis in volendo Deus habebit, si omnis possibilitas, omnis veritas ab ejus determinatione pendet, quam si omnem possibilitatem et veritatem concipiamus ut plane independentem a voluntate divina, ita scilicet, ut voluntas divina in hanc possibilitatem et veritatem nihil potuerit,⁸⁰ sed possibile et verum etiam aliquid sit, si Deum vel maxime id 15 noluisse fingamus. Et profecto licet ens quod possibile tantum est, actu non sit, est tamen ejus determinata natura, quae si plane a Deo non pendet, non omne ens seu non quaevis natura realis a Deo distincta a Deo pendebit. Et per consequens Deus non erit perfectissime volens. Quod ex terminis manifestum est.⁸¹ Quod si autem omnis possibilitas est a Deo, hoc est, si a voluntate 20 divina pendet, quod ex. gr. triangulum suam determinatam naturam habeat, id etiam erit ab eadem voluntate divina, quod illa trianguli natura determinata sit ad tres angulos duobus rectis || 353

⁷⁷ Si quis ita loquitur, eum quid verum, possibile, esse, velle, vocet non intelligo.

⁷⁸ Expecto ut dicatis dari Mundum aliquem in quo totum est sua parte minus, et in quo angulus semicircului sit acutus idque perfectioni Dei consentaneum est; plus enim realitatis in volendo habebit hoc modo, quam si unum tantum velit ex his duobus. Quoniam enim omnia 25 quae vult potest, et haec utique velle poterat (quia impossibilitas non in ipsis est sed a voluntate oritur), non video quomodo salva perfectione sua potentiam suam ad pauca restringat. Consentit Cartesius qui nullos limites divinis operationibus positos esse contendit. Et posito justitiam et bonitatem absolute a Dei arbitrio pendere, poterit esse mundus in quo damnentur pii, 30 salventur impii.

⁷⁹ Paucis respondetur, necessaria in se non esse objectum voluntatis, et hac eadem methodo nihil tam absonum fingere poterimus, quod non poterimus Deo tribuere, ostendendo scilicet eum plus habiturum realitatis, si hoc quoque habeat.

⁸⁰ Voluntas divina sequitur ex rerum necessitate, quia et existentia Dei ex rerum necessitate consequitur, seu ex Dei essentia. Nam Dei essentia congruit cum rerum necessitate. 35

⁸¹ Nihil minus. Voluntas est eorum quae possibilia intellectus praesupponit.

aequales.⁸² Neque hic quicquam incommodi video, quod hanc sententiam urgeat.⁸³ Si enim dicas: Si omnis possiblitas, omne verum a libera voluntate divina pendet, non necessarium est ex. gr. figuram circularem esse possibilem, seu non involvere contradictionem: non necessarium item est, sed contingens, omne totum esse majus sua parte: omne triangulum habere tres angulos duobus rectis aequales: quod absurdum esse videtur: in promptu est responsio.

Potest et figura circularis, et pronunciata ista, quae dixi, dupliciter considerari, vel in ordine ad intellectum nostrum, vel in ordine ad voluntatem divinam. Et hoc posteriori modo iterum vel in ordine ad voluntatem ordinatam, seu quae nunc est, vel in ordine ad absolutam, hoc est ad illam, qua Deus, nullo habito respectu ad id, quod semel decrevit, aut ad quod semel se determinavit, concipitur ut perfectissime volens, hoc est ita volens, ut omne id, quod vult, tale, quale vult, sit et existat, sed etiam ne esse quidem ulla ratione potest, nisi Deus sese ad hoc determinet.⁸⁴ Hoc posteriori modo solummodo dico omne possibile, omne verum a voluntate divina pendere, ita ut figura circularis non sit possibilis, si Deus eam possibilem esse non vellet: ut item pronunciata ista *omne totum est majus sua parte*, item *omnis trianguli tres anguli aequantur duobus rectis* vera non essent, si Deus ad eorum veritatem se non determinasset, hoc est si Deus haec et similia vera esse non voluisse. Atque hac consideratione nihil ex se et sua natura est possibile,⁸⁵ nihil etiam ex se et sua natura verum. At supersunt adhuc duo alii modi, quibus aliquid ex se et sua natura seu necessario possibile et verum sit. Nempe primo, si figura circularis, pronunciata etiam ista saepius jam memorata referantur ad intellectum nostrum. Est enim certa omnino et infallibilis regula, unde intellectus certissime dijudicat possibilitatem alicujus rei, nempe ista: Quicquid verum et reale nullamque contradictionem involventem conceptum habet, illud est possibile. Atque hoc modo figura circularis ex se et sua natura recte dicitur possibilis, quia habet verum et reale nullamque contradictionem involventem conceptum. Eodem modo est certissima intellectus regula, qua veritas effatorum dijudicatur, ista scilicet: Quicquid in idea alicujus rei clare et distincte aut continetur aut non continetur, illud de ea re necessario vel affirmatur, vel negatur. Atque hac ratione omne totum majus esse sua parte necessario verum est: quia hoc in idea totius et partis clare et distincte continetur, ut illud hac majus sit. Majus enim est altero, quod illud alterum habet, et praeterea adhuc aliud, aut alia. Totum autem continet partem, et praeterea || aliam partem aut alias partes. Eadem ratio est de

354 82 Ergo etiam a voluntate divina erit, quod Deus ipse sit.

83 Ego quoque nullum usum hujus sententiae video, et vereor ne sit inanis in verbis lusus.

84 Igitur saltem absolute loquendo seu in ordine ad voluntatem divinam absolutam hae propositiones sunt contingentes.

85 Ergo ne divina quidem essentia sua natura erit possibilis.

ceteris. Deinde sunt etiam haec et id genus alia necessario aut possibilia aut vera, si referantur ad voluntatem Dei ordinatam, seu quae nunc est. Quoniam enim illae, quas dixi, regulae omnino sunt infallibilis, neque ulla major certitudo esse potest; hinc etiam manifeste scimus, Deum haec non reliquise indifferentia, id est ita ut possibilia aut non possibilia, vera vel falsa esse possint, sed sese actu determinasse ad id, ut circularis figura sit possibilis: hoc vero enunciatum, *omne totum est majus sua parte*, verum.⁸⁶ Ad quod autem Deus se determinat, hoc tale, quale illud esse vult, non potest non esse. Est ergo necessarium, ex determinatione scilicet divina. Atque hoc modo rectissime Cartesius noster omnes illos loquendi modos tanquam in majestatem divinam injurios et de summa voluntatis divinae perfectione detrahentes rejicit, quando dicitur, hoc vel illud ne quidem per absolutam Dei potentiam esse aut fieri posse. Item,¹⁰ hoc ita verum est, ut per absolutam Dei potentiam falsum esse non possit, et contra. Qua ratione idem in Deo concipiunt, quod Ethnici in suo Jove, quem Stygi alligabant aut fato.⁸⁷ Quid enim aliud est, aliquid per absolutam Dei potentiam fieri non posse, aut aliquid ita verum vel falsum esse, ut id ne quidem per absolutam Dei potentiam aliter sese habere possit, quam Deum alligare ad ens aliquod omnino immutabile et independens, a quo ipse dependeat, et in quod ipsi nihil potestatis competat.⁸⁸ Quod omnino conceptui mentis omnes in volendo perfectiones habentis repugnat.⁸⁹

Ex dictis patet, esse aliquid dissimilitudinis in conceptu intellectus et voluntatis nostrae et divinae. In nobis enim intellectus quodammodo prius concipitur voluntate.⁹⁰ Prius enim ||

355

⁸⁶ Hi loquendi modi mihi plane absoni videntur. Deus determinavit ut circulus esset possibilis. Quid enim? cum decretum hoc promulgaret, intelligebatne circulum an non? Intelligebat credo, nam intellectus est natura prior voluntate, seu voluntas intellectum supponit. Porro cum integeret circulum utique clare distinque intelligebat. Jam quicquid clare distinque intelligitur (sive a Deo sive a nobis) possibile est. Ergo possilitas circuli, natura prior est tali Dei decreto. Breviter voluntas Dei supponit rei volendae intellectum. Intellectus hic involvit rei intellectae possibilitatem. Ergo voluntas supponit rei volendae possibilitatem. Si quis aliud dicit, eum, ut mitissime dicam, non intelligo.

⁸⁷ Minime, quia illi non possilitates, sed existentias rerum non Deo, sed necessitatibus subjeciebant.

⁸⁸ imo, est alligare divinam voluntatem ad divinum intellectum.

30

⁸⁹ Minime, ut ostendi, neque enim perfectionem voluntatis tam latam fingere debemus, ut ea velit, quae intellectus non capit.

⁹⁰ Etiam in Deo intellectus natura prior voluntate, quia nihil Deus vult quod non intelligat, et multa intelligit quae non vult. Voluntas est quaedam consequentia intellectus. Vult enim

20 Deus (*I*) vol (*2*) volendo (*3*) determinavit *LiK* 26 voluntas (*I*) involvit | (*2*) supponit *erg.* | *LiK*
 28 non | tantum *gestr.* | possilitates *LiK* 31 ostendi, (*I*) quemadmodum (*2*) neque enim (*a*) ad (*b*)
 perfectionem *LiK*

8–12 Cartesius . . . fato: vgl. Descartes an Mersenne, 15. April 1630 (R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 2, Nr. CIV, S. 487 f.; A.T. I, S. 145 f.).

intelligimus seu rem concipimus, quam volumus hoc est quam aliquid circa illam determinamus. Ratio est, quia nullum ens, nulla veritas, nullum bonum ut a nobis pendens, sed ut aliquid in re positum, in quod voluntas nostra nihil potestatis habeat, concipitur. Nihil enim ideo ens, aut verum aut bonum est, quia nos id ens, aut verum aut bonum esse volumus, sed quia aliquid ens est, adeoque positivum conceptum involvit, ideo nos illud percipimus, et quia aliquid in alterius idea contineri aut non contineri videmus, ideo illud affirmamus aut negamus, et quia aliquid ut bonum nobisque conveniens intelligimus, ideo illud appetimus. Prius ergo aliquid percipimus, quam nos circa illud determinamus, seu volumus. In Deo vero intellectus et voluntatis actus omnino simul concipiuntur, ita ut unus altero ne ratione seu cogitatione quidem prior intelligatur.⁹¹ Deus enim non ideo aliquid ut ens, vel verum vel bonum percipit, quia aliquid in se et sua natura tale est: sed quia Deus aliquid ut ens, vel verum vel bonum percipit, id est, quia aliquid ens, vel verum, vel bonum esse vult,⁹² ideo aliquid ens, vel verum vel bonum est. In Deo igitur intelligere et velle ne cogitatione quidem distinguuntur: sed Deus est voluntas intelligens, et intellectus volens, adeoque actus omnino purissimus et simplicissimus, seu agens purissimum et simplicissimum. Haec de mente perfectissima. Nunc videbimus

An ens simpliciter perfectissimum implicet contradictionem?

Ita argumentor:

Mens perfectissima, qualem explicui, non implicat contradictionem.

At mens perfectissima est ens simpliciter perfectissimum.

Ergo Ens simpliciter perfectissimum non implicat contradictionem.

356 || Probatur minor:

Deus quicquid perfectissimum esse intelligit. Voluntatem inducere, quae non supponat intellectum voliti est ludere in vocabulis.

⁹¹ Minime vero. Nam semper formaliter differunt intelligere et velle; aut ego nescio quid sit intelligere, quid sit velle.

⁹² Ego has sententias et phrases non tantum puto esse absonas, sed et periculosas, inducunt enim Deum qui non sit dignus amore; neque enim bonus atque justus dici potest, si nulla est constans ratio bonitatis et justitiae, quam non ipse pro lubitu fecerit. Neque laudari meretur propter ea quae fecit; nam si laudari meretur propter ea quae fecit, sequitur ea quae fecit esse meliora quam si aliter fecisset, quod est contra hypothesisin, quae ponit hoc ipso, quia fecit, fieri bona, ergo si aliter fecisset, essent aequa bona, non ergo alia aliis meliora. Praeterea Deus utique non est autor suae naturae, seu non se volendo possibilem reddit, ergo natura ejus non est bona, neque vera, si quidem omnis bonitas, veritas, perfectio a Dei voluntate est. Ergo neque amari neque honorari meretur. Quae sunt certe plus quam absona.

12 id est, *erg. K*
33 neque vera, *erg. LiK*

27 enim (1) dignum (2) Deum *LiK*
33 veritas, perfectio *erg. LiK*

32 utique (1) non fecit volu (2) non *LiK*

Quicquid uno et simplicissimo eodemque efficacissimo voluntatis suae actu non solum semetipsum ad omne id, quod est, necessario, immutabiliter et aeterno, sed etiam res omnes a se diversas, earumque existentiam, quin et ipsam illarum naturam, possibilitatem, et in universum omne verum et bonum, ita ut vult, determinat, illud omnes omnino habet perfectiones,⁵ omnes realitates, seu simpliciter nihil de non ente participat, adeoque est simpliciter perfectissimum (ex defin.).

Talis est mens perfectissima (ex demonstr.) Ergo.

Consideremus jam omnia, quae ad probandam existentiam hujus entis simpliciter perfectissimi, hoc est, Dei adduci possunt. Et

1. quidem ex ipso primo conceptu Dei immediate deducitur existentia Dei, idque duobus modis. Primo considerando illa attributa *esse a se, esse necessarium, esse immutabile, esse aeternum* involvere simplicem seu non contradictoriam notionem. Ergo sunt vera et realia attributa.⁹³ Ergo in aliqua substantia.⁹⁴ Non in materia, neque in mente in communi considerata: ergo in mente quadam particulari,⁹⁵ et quidem in perfectissima. Ergo mens quaedam, quae dicitur perfectissima, a se necessario, id est, ipso actu, immutabiliter et aeterno existit.⁹⁶ (Omnia ex demonstr.).⁹⁷

Deinde quemadmodum ex attributis jam memoratis colligitur esse mentem quandam perfectissimam, ita vice versa considerando mentem perfectissimam, hoc est perfectissime intelligentem et volentem, statim ex idea perfectissimae voluntatis sequuntur illa attributa *esse a se, necessario, immutabiliter et aeterno*. Ergo mens perfectissima, seu quae perfectissime vult, a se necessario seu actu, immutabiliter et aeterno existit. Itidem ex demonstr.

Eadem conclusio evidenter patet, si consideremus ea, quae necessario a voluntate Dei pendent. Itaque

2. Est ens aliquod actu existens, quod non est Deus. Ex. gr. mens nostra, seu substantia illa qua cogitamus. De hujus enim existentia absolute, id est ita certi sumus, ut ne Scepticus quidem de ea dubitare possit. Ergo Deus actu existit. Omne enim ens praeter Deum omne id quod habet, a Deo habere debet.⁹⁸ Ergo quod actu existit, hanc existentiam actualem a Deo habere debet.

⁹³ possibilia

⁹⁴ possibili

⁹⁵ possibili

⁹⁶ Imo, tantum est possibilis.

⁹⁷ Haec argumenta non probant existentiam ex possibiliitate, sed alia ab initio adducta, quod scilicet Ens necessariam habens existentiam utique existit, modo sciatur tale Ens posse concipi.

⁹⁸ Hoc probandum.

357 Non posset autem eam a Deo habere, nisi Deus etiam actu existeret. Nemo || enim alteri dare potest, quod ipse non habet. Eodem modo ex existentia mundi actuali existentia Dei actualis deducitur. Licet enim a Scepticis de existentia mundi dubitari possit, vix tamen quisquam illorum, qui existentiam Dei in dubium revocant, de existentia mundi dubitat. Posito autem mundum actu existere (quod nemo nisi Scepticus negat) sequitur Deum actu existere. Omnia itidem ex jam demonstr.

3. Ego actu clare et distincte percipio multa possibilia, id est, multas determinatas nullamque contradictionem involventes naturas: ex. gr. naturam trianguli, circuli, quadrati, materiae, mentis etc. Ergo Deus actu existit, sine cuius voluntate nulla determinata natura, nihil 10 possibile esse potest. Itidem ex demonstr.

4. Ego actu intelligo multas veritates, ex. gr. omne totum esse sua parte majus: omne triangulum habere tres angulos duobus rectis aequales, et similia. Ergo Deus actu existit, a cuius voluntate omne verum pendet. Ex demonstr.

Ita ergo demonstratum est Deum actu necessario existere non solum ex natura Dei, sed 15 etiam ex natura illarum rerum, quae sunt a Deo. Sed si quid forte in iis, quae tertio et quarto loco dixi, desideraveris (quanquam non video, quid desiderare possis), primum saltem et secundum argumentum ita erit comparatum, ut id nulla vi moveri aut labefactari possit, quin simul omnis veritas, omnis perceptio, ipsa mentis nostrae existentia moveatur et in dubium vocetur.

20 Nunc propositum alio modo obtinebo. Docet S. Scriptura Dei existentiam ex existentia rerum illarum, quae sunt in hoc mundo, colligi et demonstrari posse. Quaeritur quo pacto id fieri possit? Ego id longe aliter faciam, quam communiter id fieri solet. Cogita ergo, quid sentiendum sit de hoc argumento:

Mens nostra actu existit.

25 Quia quicquid actu cogitat, hoc est, intelligit et vult, illud actu existit. Nihili enim nulla sunt realia attributa.

Ergo vis illa, per quam actu existit, actualis esse debet.

Quaero vim illam, non solum a qua mens mea existere coepit, sed etiam per quam actu jam existit, et ad omne id, quod habet determinatum est. Hoc enim esse debet a vi, quae actu etiam 30 jam existat. Quae enim vis actualis non est, ab illa nihil actuale esse potest. Et quod olim mens mea extitit, inde non sequitur, quod jam etiam actu existere debeat. Unum⁹⁹ enim temporis momentum ab alio non pendet.¹⁰⁰ Adeoque quod hoc temporis || momento mens mea

358

⁹⁹ Den gesperrt gesetzten Satz hat wohl Leibniz unterstrichen.

¹⁰⁰ Hoc etiam paralogismi suspectum est. Videtur enim ex rei existentia semel posita

existit, inde non sequitur, quod etiam proxime insequentि momento existere debeat.¹⁰¹ Ergo vis illa, a qua mens mea singulis momentis actu existit, actu existere debet.¹⁰²

Mens nostra non existit vi propria, seu non existit a se.

In mente nostra nihil actuale est praeter actus intellectus et voluntatis.¹⁰³ Nullus autem est actus vel intellectus vel voluntatis, cuius vi seu per quem mens nostra existat. Actus intellectus et voluntatis sunt cogitativi. Cogitare autem est actus exercere, quorum per se seu immediate nobis consciī simus.¹⁰⁴ Nullus autem est actus neque intellectus neque voluntatis nostrae, per quem nobis consciī simus, nos propria vi, hoc est, a nobismetipsis existere. Percurre enim omnes actus intellectus et voluntatis Tuae, hoc est, omnes perceptiones, omnes volitiones Tuas, nullam invenies, per quam Tibi conscius sis, Te hoc esse, quod mens Tua habet, propria vi habere.¹⁰⁵ Ergo quoniam nullius talis actus nobis consciī sumus, nullus etiam est talis actus, cuius vi mens nostra existat.¹⁰⁶ Implicat enim esse actum cogitativum actu existentem, per quem mens mea existat, et me ejus actus non esse per se mihi consciū. Actus enim cogitativus est, cuius per se mihi conscius sum. Ergo quicunque actus cogitativus actu in me est, ejus actus etiam per se mihi actu sum conscius. Et cuius actus per se mihi conscius non sum, is non potest esse cogitativus.

Deinde nega Te Tua propria vi existere aut existere etiam posse, hoc ipso non negabis primarium mentis Tuae attributum, hoc est, Te intelligere et velle.¹⁰⁷ Clare enim et distincte sine dubio cognoscis, posse Te intelligere et velle, etiamsi a Te non existas, aut existere etiam possis: hoc est etiamsi vim illam intelligendi et volendi a Temetipso non habeas. Ergo hoc non est

necessario sequi continuatio. Ponamus enim extingui, nulla ratio erit cur hoc momento, non alio (nisi aliquid externum superveniat) ergo nullo modo extinguetur. Et si hoc praesenti momento extinguitur cur non jam aliquo praeterito. Quod ergo dicitur unum temporis momentum ab alio non pendere, non debet assumi sine probatione, vel ideo quia ita sequitur continuum actu divisum esse in instantia indivisibilia.

¹⁰¹ Imo ea ratio quae fecit ut huc usque existeret, faciet etiam ut continuet, nisi nova ratio superveniat.

¹⁰² Non est opus nova vi singulis momentis, sed tantum necesse est ut negetur nova vis contraria.

¹⁰³ Hoc dubium est.

¹⁰⁴ Supponitur hic nullum esse actum in mente nostra, cuius nobis non simus consciī, de quo ego valde dubito.

¹⁰⁵ Talia non possumus experiri, nemo enim originis existentiae suaē conscius esse potest, alioqui antequam oriretur esset.

¹⁰⁶ Non sequi videtur, neque enim omnium actuum nostrorum consciī sumus.

¹⁰⁷ Nondum scio an intellectus et voluntas a nobis perfecte intelligantur.

21 cur (1) non (2) hoc *LiK* 26 ut (1) tamdiu (2) huc usque *LiK* 28 nova (1) ratio | (2) vis *erg.* | *LiK*

359 attributum Tuae mentis a Te existere. Et cogita quaeso, quam evidens sit id, || quod dico. Si enim mens Tua aliquid esse aut habere potest, cuius sibi non sit conscientia, quod primo loco dixi, vel etiam si mens Tua aliquid esse aut habere potest, quo negato non negetur primarium ejus attributum, seu quod ex primario mentis attributo non fluat; qui certus esse potes, dum audis 5 lusciniias jam cantantes, in mente Tua non esse lusciniam aliquam, quae nidos ibi faciat, pullosque suos excludat, vel etiam mentem Tuam non esse lusciniam aliquam cantantem, vel arborem, vel solem, vel lunam, vel ipsum etiam hunc mundum sensibilem.¹⁰⁸ Nam quicquid dixeris, quo mentem Tuam demonstrabis nihil horum, quae dixi, esse (uti certe illud demonstrari potest ex hoc principio: Quicquid clare et distinete percipi potest, non percepto attributo 10 alicujus substantiae primario, illud non est attributum ejus substantiae), idem simul demonstrabit vim illam, per quam mens Tua existit, ad mentem Tuam non pertinere.

Ergo existit vi aliena, seu existit ab alio.

Ergo actu existit aliqua substantia a mente nostra distincta, a qua
mens nostra habet, quod actu existat.

15 Dare enim menti nostrae actualem existentiam est attributum aliquod reale et actuale. Ergo debet esse in substantia aliqua actuali seu actu existente.

Illa substantia est solus Deus.

Ex Dei conceptu, quem dedi, id fluit et deductum est, quod rebus omnibus a se distinctis existentiam, quam habent, et omne id, quod habent, largiatur.¹⁰⁹ Neque est ulla substantia a Deo 20 distincta, ad quam id pertinere possit. Non enim hoc pertinet ad materiam, neque ad mentem in communi: Sed ad mentem aliquam in particulari, eamque perfectissimam, adeoque ad solum Deum (omnia ex demonstr.). Sed ut brevius hoc, quod dixi, obtineam, neque opus sit omnia, quae ante dixi, repetere, ita argumentor: Ex primo Dei conceptu fluit, quod omnibus rebus a se distinctis, adeoque et menti nostrae existentiam, si quam habent, largiatur. Ergo hoc attributum 25 non potest pertinere ad ullam rem a Deo distinctam: alioqui non fueret ex primo Dei conceptu.

360 Quemadmodum hoc attributum *esse figuram capacissimam*, quoniam || ex primo conceptu

¹⁰⁸ Certum est, ea quorum mihi sum conscientia vera esse, et quorum contraria sum conscientia, ea esse falsa, sed non hinc sequitur quaecunque in me vere sunt, eorum me esse conscientiam.

¹⁰⁹ Dei conceptu posito quod sit Ens cuius vis omnia existunt, seu causa omnium, omnia vis sua determinans, supposito illum conceptum non esse impossibilem, et posito aliquid existere, necessario sequitur id quod existit, aut esse Deum, aut a Deo existentiam habere. Elegans satis haec ratiocinatio. Nec opus est illis allatis quod mens non sit a se, etc. Eo ipso enim quod Deum definivimus id quod omnibus aliis existentiam largitur, erit unicus, Mens autem non id facit. Ergo non est Deus. Ergo posita possibilitate hujus definitionis Dei, necessario est a Deo.

9 principio: (1) Duae *realitates* quarum (2) Quicquid *K*

circuli fluit et deduci potest, ad aliam figuram a circulo distinctam pertinere non potest: vel illud etiam, *habere potentiam hypothenusae aequalem potentias laterum*, quoniam ex primo conceptu trianguli rectanguli fluit, ad nullum triangulum, quod non sit rectangulum pertinere potest. Implicat enim attributum aliquod ad primum conceptum alicujus rei [pertinere], et tamen pertinere etiam ad rem ab ea, e cuius primo conceptu fluit, distinctam. Quod attendenti 5 evidentissimum est.

Ergo Deus actu existit.¹¹⁰ q.e.d.

Ergo quam certum est, mentem nostram, quando cogitat, et quamdiu cogitat, existere, tam certum etiam est Deum existere. Hocque argumentum ita est comparatum, et ex talibus praemissis conclusio demonstranda deducta et derivata, ut si vel minimum in illis negaveris aut in 10 dubium saltem vocaveris, eadem opera negandum et in dubium vocandum etiam sit, mentem Tuam existere cum cogitat. Igitur evidentissimum hoc est, Deum existere.

Alterum argumentum hoc est.¹¹¹

Mundus sensibilis actu existit.

Ex hypothesi. Non enim nobis jam res est cum Scepticis, sed cum iis qui mundum esse 15 concedunt.

Ergo vis illa, per quam actu existit, actualis esse debet.

Juxta priora.

Non autem existit vi propria, seu non existit a se.

Ex prius demonstr. Fuse enim jam docui, esse a se non posse attributum esse materiae. Quae 20 videri possunt.

Ergo existit vi aliena, seu ab alio.

Ergo actu existit aliqua substantia a mundo seu rebus materialibus distincta, a qua mundus habet, quod actu existat. Juxta 25 priora.

Illa substantia est solus Deus. Itidem per priora.

Ergo Deus actu existit. q.e.d.

Tantum de illo, quod primo loco explicandum suscepi. Pergo ad reliqua, et quidem ad literarum Tuarum exordium.

Duo moneo ante omnia, ais, primum me non negare, nonnulla¹¹² esse vera et demonstrabilia, quae tamen a Cartesio demonstrata fuisse negavi. 30

¹¹⁰ Posito scilicet non implicare, quod tamen nondum est probatum.

¹¹¹ Haec ratiocinatio coincidit propemodum praecedenti, ut patet.

¹¹² De quibus hic sermo est.

4 fluere K ändert Hrsg. 32 tamen erg. LiK

30–S. 540.11 *Duo moneo … negavi* und *Alterum … mentione*: vgl. N. 143, S. 498.18–21.

361 Concedo non nonnulla solum, sed innumera demonstrabilia a Cartesio ne cogitata || quidem, nedum demonstrata esse. Sed quoniam id sine dubio intelligis de existentia Dei, illa a Cartesio aut apertissime demonstrata est, aut si non satis clare se explicuit, ego beneficio methodi Cartesianaee id me fecisse arbitror.¹¹³ Addere illud ausim, si demonstrabilis est existentia Dei, illam nullo alio modo demonstrari posse, quam alterutro modo, quo Cartesius id fecit: nempe vel ex solius naturae divinae consideratione (quod argumentum jam tractamus) vel ex consideratione ideae Dei: quod argumentum in Cartesio extat, mihi per se satis clarum videtur.¹¹⁴

Alterum, ita pergis, me non attulisse novam demonstrationem in ea, quam Tibi misi scheda, sed voluisse purgare Cartesianam ab inutili et dubitationibus obnoxia perfectionis mentione.

Quid hac de re sentiendum sit, et an perfectionis vocabulum sit inutile et dubitationibus obnoxium, jam satis patere puto.¹¹⁵

Ad ea, quae tertio loco dicis, non necesse est prolixus respondere. Summa enim eorum, 15 quae affers, huc redit. Scholasticos idem argumentum habere, quod Cartesius, qui inutilem vocem perfectionis addiderit. Supplendam autem esse Scholasticorum demonstrationem et demonstrandum, ens necessarium non involvere contradictionem.

Respondeo: An argumentum Cartesii idem sit, quod Scholasticorum, id mihi jam perinde esse potest, dummodo sit verum. Nihil enim absurdum esset, si Scholastici veritatem aequem vidissent ac Cartesius. Imo tanto melius id esset, si illis haec veritas aequa ac huic patuisset. Ceterum Cartesius in responsionibus suis Metaphysicis fuse docet modum suum argumentandi longe diversum esse a modo argumentandi Scholasticorum, quem hic exscribere nihil attinet. Sed fac Cartesium a Scholasticis hac in re non abire, an ea etiam, quae ego jam attuli, eadem sint cum iis, quae Scholastici olim de existentia Dei disseruerunt, et quae adhuc in Scholis hac 362 25 super re disputari solent, Tuum jam erit judicium.¹¹⁶ ||

¹¹³ Elegantia satis hic allata sunt, sed quae in illis probo, mihi non videntur deberi methodo Cartesianaee, nec video quid tandem in se peculiare habeat illa toties jactata methodus Cartesiana, quod nos reliqui ignoremus.

¹¹⁴ Necesse est ut omnis demonstratio qua probatur Deus, derivetur vel ex consideratione naturae divinae solius, vel accidente praeterea consideratione mentis nostrae, aut aliarum rerum existentium in genere aut in specie.

¹¹⁵ Manifestum est perfectionis mentione careri posse, si quis modo ostendat Ens necessarium, id est Ens, ex cuius essentia sequitur existentia non implicare contradictionem, idque Ens esse Deum definiverit, jam Deum esse demonstraverit.

¹¹⁶ Haud dubie hic multa elegantia et non vulgaria sunt allata: Interim fateor saepe praeclara etiam et ingeniosa in Scholasticis reperiri.

Perfecti vocabulum non est inutile, quia id Latine dicit, quod re ale barbare effert. Omitti autem, et hoc vel aliud etiam in illius locum, si lubet, substitui potest, dummodo de re ipsa constet.

Ens necessarium nullam contradictionem involvere jam etiam satis superque patere puto.

Nihil itaque restat, quam ut me de prolixitate hujus epistolae excusem: Deoque Opt. Max. simul gratias agam, quod opera et cura divini Cartesii eam tandem aliquando philosophandi methodum¹¹⁷ excitaverit, cuius beneficio in intimam non ipsius solum, sed reliquarum etiam rerum omnium naturam penetrare, veritatemque hactenus incognitam felicissime eruere et in lucem protrahere possimus. Hujus tutelae etiam atque etiam Te, Vir Nobilissime commendo. De me hoc tibi persuadeas velim, esse me semperque fore Nobiliss. Amplitud. T.

10

Observantissimum Cultorem

A. Eckhardum

Scribebam Rintel. ad diem Maji 1677.

147. ARNOLD ECKHARD AN LEIBNIZ

Rinteln, 7. (17.) Juni 1677. [146.148.]

15

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 33. 1 Bl. 4°. 1 S.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 143–144.

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 224.

E³ II, 1 (1926) N. 147.

20

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 565 (nach *E¹*).

Übersetzung:

NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994, S. 67.

¹¹⁷ Mea opinione nihil Cartesius ad methodum contulit, sed tantum post Galilaeum illustribus speciminibus homines magis magisque excitavit. Sed quod ad Deum et mentem attinet, a proposito longissime abfuit. Caeterum nemo Cartesianorum quicquam alicujus momenti post Cartesium invenit, quod signum est Cartesium egregia quae dedit, non vi methodi, sed vi ingenii et peculiarium animi dotium praestitisse.

27 abfuit (*I*) neque quisquam fere solidi antecessoribus adjecit. Ejus rei indicium est, quod (2). Caeterum *LiK*

Unser Brief nimmt Bezug auf N. 143 und kündigt das verspätete Eintreffen der ausführlichen Darlegungen von N. 146 an.

Nobilissime et Amplissime Domine

:362

|| Literis Tuis responsum aliquod paravi, quod a reduce Reverendissimo Abbe Loccensi,
5 ad quem illud jam ante miseram, accipies. Prolixior fortasse fui, quam sat erat: sed quoniam a
primis principiis omnia arcessere, omnesque, quibus usus sum, terminos definire volui, brevior
esse non potui. Si ex principiis solo naturae lumine cognitis demonstrari potest existentia Dei,
non puto alio modo illud fieri posse, quam quo id facere tentavi. Sed Tuam ea super re
sententiam audire gestio. Vale, Vir Nobilissime, faveque

10 Nobiliss. Amplitud. T.

Obsequentiss.

A. Eckhardo.

Rintel. d. 7. Jun. 1677.

148. LEIBNIZ AN ARNOLD ECKHARD [Sommer 1677.] [147.149.]

15

Überlieferung:

L Konzept: LBr 227, Bl. 36–37. 1 Bog. 4°. 4 S.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 237–247.

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 266–270.

E³ II, 1 (1926) N. 148.

20

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 602–605 (nach *E¹*).

Übersetzungen:

1. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 271–277. – 2. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 2. Aufl. 1969, S. 177–180. – 3. NAVARRO, *Corresp. Leibniz-Eckhard*, 1994,
25 S. 114–119.

Das Konzept der nicht gefundenen Abfertigung antwortet auf N. 146 u. N. 147 und dürfte wohl noch im Juni in direkter Auseinandersetzung mit Eckhards Thesen verfaßt worden sein. Beigeschlossen war vermutlich eine lateinische Vorform (LH XXXV, 8, 30, Bl. 3) des am 23. Mai 1678 im *Journal des Scavans* gedruckten Beitrages *Extrait d'une Lettre de M. Leibniz . . . touchant la Quadrature d'une portion de la Roulette* (Leibniz an 30 de la Roque, 25. April 1678, III, 2 N. 158).

5 ad . . . miseram, erg. K

|| Adm. Rev^{de} et Ampl^{mē} D^{ne}

:362

Doctissimas¹ et amplas magis quam prolixas literas tuas ut primum accepi, statim devo-
ravi totas. Nihil enim est quod legam lubentius, quam quae de tanti momenti argumento tam
eleganter ac solide scribuntur. Responderem fusius, nisi Rev^{mus} Abbas Loccumensis spem ||
fecisset secuturae ratiocinationis in demonstrationis forma. Hanc enim expectare malui. Sed
quoniam nondum advenit illa demonstratio, haec pauca interea reponenda putavi, ut intelligas
acceptas mihi lectasque studiose literas tuas.

363

Postquam explicuisti perfectionem tibi esse Entitatem, in quantum a non Entitate recedere
intelligitur, vel ut ego definire malim, perfectionem esse gradum seu quantitatem realitatis
seu essentiae, ut intensio gradus qualitatis, et vis gradus actionis, cessant nonnullae mearum 10
objectionum. Patet etiam Existentiā esse perfectionem, seu augere realitatem, id est cum
concipitur A existens, plus realitatis concipi, quam cum concipitur A possibile. Quan-
quam etiamnum videatur hinc sequi plus perfectionis seu realitatis esse in animo dolente, quam
in indifferente, qui nec gaudeat nec doleat, adeoque metaphysice loquendo, etiam dolorem esse
perfectionem. Quoniam vero voluptas est etiam perfectio metaphysica, quaerendum videtur, 15
dolorne an voluptas metaphysice loquendo major sit perfectio. Et videtur voluptas esse major
perfectio, quia est conscientia potentiae, quemadmodum dolor conscientia imbecillitatis,
imbecillitas autem etiam metaphysice loquendo imperfectio est, conscientia autem metaphy-
sicae imperfectionis, etiam metaphysice loquendo minus perfecta est, quam conscientia meta-
physicae perfectionis. Atque ita dolor quandam in dolente imperfectionem supponit, supersunt 20
tamen et hic scrupuli quidam, quos nunc praetereo.

¹ Oben auf der Seite von Leibniz' Hand: NB. disputation von fliegen. Was sonst da Curieuses.

2 (1) Amplissimas easdemque doctissimas (2) Doctissimas |(a) et (b) et . . . prolixas erg. | literas | tuas
erg. | L 4 Responderem (1) prolix |(2) fuse (3) fusius erg. | L 4 Abbas (1) Molanus (2) Loccumensis L
5 expectare (1) malebam, quam (a) rem (b) de re nond (c) immature judicare |(2) maluerim (3) malui erg. | L
6 demonstratio (1) paucis fateri (2) haec L 8 explicuisti (1) existentiā (2) perfectionem tibi L
9 f. realitatis (1) cessat (2) | seu . . . actionis erg. | , cessant L 11 etiam (1) plus realita (2) Existentiās (3)
Existentiā L 11 augere (1) realitatis gradum |(2) realitatē erg. | L 13 seu realitatis erg. L 13 animo
erg. L 15 perfectionem. (1) Videtur tamen (a) do (b) voluptas esse major perfectio quam dolor, etiam
metaphysice loquendo (2) Quaeritur (3) Quaerendum restat an metaphysice loquendo (a) voluptas (b) do (c)
voluptas sit majo (4) Quoniam L 18 imbecillitatis, (1) quae (2) imbecillitas autem L

Ad arcem causae propero, quae est Utrum Ens perfectissimum non implicet contradictionem, hoc enim demonstrare suscepisti, quod neque Cartesius fecit neque Cartesianorum quisquam, licet a me saepe sint admoniti. Optimam id demonstrandi ingrederis viam, nam si confeceris, perfectissimi conceptum non esse compositum, etiam non implicare contradictionem conclusisti. Promittis ergo te assignaturum esse conceptum aliquem quem constet et simplicissimum esse, et omnem involvere realitatem. Conceptus autem, quem assignas hic est: ut Ens perfectissimum vel Ens a se, vel Ens necessarium sit quod se ipsum ad id omne cuius capax est, determinat. Hunc conceptum aīs non implicare 1) quia sit distinctus, nam singulae ejus partes sunt clarae. 2) Praesertim cum et omnes dividant Ens in id quod est a se et 10 quod ab alio, necesse est ergo aliquam illis subjectam esse notionem, alioqui homines ut psittaci loquerentur. 3) Praeterea scimus quid sit esse ab alio, seu ab alio ad aliqua determinari, ergo sciēmus etiam quid sit ab alio non determinari. 4) Praeterea experimur non implicare hunc conceptum, determinari a se, hoc enim quotidie in volitionibus nostris experimur. 5) Item purus actus simplicior actu cum possibilitate mixto. Ergo cum hic non contineat implicantia, 15 multo minus continebit ille. 6) Quin imo addis nihil aliud ad Ens perfectissimum requiri, quam ut sit Mens perfectissima, id est cui omnes competant perfectiones quae in aliquam mentem cadunt. Quoniam omnis substantia aut Mens est aut corpus, Ens autem seipsum determinans non est corpus, Ergo erit Mens. Mens autem perfectissima || utique non implicat: nempe Mens perfectissime intelligens et volens. Perfectissime intelligere seu omnia intelligere non implicat 20 contradictionem, quia nec intelligere. Ita omnia uno actu semper intelligere non implicat, quia plura uno actu aliquandiu intelligere non implicat. Ipsi enim intellectio repugnat nihil aliud quam non-intellectio, non intellectio perfecta. Mens etiam perfectissime volens non implicat, seu quae omnia quae vult possit. Nam ipsi potentiae non opponitur omnia posse, sed ipsum non-posse. Quia ergo Ens se ad omnia quorum capax est determinans est Mens perfectissima, 25 adeoque perfecte volens seu omnipotens, sequitur omnes alias realitates ab ipso esse. Atque ita alteram quoque partem probas asserti tui, scilicet quod Conceptus quem Enti perfectissimo

5 conceptum (1) Entis perfectissimi, que (2) aliquem L 7 est: (1) se ipsum ad id omne cuius capax est determinare, seu a nemine pati, esse actum purum (2) ut L 7 f. perfectissimum (1) se ipsum ad id omne cuius capax est, determinet (2) vel . . . determinat L 8 aīs (1) esse clarum et distinctum, quia (2) non . . . nam L 9 2) erg. L 9 omnes | philosophi gestr. | dividant L 11 3) erg. L 12 4) erg. (1) Ostendi (2) Praeterea L 13 5) erg. (1) Praet (2) Item L 18 f. Mens (1) omnia (2) perfectissime L 20 semper erg. L 21 aliquandiu erg. L 21 implicat. (1) Itemque semper intellectio (2) Ipsi L 22 quam (1) intellectio (2) non-intellectio L 22 perfecta. (1) Ita Deus per (2) Mens L 23 non (1) sumitur | (2) opponitur erg. | L 24 non-posse. (1) 5) (a) Actu (b) Sunt quaedam actu existentia quae non sunt a se ut mens nostra ergo ex (2) M (3) Quia L 24 Ens (1) perfectissimum est mens perfectissima (2) se a (3) se L 26 quoque erg. L

assignas non tantum non implicet, sed et omnem aliam perfectionem producat, seu eminenter contineat. His jam ostensis 7) probas existentiam Entis perfectissimi etiam alio modo, ex Existencia Entium quorundam contingentium, ex. c. mentis nostrae aut Mundi. Talia enim Entia necesse est accepisse suam existentiam ab eo, cuius natura haec est, ut alia omnia ab eo fluant.

His ni fallor ratiocinationum tuarum compendium continetur, quae a te praclare atque eleganter diducuntur. Dicam ingenue ac sincere quid etiamnum ad absolutae demonstrationis perfectionem in summa desiderem. Ad 1.) Respondeo, non sufficit ad distinctum conceptum, quod omnes partes ejus sint clarae, nisi illud etiam clarum sit, posse eas conjungi inter se. Ita qui dicit maximam velocitatem, intelligit, quid sit velocitas quid maximum, nec tamen intelligere potest maximam velocitatem, ea enim implicat, ut facile demonstratur. Ad 2.) quemadmodum qui dicunt Maximum velociatem non loquuntur ut psittaci, etsi aliquid dicant, cui nulla subest notio possibilis, ita et objici potest illos facere qui Ens a se enunciant. Ad 3.) Non sequitur, oppositorum uno intelligibili existente, intelligibile esse et alterum, potest enim fieri ut alterum oppositorum implicet. Ut si hominem dividias in rationalem et irrationalem, corpus in mobile et immobile. Ita et si Ens dividias in id quod est ab alio, et quod non est ab alio. Nam 15 adversarii dicent, quicquid sit, necessario esse ab alio. Ad 4.) an a nobis, an vero potius ab objectorum impressionibus determinemur ad volendum magna adhuc quaestio est. Ad 5.) videtur esse σόφισμα. Eodem modo summa vel pura celeritas, erit simplicior (in speciem) celeritate quae cum tarditate mixta est, et tamen simplex illa celeritas implicat, mixta tarditati non implicat. Et re recte inspecta, purus actus supponit multa et magna, nempe tot potentias 20 quot sunt res ad quas se determinare debet, imo potentiam excludendi et velut repellendi potentias externas. Unde vides quam lubricum sit argumentum hoc: actui non repugnat nisi non-actus, ergo purus actus non repugnat, quasi vero certum sit omnes actus omnesque potentias secum invicem stare posse. Adversarii credunt talia Entia in quae omnem virtutem, omnem actum velut coacervamus esse chimaerica. Ad 6.) Assumitur sine probatione omnem substantiam || esse Mentem aut Corpus quod tamen certum non est, etsi nullae aliae a nobis unquam sint cogitatae. Possunt enim aliae esse forte de quibus non magis cogitamus quam caecus de coloribus. Ut probes Mentem omnia intelligentem perfectissime volentem seu omnia potentem, non implicare, eodem quo ante (si quid judico) paralogismo uteris, quia ipsi, intelligere

3 contingentium, (1) nempe (2) ex. c. L 3 aut Mundi erg. L 4 suam (1) (naturam) (2) existentiam (a) ab alio (b) imperfectis (c) ab eo (aa) quod (bb) cuius L 7 Respondeo, erg. L 8 se. (1) Ita (2) s (3) de quo mox pluribus (4) Ad 2) (a) quemadmodum (b) iterum (5) Ita L 16 an (1) in volitionibus nostris (2) a L 18 summa vel erg. L 20 supponit (1) aliquid quod (om) (2) multa et (a) (ingen) (b) magna, (aa) nempe uni omnia sumpta (bb) nempe L 22 externas. (1) Nec sequitur actus (2) Unde L 22 hoc erg. L 25 velut (1) colligimus implicare (2) coacervamus (a) implicare |(b) esse chimaerica erg. |L

opponitur, non intelligere, non omnia simul ac semper intelligere; eodem argumento probabis etiam oculum omnia simul ac semper videntem, esse possibilem. Idem est cum ipsi posse opponi aīs impotentiam[,] non potentiae perfectionem. Haec ad ea quibus probas conceptum Entis se determinantis non implicare. Probatio autem qua contendis Ens illud quod 5 se ipsum determinat, etiam alia omnia determinare adhuc debilior minusque elaborata videtur. Nam huc redit: Ens seipsum determinans ad omnia quorum capax est, non est corpus. Ergo Mens. (Assumitur ergo quod minime demonstratum est, omnem substantiam esse Mentem vel Corpus.) Porro quia Mens, nec Mens quaelibet, ideo erit Mens aliqua in particulari, quae alia ergo quam perfectissima? (quam possibilem esse eo quem dixi paralogismo probare conaris).
 10 Sed hoc non sequitur, potest enim Menti perfectissimae cum aliis quibusdam mentibus commune esse, ut seipsam ad omnia [quorum] capax est, determinet. Nec enim statim perfectissima erit quae seipsam determinat, quia fieri potest ut alia detur perfectior, se etiam ad omnia [quorum] capax est determinans. Nam perfectior Mens cum plurium capax sit, se etiam ad plura determinabit. At vero inquires Mens perfectissima est omnipotens, ideo omnia alia potest, seu 15 determinat, ergo non possunt esse plures mentes se determinantes. Respondeo non esse probatum talem Mentem perfectissimam possibilem esse, et praeterea sufficit ad perfectionem mentis, ut omnia sciat, omniaque quae velit possit. Hinc vero non sequitur omnia posse, quia non omnia volet, neque enim volet, quae non esse in potestate intelliget, id est non volet ea determinare quae jam per se determinantur. Ratiocinatio 7.) supponit tale Ens perfectissimum a 20 quo scilicet omnia sint, possibile esse. Ideoque non indiget peculiari responsione.

Haec sunt quae per compendium tuis ratiocinationibus reponi possunt, ut quicquid mihi adhuc scrupulum moveat circa rei summam, velut in Tabula depictum videas. De reliquo multa a Te pulchre dicuntur, quae nunc non attingo. Multa etiam passim inspergis quibus assentiri non possum, quale illud est Cartesianum, quod aeternae veritates sint a voluntate Dei, quod mea 25 sententia aut error est, aut logomachia. Multa praeclara affers, de natura actionis, potentiae, necessario, immutabili, aeterno, voluntate, cogitatione, voluptate, dolore, quae laudanda, non refutanda sunt. Passim tamen annotavi nonnulla, quae Tibi opinor non ingrata futura eaque tibi alias mittam, vel ideo ut ampliorem habeas materiam ingenii dotes explicandi. Ego in summa

3 aīs (I) non posse non omni (2) impotentiam non (a) omni (b) potentiae L 4 contendis (I) implicare (2) Ens L 5 determinare (I) paulo (a) m (b) levior | (2) adhuc debilior erg. | (a) atque (b) minusque L 7 mentem (I) ac | (2) vel erg. | L 9 perfectissima? (I) (quasi vero (2) (quam (a) pro (b) possibilem L 10 enim (I) id convenire Menti allegi (2) Menti L 10 quibusdam erg. L 11 cuius L ändert Hrsg. 12 quia (I) alia ipsa perfectior, se quidem (2) fieri . . . se L 13 cuius L ändert Hrsg. 13 f. est, (I) determinabit, sed tamen ad plura, quia perfectior Mens plurium capax est. |(2) determinans, . . . plura (a) spont(e) (b) determinabit erg. | L 14 alia (I) producit (2) potest L 15 ergo . . . determinantes erg. L 18 non (I) sunt in potestate (2) esse . . . intelliget L 22 circa rei summam erg. L 24 Cartesianum erg. L 27 f. eaque . . . mittam erg. L 28 ut (I) occasionem (a) discu (b) <-> (c) habeas nonnulla (aa) <-> (bb) amplius discutiendi (2) ampliorem L

28 alias mittam: nicht gefunden.

illud arbitror, Cartesium quod maxime in hoc negotio desiderabatur possibilitatem Entis perfectissimi probare, ne aggressum quidem, itaque quod a Te hoc loco factum est non pro Cartesiano a me haberi, sed pro Tuo. Nam quod Cartesiana methodo id || a te factum ais, non capio. Quid est enim obsecro illa toties a nonnullis jactata methodus Cartesiana? et quid habet quod nos alii ignoremus aut quo non omnes bene ratiocinantes ante Cartesium natum sint usi. 5 An forte et Archimedes et Galilaeus Cartesiani fuere? In Geometria fateor methodum dedit Cartesius, sed illa neque a Vietaea multum abest, et multum abest a perfectione. Nam ad innumera et potissima ac pulcherrima problemata non pertingit. Falsum enim est problemata omnia ad aequationem revocari posse, quae postea per curvam aliquam [qualem] Cartesius recipit construi queat. Ego ingenium Cartesii et judicium maximus facio, sed quae vi genii 10 praestantis peregit methodo quadam singulari a se praestita orbi persuadere [voluit], ut scilicet allicerentur homines spe artem reperiendi, qua mediocre ingenium eximio aequari possit. Ego vero video neminem fere Cartesianum quicquam dedisse quod ad inventa Magistri vel eminus accedat, et quae post Cartesium praeclara reperta sunt, ejus methodo non deberi, imo nescio qua fortunae invidia a quibusvis potius quam Cartesianis inventa esse. Quare nolim Vir Cl^{me} Tibi 15 aliisque eximiis philosophis injuriam fieri, et quicquid ab ipsis producitur egregium id statim credi Cartesianum. Illud quoque observo, quicunque uni auctori nimis assuescant plerumque sibi obstruere progressus ulterioris vias. Sed haec de his nunc quidem. Varietatis causa adjicio hic demonstrationem cujusdam singularis theorematis circa Cycloidem a me reperti, quod Gallus quidam a me sibi mitti postulat. Ego tibi examinandum subjicere volui. Rogo ut mihi remittas, 20 non enim describendi otium fuit, et talia per alium non commode describuntur.

1 Cartesium | darüber a Cartesio | L 1 maxime (1) pendenda (2) in |hoc erg. | negotio (a) ⟨ – ⟩ (b) desiderabatur L 5 ignoremus (1). Aliud (a) es (b) est praeclara invenisse Cartesium, aliud Methodum dedisse novam. (aa) Galilaeus certe ⟨an⟩ Cartesiana (bb) Archimedes certe et Cartesius et (cc) Galilaeus (2) aut L 5 f. usi. (1) Nec invento (2) An L 6 fuere? (1) Etiam in Geometria ubi potissimum ⟨ – ⟩ Cartesius (2) In L 7 multum (1) differt |(2) abest erg. | L 9 quales ändert Hrsg. (1) Geometricus (2) Cartesius L 10 facio, (1) ambitionem (a) vel ipsius vel aliorum (b) ipsius aliorumque, (2) sed L 11 se (1) peracta |(2) praestita erg. | L 11 voluisse L ändert Hrsg. 13 vero (1) video (2) fe (3) animadverto (a) ⟨in⟩ (b) pauca dari a Cartesianis (4) video L 15 Cartesianis (1) reperta |(2) inventa erg. | L 16 aliisque (1) egregiis |(2) eximiis erg. | L 18 Sed . . . quidem erg. L

19 f. Cycloidem . . . postulat: s. die Vorbemerkung.

149. ARNOLD ECKHARD AN GERHARD WOLTER MOLANUS FÜR LEIBNIZ
 [Sommer 1677.] [148.173.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 38. 1 Bl. 4°. 1 $\frac{1}{4}$ S. (Postscript eines nicht gefundenen Briefes von Eckhard an Molanus.)

5

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 247–248.

E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 270–271.

E³ II, 1 (1926) N. 149.

Weiterer Druck:

10

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 606 (nach E¹).

Unser Brief antwortet auf N. 148 und ist Postscriptum eines nicht gefundenen Briefes von Eckhard an Molanus. Mit dieser Bemerkung endet die briefliche Erörterung des Gottesbeweises. Der Brief kann frhestens in der zweiten Junihälften verfaßt worden sein, wahrscheinlich aber auch nicht wesentlich später, zumal Eckhard Molanus berichtet, er schicke die *nuper* in N. 148 beigelegte mathematische Schrift, für die Leibniz um baldige 15 Rückgabe bat, *jam* an ihn zurück.

:366 || P. S.

Quae a D^{no} Leibnitzio ad me misisti, mirifice mihi placent: illisque responsum aliquod paro propediem ad vos mittendum. Objectiones, quas fecit, ad rem valde faciunt, ad quas tamen satis commode respondere, difficultatesque omnes amoliri me posse non diffido. Certat in hoc 20 Viro cum eruditione humanitas, alteraque alteri non cedit. Ego licet eruditione ab ipso me vinci non diffitear, id tamen operam dabo, ne humanitate etiam vincar. Theorema Mathematicum nuper mihi transmissum descripsi, illudque jam remitto, gratiasque ago Viro Nobilissimo, quod scientiam meam ingeniosissimo hoc invento augere non dignatus fuit. Quod autem judicium meum ea super re insuper requirit, humanitatem ejus agnosco. Demonstratio satis liquida est, et 367 25 ex suppositis¹ apte et concinne deducta. De horum veritate || dubitari non potest: cum posterius a magnis Mathematicis demonstratum sit: prius autem ex ipsius figurae inspectione pateat. Est enim linea CD a rotatione arcus quadrantis ADC descripta, adeoque ipsi aequalis. De cetero gratulor Amplissimo Viro de tam nobili invento, quod vel solum summis quibusque Mathematicis illum aequiparandum docet.

30 ¹ Wahrscheinlich von Leibniz unterstrichen.

22 Theorema Mathematicum: mit N. 148 zur Begutachtung und mit der Bitte um eine rasche Rücksendung geschickt.

150. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING
Hannover, 19. (29.) Juni 1677. [145.151.]

Überlieferung:

L Abfertigung: LBr 171, Bl. 22. 1 Bl. 4^o. 2 S.

E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 176–177.

E² II, 1 (1926) N. 150.

5

Unser Brief antwortet auf N. 145 und wird zusammen mit N. 151 durch N. 152 beantwortet. Er war Beischluß zu einem Brief von Leibniz an Eisenhardt vom Juni 1677 (nicht gefunden).

|| Amplissime Domine

Hanoverae 19 Jun. 1677.

:367

Literas Tuas eo majore gaudii sensu accepi, quo minus sperabam aliquam Tibi restare ¹⁰ memoriam mei, quam certe meruisse me, dicere non possum: nam cum temporum locorumque intervalla colere amicitiam illam vetuissent, qua me olim dignari velle visus es, habebam cur vererer ne hominis tui quidem studiosissimi, sed reapse inutilis parum recordareris. Sed hoc metu me literae tuae absolverunt, quas humanitati potius tuae, quam ulli merito meo tribuo. Redditae sunt mihi tardius ob absentiam: postea expectandus fuit reditus Ser^{mi} Principis ex ¹⁵ Holsatia ut tibi de nonnullis responderem certius. Gratias ago maximas quod misisti literas Cl^{mi} Justelli. Cui si respondere voles, poteris id tuto facere per me. Ab eo tempore alias accepi ab eodem Justello, quas Glazius quidam Secretarii Consistorialis filius nuper redux attulit. Sed nihil est in illis quod in prioribus non continetur: nam dubitasse de earum redditione visus est.

Diu est quod laborat in Diplomatū vetustorum Critica, quae mihi hodie longe utilior ²⁰ videtur, quam vetus illa quam autores nostri in autores tantum graecos et latinos, quos ipsi vocant classicos, exercebant. Multas in eam rem collegit regulas, quibus vera a supposititiis discerni possint, quas lectissimis exemplis illustravit: non dubito quin hoc suum institutum tibi quoque exposuerit, a quo et juvari potest. Sciunt enim omnes quantum tum in aliis multis rebus, tum maxime in hoc genere possis.

25

Audio resumtum a Te opus *de finibus Imperii*, quod haud dubie te dignum pariter et praesenti rerum statui congruum est. Si qua alia aut meditaris aut affecta habes, eorum indicem

11 mei (1) hominis (2) quam L
27 eorum | saltem gestr. | indicem L

20 in (1) Diplomatis vetustis (2) Diplomatū vetustorum L

17 literas: Justel an Leibniz, 17. Februar 1677 (I, 2 N. 218). 17 f. alias accepi: Justel an Leibniz, 17. April 1677 (I, 2 N. 238). 20 Diplomatū vetustorum Critica: Eine entsprechende Schrift von Justel konnte nicht nachgewiesen werden. 26 H. CONRING, *De finibus imperii Germanici libri duo, quibus jura finium a primo imperii exordio ad haec nostra tempora usque illustrantur*, Helmstedt 1654; verb. u. verm. Ausg. Frankfurt u. Leipzig 1680.

368

aliquem ex Te discere opto, ut saltem interim nos spe pascamus. Ego certe non dubito quin multa habeas praeclera cogitata, quae nondum comparent in scriptis tuis. Neque de rebus tantum civilibus aut Germanicis loquor, scimus enim ad omnia pene studiorum genera extendi ingenii tui vastitatem, et in religionis quoque negotio et in ipsa scientia medica sive naturali 5 multa minime vulgaria a te dici posse. Nescio an videris libellum quem P. Honoratus Fabry e Societate Jesu, Gallus natione, sed Romae a multis annis agens libro tuo, quem || *Concussionem Fundamentorum fidei pontificiae* appellasti, opposuit. Autor est sine controversia eruditus, et in variis scientiis, etiam mathematicis ac physicis egregie versatus.

Cum tot annorum decursu partim experientia quam non negligis, partim meditatione, qua 10 in primis vales, multa de re medica praeclera observare potueris, quae certe ad hominum multorum salutem conferre possunt, optandum est profecto ut des operam ne quicquam eorum pereat.

Pro libello *de Pace protestantibus danda* gratias ago nomine Serenissimi Principis: eidem non ingratum erit, quicquid ei mittes, etiamsi contra Capucinos dirigatur, tametsi intellexisse se 15 dicat, scribi a te quaedam acrius, quam nonnulli desiderant, aut necessitas postulet.

Si quid est in his locis, quo tibi operam meam probare possim, id mihi ut imperes rogo.
Vale interea faveque

Vir Amplissime Tibi deditissimo Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

151. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

20 Hannover, 29. Juni (9. Juli) 1677. [150.152.]

Überlieferung:

L Abfertigung: LBr 171, Bl. 21. 1 Bl. 4°. 2 S.

E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 177–178.

E² II, 1 (1926) N. 151.

2 multa (1) habeam (2) habeas L 3 loquor, (1) scio (2) scimus L 4 religionis (1) (pene) (2)
quoque L 11 est (1) certe | (2) profecto erg. | L

7 H. CONRING, *Fundamentorum fidei pontificiae concussio*, Helmstedt 1654. 7 H. FABRI, *Hermannii Conringii concussio excussa, et Romanae fidei firmitas inconcussa*, Augsburg 1664. 13 libello: das von Conring unter dem Pseudonym Irenaeus Eubulus herausgegebene Buch *Pro pace perpetua Protestantibus danda consultatio Catholica*, Helmstedt 1648; vgl. N. 145.

Da Conring nach zwei Wochen noch nicht auf den Erhalt von N. 150 reagiert hat, sendet Leibniz ihm unseren thematisch gleichen Brief erneut als Beischluß zu einem Schreiben an Eisenhardt vom 9.(?) Juli 1677 (nicht gefunden). Eisenhardt bestätigt Empfang und Weiterleitung am 22. Juli 1677 (I, 2 N. 259). Unser Brief wird von Conring umgehend zusammen mit N. 150 durch N. 152 beantwortet.

|| Nobilissime et Amplissime Domine

Hanoverae 29. Junii 1677. 5 :368

Duae propemodum septimanae sunt quod ad Te literas dedi operculo inclusas, quod Cl^{mo} Eisenharto inscripseram. Eas non perlatas doleo satis ac miror. Scripseram in illis et accepisse me Tuas, et mirifice gavisum quod Te mei adhuc meminisse intelligerem. Sed et gratias agebam de transmissis literis Cl^{mi} Justelli et obsequia mea studiaque, qualiacunque effectu, certe voluntate amplissima, Tibi deferebam. Significavi etiam me libellum Tuum, *de pace Religionis* 10 obtentu non violanda, obtulisse Ser^{mo} Principi nostro, cui ille gratus fuit: eademque occasione intellexisse me non illubenter accepturum Principem, quicquid ei contra Capucinos mittere. Haec erat literarum mearum summa, quas non ante scribere potueram quam ubi Principi ex Holsatia reduci loqui licuit. Adjeceram nonnulla ex quibus intelligere posses virtutem tuam atque consummatam eruditionem a me coli. Hortabar etiam, ut quicquid in schedis tuis elaboratum superest, publico bono quamprimum producere ne gravareris. Neque enim dubito quin multas praeclaras meditationes in omni eruditionis genere habeas, quas nondum nobiscum communicasti. Ea occasione rogavi, ut frui nos patiere etiam illis tuis lucubrationibus, quae ad naturalem scientiam et sanitatem tuendam atque restituendam pertinent. Neque enim fieri potest, quin Tu, qua es ingenii vi, multa in eo genere praeclera excogitaveris, et longo annorum 15 spatio observaveris, quae non perire interest Reipublicae.

Haec erant quae fere ad Te tunc scripseram, quibus nunc quae adjiciam vix habeo. Intellexi tantum Lugduni Gallorum prodiisse libellum Jacobi Spondii Medici, cui titulus est || 369 *ignotorum atque obscurorum Deorum arae*. Multae in eo inscriptiones veteres apud alios non extantes. Autor in itineribus suis per Italiam et Graeciam ad tria millia Latinarum, et sexcentas 25 graecas a se collectas ait, quas suo tempore producet.

11 eademque (1) me opera (2) occasione L 19 enim (1) dubito (2) fieri L 25 millia (1) a se collecta dicit, qua (2) Graec (3) Latinarum L

9 literis: Justel an Leibniz, 17. Februar 1677 (I, 2 N. 218). 10 f. libellum: H. CONRING, *Pro pace perpetua Protestantibus danda consultatio Catholica*, Helmstedt 1648; vgl. N. 150. 12 contra Capucinos: H. CONRING, *Discussio eorum quae opposuit suaे Animadversioni in Novenam Antonianam Hannoverae editam Dionysius Werlenensis*, Helmstedt 1677. 24 J. SPON, *Ignotorum atque obscurorum Deorum arae*, Lyon 1676. 25 f. Autor . . . producet: J. SPON, *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grèce et du Levant*, 4 Bde, Lyon 1678–1680.

De Republica quae scribi possint vix habemus, in tanta rerum omnium perturbatione, necdum enim appareat quis futurus sit exitus. Progressus hinc Gallorum, illinc Danorum pacem magis magisque difficilem reddunt. Batavis voluntas optima sed quae ad extremum sufficere tot oneribus non possit. Itaque si ut quidam ajunt, ego vero vix credo, Gallus Burgundiae Comis tatum reddere et in Belgio iis tantum quae finibus suis imminent contentus esse vult (nam Lotharingiam et Siciliam ne retinere quidem velle professus est), putem ambabus manibus arripiendam pacem; praesertim cum metuendum sit ne Hungarici motus Caesareum militem a Rheno avocent. Noviomagi adhuc litigatur, et credo litigabitur de Jure Principum mittendi legatos, qui ab Electoralibus non distinguantur, qua de re Tuam sententiam audire optarem.

10 Vale faveque

Vir Nobil^{me} et Ampl^{me} tui nominis cultori Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

152. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ
Helmstedt, 13. (23.) Juli 1677. [151.156.]

Überlieferung:

- 15 *K* Abfertigung: LBr 171, Bl. 23–24. 1 Bog. 4°. 3 1/4 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druckvorlage.)
 k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 6, S. 288–292. 5 Bl. 4°.
 5 S. (Kriegsverlust.)
 E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 179–180 (nach *K*).
 E² II, 1 (1926) N. 152 (nach *K*).
 20

Quicquid possibile est non-existere illud falso dicitur non posse non-existere. 20

Quicquid falso dicitur non posse non existere, illud falso dicitur esse necessarium. Nam necessarium est quod non potest non existere.

Ergo Ens necessarium falso dicitur esse necessarium.

Quae conclusio est vel vera vel falsa.

Si est vera, sequitur quod Ens necessarium implicet contradictionem, seu sit impossibile, 25
quia de eo demonstrantur contradictoria, scilicet quod non sit necessarium. Conclusio enim contradictoria non nisi de re contradictionem implicante ostendi potest.

17 f. Nam . . . modo: *erg.* (1) Si ens (a) non (b) nec. non existit, possibile est ipsum non existere. Si possibile est |Ens necessarium darüber: E. N. | non existere, falsum est (aa) ipsum (bb) non esse possibile ipsum non existere (2) Ens *L¹* 19 non (1) esse (2) existere *L¹* 20 f. est (1) non esse illud falsum est non posse non esse. Quicquid falsum est non posse non esse, illud falsum est (a) esse (b) existere necessarium. (2) non-existere . . . necessarium. *L¹* 21 f. Nam . . . existere *erg.* *L¹* 23 f. necessarium (1) Quod est abs (2) Quae *L¹* 25 seu sit impossibile *erg.* *L¹* 26 f. scilicet . . . potest *erg.* *L¹*

Si est falsa, necesse est aliquam ex praemissis esse falsam, sola autem ex praemissis falsa esse potest hypothesis, quod scilicet Ens necessarium non existat.

Ergo conclusimus Ens necessarium vel esse impossibile, vel existere.

Si ergo Deum definiamus Ens a se, seu Ens ex cuius essentia sequitur existentia, seu Ens necessarium, sequitur Deum si possibilis sit actu esse.

Notandum hic est, quod conclusio implicans contradictionem potest esse vera, si scilicet sit de re impossibili. V.g. circulus quadratus non est circulus. Quae propositio vera est, etsi contradictoria sit, nam ex veris legitime probatur hoc modo: Quadratus non est circulus, circulus quadratus est quadratus, Ergo circulus quadratus non est circulus.

10 [L²]

Propositio

Si Ens necessarium est possibile, actu existet.

Demonstratio

Nam ponamus non existere, inde ratiocinabor hoc modo:

15 Ens necessarium non existit, ex hypothesis.

Quicquid non existit, illud possibile est non-existere.

Quicquid possibile est non-existere illud falso dicitur non posse non-existere.

Quicquid falso dicitur non posse non-existere, illud falso dicitur esse necessarium.

Ergo

20 Ens necessarium falso dicitur esse necessarium

Quae conclusio cum sit contradictoria, contradictoria autem non nisi de re contradictionem implicante ostendi possint, sequitur aut Ens necessarium implicare contradictionem, sive non esse possibile: vel si possibile est, conclusio contradictoria de eo fieri non potest, necesse est aliquam ex praemissis esse falsam: quae non alia esse potest quam ipsa Hypothesis, quod scilicet Ens necessarium non existat: rejicienda est ergo, ac proinde

25 Si Ens necessarium est possibile actu existet.

1 falsa, (1) sci (2) necesse L¹ 2 non (1) necess (2) existat. L¹ 7 V.g. (1) figura (2) circulus L¹
8 modo: (1) Figura quadrata ⟨ - ⟩ (2) quadrat⟨ - ⟩ (3) Quadratus L¹ 12–14 existet. |Haec pr erg. u. gestr.|
Demonstratio . . . modo: erg. L² 15 ex (1) pr (2) hypothesis. erg. L²

Corollarium

Cum Deum definiamus Ens a se, vel Ens ex cuius essentia sequitur existentia, vel Ens necessarium ideo sequitur haec propositio memorabilis:

Si Deus est possibilis actu existet.

Q.E.D.

Haec propositio est fastigium doctrinae Modalium.

5

Scholium

Quia Deus etiam definitur Ens perfectissimum et vero Existentialia ex numero perfectionum est, hinc recte quidem dicitur Deum esse Ens cuius essentia involvit existentiam; non tamen potest inde demonstrari cum Cartesianis, Deum existere, sed hoc tantum, Deum existere,¹⁰ posito quod essentiam aliquam habeat, id est posito quod sit possibilis. Et haec cautio eleganter in primis patet ex demonstratione nostra, hoc loco posita. Nam si conclusiones contradictoriae (qualis hoc loco est: Ens necessarium falso dicitur esse necessarium) semper essent falsae, tunc aliqua ex praemissis nostris etiam fuisset falsa, ac proinde haec ipsa: Ens necessarium non existit. Demonstratum ergo habuissimus Ens necessarium, seu¹⁵ Deum, existere. Verum observandum est (quod hactenus quantum scio non est observatum) propositiones contradictorias posse esse veras, si ostendantur de rebus impossibilibus seu contradictionem implicantibus. Exempli gratia, de circulo quadrilatero legitima illatione probari potest quod non sit circulus, quia quadrilaterum est rectilineum, circulus autem non est rectilineum. Ostendimus ergo saltem vel Deum esse impossibilem, vel actu existere. Quod magni²⁰ momenti esse puto, facilius enim est ostendere rerum possibilitates quam existentias; et unaquaque res habetur possibilis, donec contrarium probetur. Cartesianos autem qui absolute existentiam hoc modo probasse putabant, mirum non est assensum non obtinuisse. Eodem enim modo quo ipsi Deum, ostendi posset hominem existere. Ponamus enim conceptum aliquem, homo necessarius quem significamus per A. Dico ipsum A existere quod ipsorum methodo²⁵ probo, nam ejus essentia involvit existentiam ex hypothesi. Sed respondebitur incertum esse an talis essentia detur seu recte fingi ac distincte concipi possit sive an A sit possibile.

⁶ Haec . . . Modalium. erg. L^2 9 existentiam; (1) sed (2) verum (3) non | tamen erg. | L^2 10 inde (1) concludi | (2) demonstrari erg. | L^2 12 f. contradictoriae (1) semper essent absurdæ sive falsæ, necesse est (2) (qualis L^2 16 quantum (1) <scimus> (2) scio L^2 18 circulo (1) quadrato (2) quadrilatero L^2 19 quia (1) est q (2) quadratum (3) quadrilaterum L^2 25 necessarius | et homo existens gestr. | quem L^2 25 f. quod . . . probo erg. L^2 26 respondebitur (1) talem (2) incertum L^2 27 seu | recte erg. | fingi (1) sive (2) ac L^2

[L^3]

:390

|| Januar. 1678.

Probatio existentiae Dei ex ejus essentia.

(1) Existentialia possibilis seu Possibilitas rei alicujus, et ejusdem rei essentia sunt inseparabiles (id est si unum eorum datur in regione idearum seu veritatum, seu realitatum, etiam alterum in ea datur. Sive existente veritate unius, existit veritas alterius, veritates enim existunt, etiam si res non existant, nec a quoquam cogitentur.....)

Ergo subsumendo

(2) Existentialia possibilis seu possilitas Dei, et essentia Dei sunt inseparabiles (nam essentia rei, est specialis ratio possilitatis).

Jam vero

(3) Essentia Dei et existentialia ejus actualis sunt inseparabiles.¹ Vide probationem hujus (3) sub signis NB. et NB NB.

¹ Am Rande: Si ens necessario existens est possibile, utique existet, nam si Ens necessario existens non existit, erit impossibile quia contradictionem implicat aliquid esse necessario existens, et tamen non existere. Res ergo tantum eoredit, ut ostendamus Ens necessarium, seu Essentiam ex qua sequatur existentialia, possibilem esse.(Res tota uno verbo huc redit: Si Ens necessario existens est possibile, utique actu existet. Nam si non existet utique possibile est ipsum non esse. Ergo impossibile est ipsum esse necessarium seu non posse non esse. Ergo Ens necessarium actu non existens non est possibile. Ergo si Ens necessarium est possibile actu existet.)Ens necessarium esse pariter ac possibile esse probatur etiam ex eo, quia alioqui omnia sunt contingentia. Si omnia sunt contingentia ergo poterant aliter esse aequali ratione, seu falsum est nihil esse sine ratione. Si Ens necessario existens est possibile, tunc essentia intelligi potest quae includit necessariam existentialiam. Sit illa essentia A. Dico Ens essentia A praeditum existere. Nam si non existit non est necessarium ut existat. Ergo Essentia ejus non includit necessariam existentialiam quod est contra Hypothesin, sive implicat, sive est impossibile. Ergo si Ens essentia A praeditum non existit, erit impossibile. Essentia autem A est quae necessariam existentialiam includit. Ergo si Ens necessario existens non existit, erit impossibile, seu si Ens necessario existens est possibile, existet. Q.E.D.

4 rei alicujus erg. L^3 4 rei (1) exis (2) essentia L^3 6 datur. (1) Id est (2) Sive L^3 9 f. (nam . . . possilitatis) erg. L^3 12 f. inseparabiles (1) (quia Deum definimus ens necessarium sive ex cuius essentia sequitur existentialia, sive cuius essentia et existentialia sunt inseparabiles. Nec in hoc supponitur Deum | actu erg. | esse, sed supponitur tantum in regione idearum sive veritatum reperiri quandam (a) substantiam (b) essentiam, cum qua existentialia necessario connectitur, ut tribuimus nomen Dei) (2) Vide . . . NB NB. L^3

Ergo concludendo

(4) Existentia possibilis, seu Possibilitas Dei, et existentia ejus actualis sunt inseparabiles,
sive quod idem est

(5) Posito Deum esse possibilem, sequitur Deum actu existere.

Propositio tertia probatur hoc modo

(3) Essentia Dei et existentia ejus actualis sunt inseparabiles.

NB. || Probo 1^{mo}, nam

1) Essentia Dei et summa perfectio sunt inseparabiles (ex hypothesi, supponimus enim
essentiam Dei continere summam perfectionem).

2) Summa perfectio, et quaeviis perfectio in specie sunt inseparabiles.

3) Existentia actualis est aliqua perfectio in specie.

Ergo

Essentia Dei et existentia ejus actualis sunt inseparabiles.

Sed quoniam haec ratiocinatio in compendium adhuc contrahi et perfectionis mentio inde
rescindi potest, ideo eam hoc modo

NB NB.

Probo 2^{do}

4) Essentia Dei necessitatem existendi involvit (nam Dei nomine intelligimus aliquod Ens
necessarium).

5) Cujus essentia necessitatem existendi involvit, ejus essentia est ab existentia insepara-
bilis (alioqui enim res aliqua est possibilis tantum seu contingens).

Ergo

Essentia Dei et existentia sunt inseparabiles.

Conclusimus ergo denique

Si Deus est possibilis, eum actu existere, adeoque tantum opus est ut probetur Ens
perfectissimum, vel saltem Ens necessarium esse possibile.

20

25

2 et (1) essentia (2) existentia L^3 4 f. existere. (1) Si quis propositionis tertiae ampliorem aut
distinctiorem (a) propositio (b) probationem desideret, illi satisfieri potest (2) Propositio ... modo L^3
17-19 Essentia (1) Dei et necessitas existendi sunt inseparabiles (nam (a) en (b) Deum supponimus sive
definimus Ens necessarium (2) Dei ... necessarium) (a) 5) quod necessitatem (b) Cujus L^3 22 inseparabiles.
(1) Annotata ad *{hanc}* (2) Conclusimus L^3

Annotationes

(1) Haec ratiocinatio difficilior apud homines assensum invenit, quia sine exemplo est, quod non est mirum, nam sola Dei essentia hoc habet privilegium, ut ex ipsa a priori, nulla actualitate, vel nullo experimento supposito concludi possit existentia, quia Deus etiam est Ens primum, sive a se, sive ex cuius essentia sequitur existentia. Qui vero id non considerat, is etiam si se convictum sentiat, nec habeat aliquid solidi quod huic argumentationi reponat, semper tamen suspicabitur aliquam inesse deceptionem, et aegre sibi ipsi suaequae ratiocinationi credere poterit: quemadmodum in omnibus conclusionibus paradoxis usu venire solet.

(2) Cartesiani cum solis conceptibus sive ideis utantur, non satis hujus ratiocinationis vim exprimunt, quod eorum experimento didici, qui ratiocinationem ipsorum cum mea contulere. Ideo etiam non animadverterunt tantum concludi posse hoc modo, quod Deus existat, supposita possibilitate. Ipsi enim credunt absolute hinc probari quod Deus existat, quod falsum est.

(3) Essentiae, veritates, seu realitates conceptuum objectivae non pendent vel ab existentia subjectorum, vel a cogitatione nostra, sed etsi nemo de illis cogitaret, nullaque || existent 392 exempla, tamen in regione idearum seu veritatum, ut ita dicam, id est a parte rei, verum maneret quod actu existant hae possibilites, essentiaeve, et ex illis resultantes veritates aeternae.

(4) Aeternae veritates hoc loco non considerandae sunt ut hypotheticae existentiam actuali supponentes, alioqui enim fieret circulus, id est supposita existentia Dei, inde probaretur existentia; nempe, dicendo Essentia Dei involvit existentiam, id non ita intelligi debet, si Deus existit, necessario existit, sed hoc modo; a parte rei, nemine cogitante nulla conditione facta, absolute et pure verum est in illa essentiarum sive idearum regione essentiam Dei et existentiam inseparabiliter connecti.

(5) Ut in regione aeternarum veritatum, sive in campo idearum a parte rei existente subsistunt Unitas, Circulus, Potentia, aequalitas, calor, rosa, aliaeque realitates vel formae vel perfectiones, etiamsi nulla existerent entia singulare, nec cogitaretur de istis universalibus; ita etiam ibi inter caeteras formas seu realitates objectivas reperitur actualis existentia, non ut in Mundo et in exemplis reperitur, sed ut universalis quaedam forma, quae si in campo idearum cum alia quadam sive forma inseparabiliter connectatur, resultat inde Ens necessario existens actu.

(6) Ut praeoccupatio contra hanc ratiocinationem nostram facilius tollatur, considerandum est eos omnes qui concedunt Deum esse Ens necessarium, concedere debere, ratiocinationem

3 nam (1) (solus Deus h (2) sola L^3 5 sive |ex erg. |cujus (1) essentia (2) existentia (3) essentia L^3
 6 huic argumentationi erg. L^3 7 tamen (1) suspicatur aliquam deceptionem (2) suspicabitur aliquam | inesse
 erg. |deceptionem L^3 8 credere (1) potest (2) poterit L^3 9 satis (1)clare hu (2) hujus (a) ratiocinationibus
 (b) ratiocinationis L^3 13 (3) (1) Existentiae (2) Essentiae L^3 17 (4) (1) Propositiones istae (2) aeternae
 veritates |hoc loco erg. | L^3 17 ut (1) hypotheses ex (2) hypotheticae L^3 23 rei (1) sine (a) <nos> (b)
 cogitatione existente (2) existente L^3 24 aequalitas (1) aliaeque (2) calor L^3 25 perfectiones, (1) ita
 cogitandum est (2) etiamsi L^3 25 nec (1) de illis (2) cogitaretur L^3 26 objectivas (1) existit (2)
 reperitur L^3 30 facilis erg. L^3 31 est (1) ut omnibus (2) eos L^3

aliquam nostrae similem de Deo fieri posse. Nam Necessarium sive Ens a se est, cuius existentia ex ipsam ejus essentia necessario sequitur, sive ab ea est inseparabilis, debet ergo aliqua esse talis ratiocinatio, cuius ope concludi possit existentia actualis de Deo, ex solae ejus essentiae seu existentiae possibilis consideratione, et qui perfecte essentiam Dei intueretur, is manifesto videret a priori, ex ea necessariam existentiam sequi; itaque omnes objectiones, quae contra nostram ratiocinationem prima fronte occurrere solent (quod scilicet ex possibilitatibus non possint concludi actualitates; et id genus alia) statim cadunt, nam etiam ratiocinationi illi per quam ex Dei essentia existentiam sequi intelligeret, qui eam intueri posset, (ut ostendi) eaedem objectiones opponi possunt. Hinc ergo patet qui ratiocinationem nostram superiorem oppugnare velit, eum speciale aliquid ei opponere debere, quod huic ratiocinationi non etiam 10 possit opponi. Cum vero ratiocinatio nostra superior ad nulla particularia descendat, ideo hoc unum ei opponi potest, ut negetur, Dei vel Entis summe perfecti, vel Entis necessarii conceptum esse possibilem. Hoc enim unum illi qui essentiam Dei specialiter intueretur, et ex ea existentiam sequi animadverteret, opponi non posset, quia omnis essentia quam distincte concipimus, non contradictionem implicat, sed possibilis est. Hoc unum ergo superest, ad 15 demonstrandam Dei existentiam, ut possilitas ejus, id est Entis summe perfecti, vel saltem Entis necessarii, demonstretur. Nam aut dicendum est Ens necessarium esse || figuramentum impossibile, aut fatendum est, eum qui ejus naturam specialem (qualiscunque demum ea sit) intelligat, etiam in ea intellecturum esse existendi necessitatem, ex sola essentia seu a priori, seu essentiae et existentiae inseparabilitatem.

393

(7) Spinosa ita ratiocinatur post Cartesium. Idem est dicere aliquid in rei alicujus natura sive conceptu contineri, ac dicere id ipsum de ea re esse verum (quemadmodum in Trianguli conceptu continetur, seu ex essentia ejus sequitur ejus angulos tres esse aequales rectis duobus). Atqui existentia necessaria in Dei conceptu eodem modo continetur. Ergo verum est de Deo dicere necessariam existentiam in eo esse, seu ipsum existere. Huic ratiocinationi aliisque 25 similibus opponi potest: propositiones illas omnes esse conditionales, nam dicere in trianguli natura vel conceptu involvi tres angulos aequales duobus rectis; nihil aliud est dicere, quam si existat triangulum, tunc ipsum hanc proprietatem habere; ita eodem modo, etsi concedatur de Dei conceptu esse existentiam necessariam, tamen inde colligetur tantum, si existat Deus, tunc ipsum hanc proprietatem (necessariae existentiae) habere, sive si Deus existat, eum necessario 30 existere. Nostra vero ratiocinatio hanc difficultatem non recipit, sed probat aliquid majus, nempe Deum si modo possibilis sit, necessario existere actu.

4 f. is (1) inde (2) vid (3) manifesto L^3 7 genus (1) aliae similes) et quae etiam hinc (2) alia) L^3
 7 ratiocinationi (1) (quea) aliquam (2) illi L^3 11 superior erg. L^3 13 unum erg. L^3 14 f. quia . . . est.
 erg. L^3 17–20 Nam . . . inseparabilitatem. erg. L^3 21 post Cartesium erg. L^3 22 f. (quemadmodum . . .
 duobus). erg. L^3 26 f. dicere (1) ex trianguli natura vel conceptu sequi (2) in . . . involvi L^3 29 esse (1)
 actualem (2) existentiam (a) tamen inde tantum (b) necessariam L^3 31 hanc (1) objecti (2) difficultatem L^3

165. LEIBNIZ AN HENRI JUSTEL

4. (14.) Februar 1678. [154.]

Überlieferung:

- 5 *l* Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 458, Bl. 53–54. (Darauf auch *L* von
N. 166.) 1 Bog. 4°. 2 S. auf Bl. 53. Unser Text von Leibniz' Hand. (Vorlage für unseren
Teildruck.)
- A Abschrift (von der Hand Barings und Grubers): LBr 458, Bl. 55–56. 1 Bog. 2°. 3 S.
- E¹* STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 307–308 (Teildruck nach *l*).
- E²* GERHARDT, *Zwei Briefe über Spinoza*, 1890, S. 75 (Teildruck nach *l*).
- 10 *E³* II, 1 (1926) N. 165 (Teildruck nach *l*).
- E⁴* I, 2 (1927) N. 296 (nach *l*).

Aus dem Auszug berücksichtigt unser Teildruck nur Leibniz' Bewertung der von J. Jelles und J. Rieuwertsz 1677 herausgegebenen *Opera posthuma* Spinozas. Justel antwortet am 7. März 1678 (I, 2 N. 306).

:393

Extrait d'une de mes lettres à M. Justel 4 Fevrier 1678.

15 [. . .] Les oeuvres posthumes de feu M. Spinoza ont esté enfin publiées. La plus consi-
derable partie est *Ethica*, composée de 5 traités, *de Deo, mente, affectibus, servitute humana*
seu de affectuum viribus, libertate humana seu de potentia intellectus. J'y trouve quantité de
belles pensées conformes aux miennes, comme sçavent quelques uns de mes amis qui l'ont
aussi esté de Spinoza. Mais il y a aussi des paradoxes que je trouve ny veritables ny même
20 plausibles. Comme par exemple *non nisi unicam esse substantiam, nempe Deum, Creaturas*
esse Modos seu accidentia Dei. Mentem nostram nihil amplius percipere post hanc vitam.
Deum ipsum cogitare quidem sed tamen nec intelligere nec velle. Omnia fieri fatali quadam
necessitate. Deum non agere ob finem sed quadam naturae necessitate. Quod est verbo
25 *relinquere, re tollere providentiam et immortalitatem*. Je tiens ce livre dangereux pour des gens
qui se voudront donner la peine de l'approfondir. Car les autres n'ont garde de l'entendre.

16 5 (1) parties (2) traités *Lil*

15 Von den *Opera posthuma* hat Leibniz ausführliche Exzerpte angefertigt (VI, 4 N. 336).

166. LEIBNIZ AN VINCENT PLACCIUS

[14. Februar 1678.] [153.169.]

Überlieferung:

- L Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 458, Bl. 53–54. 1 Bog. 4^o. 2/3 S. auf Bl. 54 r^o. Darauf auch *l* von N. 165. (Unsere Druckvorlage.) 5
- A Abschrift von *L*: LBr 458, Bl. 57. 1 Bl. 2^o. 1 1/2 S.
- E*¹ STEIN, *Zwei ungedruckte Briefe von Leibniz über Spinoza*, in *Archiv f. Gesch. d. Philos.* III, 1890, S. 76 (nach *L*).
- E*² STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 308 (nach *L*).
- E*³ II, 1 (1926) N. 166 (nach *L*). 10

Unser Auszug der nicht gefundenen Abfertigung ist auf demselben Bogen niedergeschrieben worden wie der Auszug eines Briefes von Leibniz an Henri Justel vom 14. Februar 1678 (N. 165), worin dieselbe Thematik behandelt wird. Sowohl unser Auszug wie der von uns gedruckte, Spinoza betreffende Teil des Auszugs N. 165 sind von Leibniz' Hand und dürften wegen des sehr engen inhaltlichen Zusammenhangs zur gleichen Zeit angefertigt worden sein. Placcius antwortet am 29. März 1678 (N. 169). 15

|| Ex Epistola mea ad Placcium.

.394

Quanquam Spinosa pulchra passim habeat cogitata, et a me demonstratis non abhorrentia, in summa tamen sententiae ejus capitales probari minime possunt, ac demonstratae non sunt, quicquid etiam promittat. Substantia illi non nisi unica est Deus. Creaturas putat esse modos seu affectiones Dei. Deum intellectu ac voluntate carere, nec propter finem agere sed quadam suae 20 naturae necessitate, quemadmodum ex Circuli essentia sequuntur ejus proprietates. Mens nostra post mortem supererit quidem, sed non amplius percipiet praesentia aut volet futura, aut reminiscetur praeteritorum. Felicitas omnis secundum ipsum, exuta incrustamentis speciosis, huc redit, ut inevitabilem rerum necessitatem cogitantes, contenti simus illis quae eveniunt. Quanto meliora ac veriora Christiani? De affectibus equidem multa dicit egregia. Sed cum 25 verbo relinquat, re tollat providentiam et futuram vitam, nescio an ulla vitae officia hominibus persuadere possit. Tametsi non negem his etiam opinione sublatis quosdam virtutem coluisse, ut Stoicos nonnullos quorum vel eo magis laudanda probitas est, quod non aliis praemis poe- 30 nisque quam quae secum fert honesta aut prava vita, excitarentur. Sed de his omnibus ac de toto operे judicium tuum expectare malo.

30

17 me (*I*) traditis | (*2*) demonstratis erg. | *L* 29 aut prava erg. *L* 30 judicium (*I*) ferre (*2*) tuum *L*
30 malo. | Ego ubi certe erat gestr. | *L*

167. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ

26. Februar (8. März) 1678. [162.168.]

Überlieferung:

- 5 *K* Abfertigung: LBr 171, Bl. 35–36. 1 Bog. 4°. 4 S. (Unsere Druckvorlage.)
 k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 6, S. 366–374. 9 Bl. 4°.
 8 1/2 S. (Kriegsverlust.)
E¹ KLOPP, *Werke*, Bd 4, 1865, S. 316 (Teildruck nach *K*).
E² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 189–192 (nach *K*).
E³ II, 1 (1926) N. 167 (nach *K*).

10 Unser Brief antwortet auf N. 162 und wird durch N. 168 beantwortet.

:394

|| Nobiliss. et Consult^{me} Leibnitzi

26 Febr. 1678.

Quas 3 Januarii exarasti literas tricesimo demum reddidit Eisenhartus noster, ex Hassia tum redux. Serius respondeo, et quidem jam denique, quia valetudo iniquior omnem curam epistolarem aliquamdiu prohibuit. Sed et ea est in tuis rerum varietas ac multitudo, ut ne 15 nunc quidem mihi sit integrum omnia isthaec tua vel attingere. Nec fortassis ipsemet Tu hoc desideras. Et vero liber haud exiguae molis fuerit mihi scribendus, si pro dignitate omnia sint tua excutienda. Paucis tamen nonnulla tangam, saltim ne videar officio amicitiae plane defuisse. Igitur pro cura literarum ad Justellum ago gratias: aliis vero etiam ad Baluzium itidem te 20 onerabo proxime, si molestum non fuerit et illas curare. Quod novus Episcopus Stenonius alienus nunc sit a studiis Physiologicis, laudo ego. Hactenus enim studiis sacris non multum 395 operaे impedit: ceu produnt Epistolae quaedam Florentiae editae. Illorum autem peritia solida requiritur in Episcopo, qui nominis mensuram vult implere. Utque Physiologica illa itidem nos manuducere possint ad divinum cultum, reapse tamen et per se id non faciunt. || Alia vere sunt 25 sacra tota quasi natura sua. Quae proinde etiam mihi prae studiis aliis omnibus placent. Sane si ille Episcopus forte ausit Capucini partes suscipere, promptum me habebit disputatorem: praesertim si modeste et graviter sese gesserit, qualem ego illum deprehendi in scriptis aliis.

21 Epistolae . . . editae: N. STENSEN, *Ad virum eruditum, cum quo in unitate Sanctae Romanae Ecclesiae desiderat aeternam amicitiam inire, epistola . . .*, Florenz 1675; *Ad novae philosophiae reformatorem de vera philosophia epistola*, Florenz 1675; vgl. Leibniz' Auseinandersetzung mit diesen Briefen in VI, 4 N. 392 und N. 393. 25 f. Episcopus: d.i. Niels Stensen, von dem Conring bei den Auseinandersetzungen mit Dionysius von Werl nicht enttäuscht worden ist. Stensen übte einen mäßigenden Einfluß aus, den Conring erhoffte (»praesertim si modeste sese gesserit«) und der sich in der Antwort des Dionysius auf Conrings *Discussio* schließlich inhaltlich und formal auswirkte. Diese Antwort erschien 1677 in Hannover u.d.T. *Philanthon vindicatus sive Hermannus Conringius ob andabaticam suam anno 1677. Helmstadii editam discussionem, praetensamque pag. 329. demonstrationem juste, sed tamen misericorditer castigatus a F. Dionysio Werlensi Capuccino.*

Motum cordis deberi respirationi, visus fuit Anglus quidam Malachias Thruston singulari libro Londini anno 70 edito defendere. Mihi autem videtur haec sententia esse a vero alienissima: quia cor salit omnibus animalibus sanguine praeditis quorum tamen nonnulla nunquam respirant: nonnulla tunc demum cum ex ovo aut utero prodierunt. Unicum illud abs Temetipso allatum experimentum de corde evulso, quod exiguo calore refocillatum subsilit, sufficit commento illi refutando. Ut taceam nunc, quod aër inspiratus cor ingredi nequeat: quod pridem docui 1. *de Calido innato* cap. X. et frequentissimis experimentis mihi innotuit: quicquid Anglus ille dixerit. Motum porro cordis deberi spiritui fibris cordis insito, quando ille intumescit a calore, docui itidem jamdudum c. 42. 1. *de Sang.* neque video quare debeam mutare sententiam.

Demonstrationem *nihil aliud esse quam catenam definitionum*, nemo quod sciam alias asseruit. Nec forte etiam Tu serio hoc assertum velis. Quin videris voces *Definitio*, *Analysis* accipere alio plane sensu quam qui hactenus fuit receptus. *Nova data* quin possint effungi atque ex iis utut falsis aliquid demonstrari, nemo negaverit. Sed ejusmodi demonstrationes non tamen sunt vere ἐπιστημονικαὶ: nec per analysis colligere licet datorum veritatem ex veritate consequentium. Quod tamen olim sibi Mathematici nonnulli persuaserant, et hodie per frequenter creditur Copernicanis, Cartesianis aliisque. Cartesii ingenium etiam ipse facio magni (fingere enim aliquid in speciem veri non potest quisquam nisi ingenio) atque adeo hactenus delectationem mihi peperit Physicorum ejus librorum lectio: nullam vero in ejus ejusmodi libris omnibus potui reperire veram ἀπόδειξιν; ac proinde saepe miratus sum, hominem illum potuisse conciliare sibi quasi nunc demum natae sapientiae asseclas. Video tamen, omnes illos Aristotelicae doctrinae esse plane ignaros, et non nisi ambitione duci ad quaevis nova amplexanda, ac praecipi judicio damnanda vetera quaevis nunquam lecta multo minus intellecta. Ideoque non etiam dubito, brevi omnem illam novam philosophiam explosum iri a docta posteritate, una cum fastu eorum qui nunc ita novitatibus suis sese offerunt. Meam de Cartesiana philosophia sententiam aperui novissima praefatione *Hermetici* operis, quo et Chemicorum delira dogmata oppugnavi. Ibidem Boylianos conatus empiricos laudavi. Non tamen etiam in Empiricis illis observavi demonstrandi aliquam peritiam. Formas substantiales scio non rejecturum Te, si legeris *Naturalium Institutionum* caput tertium. Sicut etiam capite quarto

3 quia (1) in motu animali (2) cor K 26 novissima erg. K

2 singulare libro: M. THRUSTON, *De respirationis usu primario diatriba*, London 1670. 7 H. CONRING, *De calido innato sive igne animali*, Helmstedt 1647. 9 H. CONRING, *De sanguinis generatione et motu naturali opus novum*, Helmstedt 1643. 26 *Hermetici* operis: H. CONRING, *De hermetica Aegyptiorum vetere et Paracelsicorum nova medicina liber unus*, 2. verb. u. ver. Aufl. Helmstedt 1669. 29 H. CONRING, *Introductio in naturalem philosophiam et naturalium institutionum liber*, Helmstedt 1638.

lecto deprehendes, male mihi abs te alibi tributum dogma, de Formarum substantialium ortu ex nihilo. *Omnia fieri mechanice*, si quidem Cartesiano significatu || intellectum velis, equidem non dubito pronuntiare absurdissimum dictum. Certe hactenus Cartesianorum nemo probavit, omnes qualitates sensibiles proprias, non esse diversum quid a sensibilibus communibus: multo minus, praeter sensibiles qualitates, non etiam alias esse. Num Tu probare id possis, fac quaeso periculum. Senties tunc reapse, quam sit a vero alienum etiam illud quod hic asseris; *Philosophia naturalis nihil aliud est quam mathematica concreta*. Mathematics usum circa quantitatem naturalium rerum a plurimis seculis eruditis agnoverunt: sed omnes affectiones rerum naturalium esse quantitates, post Democriti explosa deliria nemo vel tentavit reddere verisimile.

10 Quod si porro credi velis, Geometriam versari non circa abstracta sed concreta, non potero non tibi regerere illud Empedocli quondam ab Aristotele responsum: λίον μέγα αἴτημα.

Specimina tua Mathematica ne invideas, rogo, publicae luci: cumprimis tuam circuli quadraturam avide desidero. Singularia quaedam non probabiliter tantum posse sciri sed certo, et quidem per demonstrationem, affirmantem, negantem, ostensivam, et indirectam, haud arbitror abs te negari. De omnibus singularibus ego neutquam id asserui: ut nec vera fuerit assertio de omnibus universalibus. Quod adfers pro analysi Mathematicorum, reapse novum est commentum tuum. Mihi res fuit cum Mathematicis priscis, qui tuum illud non habent. Omnia axiomata esse demonstrabilia, novum plane est pronunciatum. Mea assertio stat firmis subnixa fundamentis et ab omni aevo hactenus fuit probata. Tuam ipse destruis dum ais: *Omnes propositiones certae demonstrari possunt praeter identicas et empiricas*. Jungium laudavi qua parte laudem visus est meruisse: alibi probavi quam et ille aberraverit. De Metaphysicis demonstrationibus Scholasticorum non dubito benignius te fuisse judicaturum, si legisses. Spinosae librum quem significas non vidi. Legi ipsum Cartesium. Et visus ille mihi est, non serio propugnare sive Animae immortalitatem sive existentiam Dei: quia non potuit non agnoscere suorum argumentorum imbecillitatem. Utinam non eodem animo sint et Cartesianorum alii, interque eos ille quem memoras Rintelensis, mechanicus scilicet animae sensitivae demonstrator!

Fursteneri liber mihi hactenus visus non est: etsi passim ego ejus auctor fuerim creditus. Quam ego longe absim ab illis sententiis, poterit ostendere vel unus meus liber *de Pace civili*, 30 cumprimis parte sui ultima. Enimvero arbitror, sententias illas nasci perquam intempestive, in

4 proprias, (1) nihil (2) non *K* 13 quaedam *erg. K* 22 fuisse *erg. K*

1 f. male . . . nihilo: vgl. H. CONRING, *Disputatio de origine formarum*, Leiden 1630; ebenfalls in *Introductio in naturalem philosophiam et naturalium institutionum liber*, Helmstedt 1638, S. 135–150. 6 f. *Philosophia . . . concreta* vgl. N. 162, S. 581.20. 11 ARISTOTELES, *De anima*, 418 b 26. 23 librum: B. DE SPINOZA, *Renati des Cartes Principiorum philosophiae pars I, et II, more geometrico demonstratae*, Amsterdam 1663. 26 ille Rintelensis: d.i. Arnold Eckhard. 29 f. H. CONRING, *De pace civili inter imperii ordines religione dissidentes perpetuo conservanda libri duo*, 2. verb. u. verm. Ausg. Helmstedt 1677.

ruinam corporis communis Imperii, et subsequentem servitutem singularium Ordinum. Ubi legerim librum ipsum, rectius potero censuram instituere.

Mea de *Finibus* culpa eorum qui sumptus promiserunt jacent. Forte quia tota Imperii respublica properat ad suum finem. Et vero non est quod mea tu desideres, in tanto numero eorum qui Imperii extrema desiderant. De conatibus Capucini jam pridem nihil et ego accepi: quanquam scurrilem titulum novi libri non dubitaverit nebulo simulac Colonia rediit || 5 huc illuc mittere. Mihi certum est ut illi in comoedia, stare et arcere scelus. Valetudine utor minus prospера: itaque nova multa, aut veterum plenam elaborationem non audeo aggredi. Non patiar tamen aliquid priscae diligentiae in me desiderari. Vale autem Tu rectius, mi Amice, et dum vales perge progredi.

10

T. Herm. Conringius.

397

168. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

Hannover, 19. (29.) März 1678. [167.176.]

Überlieferung:

L¹ Konzept: LBr 171, Bl. 46–48. 3 Bl. 4°. 4 $\frac{3}{4}$ S. (Unsere Druckvorlage.)

15

L² Konzept: LBr 171, Bl. 45 u. 49. 1 Bog. 4°. $\frac{3}{4}$ S. (Unsere Druckvorlage.)

L³ Abfertigung: LBr 171, Bl. 37–40. 4 Bl. 4°. 8 S. (Unsere Druckvorlage.)

l verb. Abschrift von *L³* (von der Hand Brandhagens): LBr 171, Bl. 41–44. 2 Bog. 2°. 7 $\frac{3}{4}$ S.

E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 193–199 (nach *L³*).

E² II, 1 (1926) N. 168 (nach *L³*). 20

Übersetzungen:

1. PRENANT, *Oeuvres choisies*, [1940], S. 46–53 (Teiltübers. nach *L³*). – 2. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 284–293 (Teiltübers. nach *L³*). – 3. BARONE, *Scritti di Logica*, 1968, S. 459–462 (Teiltübers. nach *L³*). – 4. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 2. Aufl. 1969, S. 186–191 (Teiltübers. nach *L³*). – 5. PRENANT, *Oeuvres*, Bd 1, 1972, 25 S. 121–127 (Teiltübers. nach *L³*). – 6. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, Bd 1, 2000, S. 196–201 (Teiltübers. nach *L³*).

Unser Brief liegt in zwei stark voneinander abweichenden Fassungen vor, einem Konzept (*L¹*) zusammen mit einem (von uns in Kleindruck wiedergegebenen) Teilkonzept (*L²*), das eine Vorfassung des Schlußteils von *L¹* darstellt, und der Abfertigung (*L³*), von der noch eine verbesserte Reinschrift hergestellt wurde. Unser Druck berücksichtigt beide Formen. Die Abfertigung antwortet auf N. 167 und wird durch N. 176 beantwortet. 30

² Eine Bewertung des *Caesarinus Fürstenerius* fand nicht mehr statt, zumal Conring den Briefwechsel mit N. 176 abrupt abbricht. Von den beiden letzten Briefen von Leibniz ist N. 181 sicher nicht, N. 198 wahrscheinlich nicht abgegangen. ⁵ Capucini: d.i. Dionysius von Werl; vgl. I, 2 N. 245 u. N. 259. ⁷ ut . . . scelus: SENECA, *Thyestes*, v. 95: *Stabo et arcebo scelus*.

[*L¹*]

Nobil^{me} et Ampl^{me} D^{ne}

Literas tuas merito magni facio, etiam cum a me dissentis; semper enim expressa sunt in illis subacti judicij tui vestigia. Nolim meas tibi unquam oneri esse, itaque quamvis tuas magno studio legam, et avide desiderem, nolim tamen ut mea causa Tibi ullum laborem accersas; quanquam sciam Tibi in promtu esse, quae aliis difficilia sunt. Prodibit in Gallia liber Petri Danielis Huetii *de Veritate Religionis Christianae*, opus insigne haud dubie et multae eruditio-
nisi. Notum Tibi arbitror virum, cuius libelli extant: *de Interpretatione et claris interpretibus*; item liber Gallicus *De origine fabularum quas vocant Romanas*; ac denique pars operum
10 Origenis graeco-latine edita cum insignibus notis. Porro libri hujus *de Veritate Religionis Christianae* Schedas quasdam mihi monstravit Parisiis. Tota vis ejus nititur hoc argumento, Christum esse Messiam, quia prophetiae in ipso sint impletae. Multa disseret circa genuinitatem librorum veteris testamenti. Plurima etiam habebit ad illustrandam antiquitatem pertinentia.
Quaedam tamen ab Hebraeis ad Graecos aliasque gentes fluxisse putat, quae mihi parum
15 probabilia videntur. Caeterum non dubito quin futurus sit liber utilissimus.

Parisiis in infimo ventre hominis cujusdam sexagenarii repertus est tumor maximus, qui paulatim crescens intestina et costas lateris sinistri prope loco moveat. Ex eo effusae variae materiae, inodorae tamen colore ac crassitie differentes, calculi etiam, omnia ad sexaginta et ultra librarum pondus accendentia. Deprehensum est denique hunc Tumorem fuisse ipsissimum
20 renem sinistrum qui tam prodigiose crevit.

Quae ad Baluzium aliosque destinabis, libenter curabo. Quod Stenonius noster Episcopus Titiopolitanus physiologicis studiis nuntium <re>misisse videtur, vel ideo doleo, quia in studiis theologicis multos pares habere potest, in physiologicis paucos. Caeterum virum esse arbitror bonum, et ingenio valentem. Quaeram aliquando quid de Capucinica disputatione sentiat.

25 Nunquam putavi motum cordis esse a respiratione. Sed vellem explicari, quae sit inter haec duo connexio, et cur animal defectu respirationis tam subito intereat, tum quo consilio natura respirationem instituerit? Spiritum illum motorem fibrarum cordis an in nervis collocas? Quod difficulter tuebere, nondum enim pervios esse nervos deprehendi potuit. Calorem esse

6 in (1) Batav (2) Gallia *L¹* 13 testamenti. (1) In quibusdam <-> (2) Etiam (3) Plurima *L¹* 28 esse (1) motorem (2) causam *L¹*

8 f. P. D. HUET, *De interpretatione libri duo, quorum prior est de optimo genere interpretandi, alter de claris interpretibus*, Paris 1661. 9 P. D. HUET, *Traité de l'origine des romans*, Paris 1670. 10 P. D. HUET, *Origenis in Sacras Scripturas commentaria*, Rouen 1668. 16–20 Parisiis . . . crevit: nicht nachgewiesen.

causam motus cordis non abnuerim, sed quaeritur unde ille? An quandam cordis flammulam statuis? An novum chylum a venis

Das mit »venis« endende Blatt 46 v° sollte ursprünglich mit dem folgenden, kleingedruckten, auf einem Bogen beginnenden Text auf Bl. 49 r° (L²) fortgesetzt werden, worauf der auf Bl. 46 v° unten stehende Kustos »lacteis in« hinweist. Ohne den Text dieser ersten Fassung zu streichen, hat Leibniz dann in einer zweiten Fassung einen neuen, auf Bl. 47 beginnenden Fortsetzungstext formuliert, den wir wieder in Normalschrift wiedergeben.

lacteis in cor venientem, illic cum veteri sanguine effervescere putas?

Venio ad ea quae circa Apodixin atque Analysin respondes. Puto quod dissensimus fieri, quia alter alterum non ubique intelligit. Definitio mihi est enumeratio notarum quibus rem aliquam designo, cui certum nomen impono, et quibus ab alia omni imposterum me distinguitur promitto. Probari ergo proprie loquendo non possunt nec debent in scientiis, quanquam prudentiae sit non abire a significationibus receptis sine causa. Aliud est cum aliorum verba interpretamur, tunc enim definitiones in nostro arbitrio non sunt. Sed id hujus loci non est. In scientiis vero ac demonstrationibus sufficit me in assignata semel definitione retinenda esse constantem.

Axiomata mihi videntur propositiones quae vel non possunt vel quas non necesse est demonstrari. 15 Demonstrari non possunt illae, quae sunt identicae, verbi gratia: *A est A, unumquodque sibi ipsi aequalis est*, et similes infinitae (tot enim dantur quot termini) quas qui negat eo ipso frustra ratiocinari sese ac disputare fatetur, sublata enim erit inquisitio veritatis si idem verum et falsum esse possit. Demonstrari necesse non est alias quae ab auditoribus omnibus sine difficultate admittuntur, ut *totum esse majus parte*; quae etsi formaliter identicae non sint, facile tamen ad identicas reduci id est demonstrari possunt.

20

lacteis venientem, et in corde ac paulo ante, sanguini priori confusum, fermentatione quadam insurgere arbitraris. Quod nonnullis videtur.

Demonstrationem esse catenam definitionum, non ita paradoxum est, quin assensuros arbitrari qui intellexerint. Loquor autem de earum veritatum demonstratione, quae non pendent a sensu atque experimentis. Quanquam et hypothetica propositio, quae ex posito experimento consequentias dicit, etiam inter veritates puras atque intelligibiles haberi possit. Remotis ergo experimentis non negabis opinor principia demonstrandi esse definitiones et axiomata, vel alia theorematum jam demonstrata, quae ideo ablego, quia ipsa in alia rursus principia resolvuntur. Res ergo omnis redit ad definitiones et axiomata. Ex axiomatibus autem ego illa tantum per se nota, seu indemonstrabilia esse arbitrari, quae sunt identica, verbi gratia *A est A vel A non est* 30 *non A vel unaquaque res talis est qualis est, unaquaque res sibi ipsi similis, sibi ipsi aequalis est*. Reliqua omnia ope definitionum ad identica reduci id est demonstrari possunt. Idque Scholastici omnes confirmant, qui axiomatum veritatem patere ajunt intellectis terminis; id est posse ipsa facili negotio nec longa definitionum serie demonstrari, sive ad identica reduci; sive quod idem est semper ostendi posse, quod contrarium implicit contradictionem. Atque hoc 35

10 f. notarum (1) qua rem aliquam, cui certum nomen impono (2) quibus . . . quibus L² 12 debent (1)
quia (2) | in scientiis erg. | quanquam L² 27 negabis (1) mea (2) opinor L¹

sensu dixi Demonstrationem esse catenam definitionum (si scilicet omnes propositiones inter demonstrandum adhibitae in suas rursus demonstrationes resolvantur, donec ad propositiones irresolubiles id est identicas, aut experimenta, deveniatur), et propositiones inde monstrabiles esse definitiones (nominis scilicet)[,] propositiones identicas,
5 et denique experimenta. Definitio mihi est expressio quaevi qua res ita circumscribitur, ut a quavis alia discerni possit. Analysis autem mihi est resolutio propositionis in suam demonstrationem, problematis in suam constructionem, et definiti in suam definitionem: nec ullam aliam ego in ratiocinando [adhibeo]; nec alii homines, quantum hactenus observavi,
10 quanquam ipsi fortasse non semper animadvertant quid agant. Porro Mathematici non ex falsis verum ducunt (nam regula falsi tantum errorum exclusio est ex animadversa errorum quantitate, quae denique nos ad veritatem ducit), sed, rem aliquam cuius constructionem, vel veritatem cuius demonstrationem quaerunt; eam ut factam, vel ut veram supponunt, et ex hoc posito retrogrediuntur, donec incident in ea quae facere vel demonstrare jam tum in ipsorum potestate est. Verum decipit haec ratiocinatio, si inter ratiocinandum adhibeantur aliquando propositiones
15 non reciprocae. Nam ex eo quod propositione aliqua assumta deduco aliam quam aliunde constat esse veram, non sequitur ipsam ex qua hoc duco, esse veram; nisi eam inde deduxerim interventu propositionum convertibilium, tunc enim semper regressus locum habet, et illa initio assumta ex hac vera inventa duci potest et rigorose demonstrari potest communi more modoque. Fateor tamen hanc methodum esse particularem, etsi subinde sit egregii usus. Circa
20 Hypotheses physicas alia res est, nam etsi quaedam naturae phaenomena per quandam Hypothesin commode explicitur, non tamen inde sequitur aliud, quam eam esse probabilem, et tanto magis quanto plura phaenomena explicat. Si qua tamen adeo succederet in omnibus phaenomenis, ut etiam ejus ope praedictiones fieri possint, de ejus veritate non magis dubitarem, quam de veritate clavis Steganographicae, cuius ope multae Epistolae recte plane et
25 congruenter explicarentur. Sed nondum eo scientiae venimus. Cartesii certe Elementis nondum assentior. Video etiam ejus sectatores nihil posse invenire vel praedicere ex suis hypothesibus, et tantum conari ab aliis inventa explicare secundum sua principia, quod facile et ignobile est. Hoc ego saepe Cartesianis in Gallia et Belgio objeci. Ideo crebrae mihi cum illis fuere concertationes: nam illi non minus Cartesium mirantur, quam alii Aristotelem. Mihi
30 videtur multum abfuisse Cartesius a vera Methodo, etsi multa praeclara viderit. Famam assecutus est Cartesius (quanquam meruerit magnam) merito majorem, quia erat Geometra magnus; in quo genere nemo illi tunc par erat. Cumque lucide admodum simulque eleganter et ad

3 identicas (1) ac denique | (2) aut erg. | L^I 8 adhibito L^I ändert Hrsg. 11 aliquam (1) ut factam supponunt, atque inde nos (2) cuius L^I 11 f. vel . . . demonstrationem erg. L^I 12 eam erg. L^I 18 f. et rigorose . . . modoque erg. L^I 28 Ideo (1) saepe | (2) crebrae erg. | L^I 31 (quanquam (1) maximam (2) meruerit L^I 31 f. magnus; (1) qualem (2) in L^I

hominum aulicorum, ac ut solet scholis infensorum captum scribebat, statim illos omnes habuit, qui eruditionis opinionem facili negotio sibi quaerere optabant. Negari vero non potest multas ejus meditationes esse solidas ac profundas. Certe ex omnibus qui contra eum tunc scripserunt ne unus quidem operae pretium fecit, quod famam ejus auxit. Si Vietae et Galilei temporibus vixisset, aut si nunc viveret non ita facile triumphasset. Quas posuit regulas motus, eas falsas esse demonstrari potest.

[*L³*]

|| *Nobil^{me} et¹ Ampl^{me} D^{ne}*

:397

Literas tuas accepi semper optatas, modo Tibi tam eas scribere per valetudinem ac negotia commodum, quam mihi legere gratum esset. Maximam in paucis verbis rerum vim pressisti. Conabor tamen respondere, etiam paucis quantum res patietur. Stenonium Episcopum doleo nunc a physiologicis studiis averti ad theologica vel ideo quia in his facilius quam in illis habebit parem. Si quando ad Baluzium scribere lubebit, literas tuas curabo diligenter. Capucinica scripta qualia hic certe prodeunt vix tanti habentur ut quaerat quispiam quo sint loco, et quoque provecta. Quaeram tamen ab ipso Stenonio data occasione: in quo styli modestiam recte laudas. Titiopolin comperi esse urbem Isauriae sedem olim Episcopalem ArchiEpiscopo Seleuciae subditam, ita habet in *Lexico Geographico* Ferrarius, ex actis opinor Conciliorum qui addit et Titopolin appellari. Stenonus sese Episcopum Titiopolitanum et Vicarium Apostolicum appellat. Quid de Capucinica controversia sentiat aliquando ex eo quaeram.

Respirationis usum, et quomodo tam sit necessaria ad vitam, nondum satis explicatum puto. Respirationem esse causam motus cordis nemo dicet qui vivorum animalium anatomiam attente viderit. Etiamsi vero cor ob calorem saliat, quemadmodum experimento constat, non tamen appetit unde calor in animali, et quomodo conservetur atque agat. Nam calorem a motu sanguinis atque cordis rursus derivare esset circulum committere. Videtur ergo res redditura ad quandam fermentationem sive reactionem atque conflictum quem quidam oriri putant ex

¹ Am Rande von Conrings Hand: Redd. 28 Martii 1678.

1 scribebat, (1) facile | (2) statim erg. | *L¹* 2 qui (1) famam (2) eruditionis *L¹* 11 quantum res patietur erg. *L³* 12 f. his (1) prius quam in illis multos habebit pares. (2) facilius . . . parem *L³*

17 *Lexico*: F. FERRARI, *Lexicon geographicum*. Erw. Aufl. hrsg. v. M. A. Baudrand, Paris 1670, Bd 2, S. 272. Bei Ferrari findet sich am Rande als Hinweis auf die Quelle der Vermerk *Lib. Conc.*

permistione sanguinis veteris et chyli novi. De quo sententiam tuam desideraveram potius quam de quaestione an motus cordis sit a respiratione, quam non moveram. Quanquam illud quaerendum restet an aëris in pulmonibus aliquid sanguini conferat: an vero tantum calorem alat, quemadmodum furni chymici respiraculo indigent.

5 Venio ad ea quae de analysi ac demonstratione regeris. Putas me nova plane paradoxam circa hanc rem afferre, et dubitas aliquando an serio scribam. Ego vero non nisi ea dixi quae multorum annorum experientia mearumque et alienarum ratiocinationum exemplis tandem || in hac re collegi: prorsus congruentia illis quae quotidie faciunt homines, etsi ipsi non semper se facere animadvertiscant: efficacia etiam ad inveniendum atque judicandum, neque ut aliorum 10 quorundam methodi et praecelta solent, sterilia et ab usu et exemplis remota. Demonstrationem est ratiocinatio qua propositionis aliqua fit certa. Quod fit quoties ostenditur ex positis quibusdam (quae pro certis sumuntur) eam necessario sequi. Necessario inquam, id est ut contrarium implicet contradictionem, qui est verus atque unicus character impossibilitatis. Porro ut impossibili respondet necessarium, ita propositioni contradictionem implicanti respondet identica; 15 nam ut primum impossibile in propositionibus est haec[:] *A non est A*, ita primum necessarium in propositionibus est haec: *A est A*. Unde solae identicae sunt indemonstrabiles, Axiomata autem omnia, quanquam plerumque ita clara ac facilis sint, ut demonstratione non indigeant, sunt tamen demonstrabilia, vel ideo quia demum terminis intellectis (id est substituendo definitionem in definiti locum) patet ea esse necessaria seu contrarium implicare in terminis. Et 20 haec etiam Scholasticorum mens est. Propositiones autem identicas necessarias esse constat, sine omni terminorum intellectu sive resolutione, nam scio *A esse A* quicquid demum intelligatur per *A*. Omnes autem propositiones quarum veritatem ex terminorum demum resolutione et intellectu patere necesse est, demonstrabiles sunt per eorum resolutionem id est per definitionem. Hinc patet Demonstrationem esse catenam definitionum. Nam in demonstrando 25 aliquam propositionem, non adhibentur nisi definitiones, axiomata (ad quae hoc loco postulata reduco), theorematum jam demonstrata, et experimenta. Cumque theorematum rursus demonstrata esse debeant, et axiomata omnia, exceptis identicis demonstrari etiam possint, patet denique omnes veritates resolvi in definitiones, propositiones identicas, et experimenta (quanquam veritates pure intelligibiles experimentis non indigeant) et perfecta resolu- 30 tione facta apparere, quod catena demonstrandi ab identicis propositionibus vel experimentis incipiat; in conclusionem desinat; definitionum autem interventu principia conclusioni connectantur, atque hoc sensu dixeram Demonstrationem esse catenam definitionum. Definitio autem ideae alicujus compositae in partes suas resolutio est; quemadmodum demonstratio nihil aliud quam veritatis in alias veritates jam notas resolutio est. Et solutio alicujus problematis 35 quod in efficiendo consistit est resolutio problematis in alia problemata faciliora, sive quae jam

16 in (1) veritatibus (2) propositionibus *L³* 18 demum *erg. L³* 22 f. resolutione et *erg. L³*
24 f. in (1) demonstrando aliquam propositionem | (2) in demonstratione alicujus propositionis *erg. | non l*

constat esse in potestate. Haec est analysis mea, in Mathematicis aequa atque aliis scientiis probata et successura. Si quis aliam habet, mirabor si non ad hanc denique redibit, ejusve pars aut corollarium erit. *Synthesis* autem est quando a principiis incipiendo componimus theoremata ac problemata quaecunque nobis offert ordo meditandi naturalis; *Analysis* vero est, quando conclusione aliqua data aut problemate proposito, quaerimus ejus principia quibus eam demonstremus aut solvamus. Hinc *Synthesis* non inservit quaestionibus fortuito oblatis solvendis, sed utilis tamen est ad multa egregia reperienda et || in usum seponenda, ut postea aliqua quaestione fortuito oblata illis utamur. Certum enim est qui multa sciat theorematum quae apud Euclidem, Archimedem, Apollonium aliasque habentur, compendiosius instituere *Analysin*, quam eum qui paucas tantum fundamentales propositiones novit. Quanquam hic ipse non minus 10 quam ille certa methodo semper scopum tandem assequi possit si satis industriae habeat. Multa in his rebus habeo pulchra, quae speciminibus etiam elegantibus illustrare possem, si satis otii esset. Quando ex aliquo assumto, quod verum nec ne sit incertum est, incidimus tandem in veritates jam notas, non possumus inde colligere id quod assumsimus esse verum, ut recte mones: nisi inter ratiocinandum utamur meritis aequationibus, seu propositionibus aequa late 15 patentibus id est cavendo non tantum ut praedicatum aequa late pateat ac subjectum vel contra (quod in propositionibus reciprocis contingit) sed et ut subjectum vel praedicatum unius propositionis aequa late pateat ac subjectum vel praedicatum alterius cuiuscunque propositionis in eadem demonstratione occurrentis. Quod etsi tibi videatur novum commentum meum, attamen ipsa Veterum praxis ostendit, non fuisse ipsis ignoratum; satis enim sibi ab 20 erroribus caverunt, tametsi suae analyseos regulas non satis distincte tradiderint, ut taceam eorum scripta analytica periisse. Porro aequationes hujusmodi non tantum in Mathematicis, sed et omni alia ratiocinatione locum habent, ubicunque scilicet locum habent definitiones. Sed illi qui ex Hypothesi quadam Physica sine demonstratione assumta, phaenomena nota deducunt, non possunt inde demonstrare suam hypothesis esse veram, nisi conditionem paulo ante 25 positam observent; quod tamen non fecerunt, nec fortasse voluerunt aut potuerunt. Illud tamen fatendum est hypothesis tanto fieri probabiliorem quanto intellectu simplicior[,] virtute autem ac potestate amplior est; id est quo plura phaenomena et quo paucioribus assumtis solvi possunt. Et contingere potest ut hypothesis aliqua haberi possit pro physice certa; quando scilicet omnibus omnino phaenomenis occurrentibus satisfacit, quemadmodum Clavis in Crys- 30

6 f. solvendis | (nisi cum tabulae condi possunt veritatum) *erg.* |, sed *l* 7 tamen *erg.* *L*³ 15 nisi | tamen *erg.* *u.* *gestr.* | (1) demonstrandum ⟨ – ⟩ (2) ratiocinandum *L*³ 15 seu (1) pro (2) termi (3) propositionibus | aequa late patentibus *erg.* *u.* *gestr.* | (a) id est propositionibus reciprocis ita comparatis (b) aequa *L*³ 15–18 propositionibus | convertibilibus et *erg.* | aequa late patentibus id est cavendo non tantum ut praedicatum insit subjecto, sed etiam, ut aequa late pateat subjectum ac praedicatum et sua et alterius *l* 16 cavendo *erg.* *L*³ 20 meum, (1) satis tamen (2) attamen *L*³ 30–S. 604.1 quemadmodum ... Cryptographicis *erg.* *L*³

tographicis. Maxima autem (post veritatem) laus est hypotheseos, si ejus ope institui possint praedictiones, etiam de phaenomenis seu experimentis nondum tentatis; tunc enim in praxi hypothesis ejusmodi pro veritate adhiberi potest. Sed longe adhuc abest ab hac laude hypothesis Cartesiana, quemadmodum enim saepe primariis etiam Cartesianis in Gallia Belgioque objeci:

5 nihil hactenus novi, Cartesianorum principiorum ope, in natura vel mechanicis artibus, repertrum est. Imo nullus fere rerum egregiarum inventor fuit Cartesianus. Cartesiana autem principia voco non ea quae Cartesio cum Democrito communia sunt, sed ejus hypothesis physicam atque elementa. Cartesium tam subito tot asseclas nactum noli mirari. Nam si a Galilaeo abeas, neminem nostro seculo repieres qui Cartesio comparari possit et ingenio in conjectandis rerum

10 causis, et judicio in sensis animi lucide explicandis, et eloquentia facilis in animis hominum elegantiorum capiendis. Accedebat fama reconditioris rerum mathematicarum scientiae, quam 400 et si constet tantam non fuisse || quantam hodie sibi persuadet Vulgus Cartesianorum, fuit tamen major quam in ullo alio illius temporis. Nam Vieta et Galilaeus obierant cum Cartesius floreret.

Praeterea tunc plerique scholasticae studiorum rationis pertaeserunt ad libertatem aspirabant, cum

15 Baconus, aliqui animos jam praeparassent. Caeterum nec Galilaeus nec Cartesius nec Gassendus Aristotelicae doctrinae ignari erant. Gassendus certe veteres diligentius legerat quam plerique Aristotelicorum. Mihi nemo magis Aristotelicae doctrinae ignarus esse videtur, quam ipsi Aristotelici, qui vocantur. Ego Aristotelis *Organon*, et *Rheticam* et civilia semper admiratus sum. Zoologica a peritis aestimari intelligo. In libris octo *Physicae* generalis pariter

20 ac libris *de anima*, et Metaphysicis multa non spernenda esse puto. Sed libros *de coelo* ac *de generatione et corruptione* magni facere non possum: nec Te aliter sentire credo.

Quod ais omnem illam novam philosophiam mox explosum iri a docta posteritate; minime verisimile est, si mundus ire perget, qua coepit; nisi forte homines inventa fruge ad glandes, et a rebus ad voces reddituros putas. Quod non est metuendum nisi nova forte barbaries ingruat, quae

25 noctem inducat rebus humanis. Formas substantiales quis neget, id est differentias essentiales corporum? Formarum ortum ex nihilo ais me tibi male alicubi tribuisse. Non memini ubi hoc faciam. Omnia fieri Mechanice in natura, id est certis legibus Mathematicis a Deo praescriptis, nescio cur inter absurdissima numeres. Ego nihil agnosco in rebus quam corpora et mentes, nec in mentibus nisi intellectum et voluntatem, nec in corporibus quatenus a mente

8 elementa | corporea gestr. | . Cartesium L^3 10 et (1) elegant (2) eloquentia L^3 17 Mihi (1) certe
(2) nemo L^3 24 ad (1) terminos | (2) voces erg. | L^3

26 f. Formarum . . . faciam: H. CONRING, *Disputatio de origine formarum*, Leiden 1630; ebenfalls in *Introductio in naturalem philosophiam et naturalium institutionum liber*, Helmstedt 1638, S. 135–150. Leibniz hatte das falsche Urteil über Conring in seinem Brief an Thomasius vom 30. April 1669 (N. 11, S. 27.19) abgegeben, den er in leicht veränderter Form auch in die Vorrede seiner Nizoliusausgabe aufgenommen hatte (VI, 2 N. 54, S. 436). Dieses Urteil hat er später revidiert durch die Bemerkung in seinem Handexemplar der Nizolius-Ausgabe: »contrarium dixit Conringius«.

sejunguntur, nisi magnitudinem et figuram et situm, et horum mutationem in partibus vel toto. Caetera dicuntur non intelliguntur: sunt sine mente soni. Neque quicquam in rebus liquide intelligitur, nisi ad haec reducatur. Fac angelum aliquem mihi velle distincte explicare naturam colorum. Nihil ager si formas et facultates crepabit, sed si pressionem quandam rectilineam fieri ostendat ad omne punctum sensibile in circuitu per corpora quaedam regulariter pervia sive diaphana propagatam, pressionisque hujus et causam et modum exakte doceat, legesque reflexionis et refractionis inde dederat, atque ita cuncta explicet, ut appareat aliter ne fieri quidem posse: tum demum me doctorem reddiderit, cum scilicet mathematicum in physica ager. Quis unquam dixit omnes rerum naturalium affectiones esse quantitates? Motus non est quantitas, imo nec figura, etsi sint quantitatis subjecta. Figura enim et motus mensurari possunt. Postulas 10 ut vel ullam qualitatem sensibilem propriam reducam ad communes. Quid aliud agunt mathematici circa visum et auditum, ubi quantum possunt omnia ad leges mechanicas revocant? Circa odores et sapores minor adhuc dubitatio est. Porro quid verisimilius quam qualitates sensibles omnes esse tantum qualitates tactiles pro varietate organorum varias. Tactus autem non nisi magnitudinem motum situm, vel figuram et varios resistentiae gradus agnoscit in 15 corporibus. Certe in omnibus scientiis semper id contingit, ut specialia nil sint nisi communia varie complicata. || Sed si nihil apud Te possunt hae considerationes, hoc unum velim cogites, nisi legibus mechanicis explicari possint physica, Deum nobis ne si vellet quidem, posse revelare atque explicare naturam. Quid enim dicet obsecro de visu et de lumine? An lumen esse actum corporis potentia perspicui? Nihil verius, modo non nimis verum esset. Sed an inde 20 doctiores reddemur? an explicare poterimus, cur lux reflectatur angulis iisdem quibus incidit? Cur in perspicuo densiore radius magis inflectatur ad perpendicularem, quod contra fieri debere videbatur? aliaque id genus; quorum causis intellectis intelligemus opinor naturam lucis. Horum autem causas quis nisi mechanics legibus id est mathematica concreta, sive geometria ad motum applicata, explicare speret? De singularium demonstratione non puto nos dissentire. 25

De Metaphysicis Scholasticorum ais me benignius sensurum fuisse, si legisset. Et ego tamen de illis benignissime senseram; scripseram enim Tibi, si bene memini, me credere in illis extare multas praeclaras demonstrationes metaphysicas, dignas quae a barbarie et confusione purgarentur. Nec poteram hoc dicere nisi credi vellem legisse. Et legi vero, immoderatus etiam et cupidius quam praceptorum mei probabant, cum primum in Academiis philosophiae operam 30 darem. Quin imo verebantur illi ne nimis adhaerescerem ad haec saxa. Vidisses me de principio individuationis, de compositione continui, de concursu Dei singularia quaedam, et ut tunc etiam aliis videbatur, profunda commentantem; nec postea unquam haec studia degustasse poenituit.

5 regulariter *erg. L³* 8 reddiderit, (1) id est (2) cum | scilicet *erg. | L³* 22 inflectatur *erg. L³* 30 et (1) diligentius (2) cupidius *L³*

Non ausim Tibi assentiri, cum Cartesium simulato propugnasse putas existentiam Dei et animae immortalitatem: nec video unde id conjecteris. Argumenta ejus non sunt sophistica, sed imperfecta, id est supponunt aliqua nondum ab ipso demonstrata, vera tamen et demonstrabilia, quanquam ex ejus principiis facile demonstrari non potuerint. Illud tamen certum est pleraque 5 ejus Metaphysica jam reperiri partim in Platone et Aristotele, partim et in Scholasticis. Rintelensem illum amicum meum de Deo atque anima optime sentire hactenus credidi, nec habeo cur mutem sententiam. Itaque nolim animo tuo sedere eam opinionem quam ex falsis narrationibus aliorum de viro bono atque erudito, hausisse videris. An sit in brutis substantia quaedam incorporea, quam vocant animam sentientem, indagari debet experimentis, est enim 10 res facti. Certum est tamen, ni fallor, Deum potuisse creare machinam quandam animali similem, omnesque functiones, aut certe plerasque, quas in brutis videmus sine sensu per agentem. Quod fecerit[,] nemo pro certo asserere potest sine revelatione. Contra quod in Brutis sit anima sentiens etiam pro certo asseri non potest, nisi afferantur phaenomena per machinam inexplicabilia. Certe si mihi detur simia, Insidiosorum ludat quae bella latronum, sive ludum 15 Scaccorum, et quidem contra hominem, et cum successu; cogar fateri aliiquid intus esse, machina majus. Sed et ab eo tempore incipiam fieri Pythagoricus et cum Porphyrio esum animalium, et tyrannidem quam in ea exercent homines, damnabo. Sed et || animabus eorum de loco prospiciam post mortem, neque enim ulla substantia incorporea destrui potest. Sed de his tandem satis nunc quidem. Fui autem in his prolixior tum ut me purgarem apud Te a suspicione 20 temerariae proclivitatis in opiniones ineptas novitate blandientes, tum ut experirer an a Te tanti ingenii judiciique viro aliiquid contra dici possit. Mihi contingit quod omnibus illis qui medii esse volunt, ut utrique pugnantium, in adversarium nimis propensus videar. Certe quoties cum Cartesianis res est, Aristotelem extollo, ubi meretur, et veteris philosophiae Apologiam instituo; quoniam video multos Cartesianos unum Magistrum suum legentes quae apud alios praeclara 25 geruntur ignorare limitesque ingenio suo imprudenter praescribere. Nec vero voces probo in pristinam philosophandi rationem liberius jactatas: nec assentior disputationi illi quam amicus quidam in vicinia vulgaverat, quod ipsi literis datis significavi. Puto enim conjungi debere utramque philosophiam, et ubi desinit vetus, incipere novam.

402

Tetragonismus meus edetur fortasse aliquando in Gallia, ubi demonstrationes reliqui. Non 30 est qualem desiderant Mathematici vulgo, sed qualem desiderare debent; nam rationem inter Circulum et Quadratum uno numero explicare impossibile est, opus est ergo serie numerorum in infinitum producta, nec puto simpliciorem dari posse quam mea est.

9 indagari (1) potest |(2) debet erg. | L^3
27 datus (1) monui |(2) significavi erg. | L^3

18 substantia (1), quae corpus non est (2) incorporea L^3

6 amicum meum: d.i. Arnold Eckhard. 26 f. amicus quidam: nicht nachgewiesen. 29 Tetragonismus meus: LEIBNIZ, *De quadratura arithmeticica circuli ellipsoes et hyperbolae cuius corollarium est trigonometria sine tabulis*, MS Herbst 1676 (LH XXXV 2, 1, Bl. 7–38, Erstausg. v. E. Knobloch, Göttingen 1993).

Tuo *de finibus operi* moram aliquam injectam valde doleo; scio enim in hoc genere praeclara a Te dici posse. Opto, quod nuper, ut his aliisque quae affecta habes absolutis, aliquid tibi in re medica commentari adhuc, et in re tantae difficultatis pariter atque utilitatis specimina laudatae tantopere analyseos edere liceat. Inprimis autem desidero et doctrinam de usu partium recte stabiliri, et pathologicam de morborum causis, ac symptomatibus explicari observationibus superstructam. Quod nescio an quisquam te uno accuratius possit. Sed ut haec aliaque egregia praestare posses valetudinem Tibi firmam et diutissime productam ex animo opto. Vale faveque

Nobil^{me} et Ampl^{me} Dn^e

Tuo

Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

Hanoverae 19 Mart. 1678.

5
10

169. VINCENT PLACCIUS AN LEIBNIZ
Hamburg, 19. (29.) März 1678. [166.171.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 730, Bl. 5–6. 1 Bog. 2^o. 4 S. (Unsere Druckvorlage.)

k Abschrift: HAMBURG, Staats- und Universitätsbibliothek, Sup. ep. 71, Bl. 97–99. 4 S.

15

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 15–21 (nach K).

E² II, 1 (1926) N. 169 (nach K).

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 9–11 (nach E¹).

Unser Brief antwortet auf N. 166. Mit ihm beginnt eine Reihe in enger zeitlicher Abfolge geschriebener Briefe von Placcius (N. 171, 174, 175) hauptsächlich zum Nachlaß Johann von Feldens. Leibniz' Antwort, die vor dem 9. April 1678 (N. 171) erfolgt sein muß, ist nicht gefunden worden.

|| Nunquam aequa diligentiae Tuae atque occupationum certa mihi fuit fides, quam dum respondere meis distulisti, quibus vel tandem responderi pro beneficio est. Nam quod apud Te loco etiam sum aliquo, fortunae potius quam meritis adscribo meis. Tuis autem utique illud imputo, quod Consiliarii munus es adeptus apud serenissimum Principem, id quod et || Tibi et reip. litterariae (quae vereor ne quid ex hacce Practica occupatione in Theoreticis detimenti capiat) quam optime cedere opto.

:402

De Feldeno affine meo quae scire cupis sic habe. Ipsum vendito praedio suo egregio quod uno ab urbe Hallensi lapide situm habebat, in salinas Halenses argentum collocasse, ac

25
403

1 valde (1) dubito | (2) doleo *erg.* | *L³* 5 f. symptomatibus | accurate *gestr.* | explicari (1) et (2) observationibus *L³*

29–S. 608.1 Placcius lebte 1670 ein Jahr lang auf dem Gut seines Schwagers Johann von Felden in Neukirchen bei Halle.

Halae Saxonum agere, atque Collegia cupientibus etiamnum ibi aperire. Praeter ea quae memoras, impressa, quod sciam, haec sunt. *Analysis Politicorum Aristotelis.* in 12. Francof. 1654. *De Enunciationibus et syllogismis maxime modalibus.* 12. Helmaest. *Sphaericae et Geometriae compendia* in 8. *Disputationes* duae ad *Institutiones*, item alia de *Coelo, de Analysi Euclidea, de Regimine gentium et Civitatum, de definitione, et inauguralis de Jurisdictione.* Horum ea quae lineis subduxii, puto Helmaestadii adhuc haberi posse, caetera non haberi amplius posse scio. Manuscripta illius habeo bene multa, partim ipsius dono, partim ex ore disserentis excerpta, partim transmissa per suos. Eorum nihil est quod non communicaturus sim ac lubens. Quod oportune autem nunc in mentem incidit, aliquis ex ipsius discipulis mortuus reliquit manuscripta sequentia penes haeredes venalia. (1) *De Analysi Euclidea* descriptam nitidissime disputationem, cum marginalibus lemmatis accuratis in impresso exemplari non extantibus. 4 Bogen a 1 M. (2) *Analysis Nicomachicorum* praeter propter 60 Bogen. 5 Rth. (3) *Analysis Rhetoricorum* Aristotelis. praeter propter 48 B. 4 Rth. (4) *De Geometricis demonstrationibus*, ubi a puncto ad lineam inde ad angulos, et hinc simplicissimas figuras procedendo, synthetica methodo scientiam Geometricam coepit exponere. 12 Bogen. 1 Rth. Accedit (5) *De Propositionibus variis, earumque affectionibus, et Locis communibus faciendis ac emendandis.* pr. pr. 24 B. 2 Rth. (6) *De dialectica ejusque locis, et sophismatis.* 12 B. 1 Rth. (7) *Propositiones Politicae* ex Tacito sub certos locos communes sive titulos redactae cum indice titulorum alphabetico. 16 B. a 1 Rth. Hoc postremum in 8°, reliqua in 4^{ta} sunt forma.¹ Praeter haec adhuc penes me sunt MSS^{ta} illius sequentia. (1) *Excerpta ex Theologico* ipsius opere mea. (2) *Prolegomena juris, de libris juris nostri ac Titulorum connexione.* (3) *Commentarius ad Institutiones* ipsius manu scriptus ac mihi donatus. (4) alias fusior postea dictatus, uterque hinc inde mutilus. (5) *Ad Matt. Stephanum et Gillotum de Jurisdictione animadversiones.* (6) *de Historia Romana quaedam.* (7) *ad Observationes Hahnii in Wesembecium imperfecta.* (8) *Excerpta ex Elementis juris aliquando disserendo paelectis.* (9) *Dictata Elementa juris tribus voluminibus in 4^t.* (10) *Notae in Tacitum.* (11) *De Locutione emendata.* (12) *Astronomica.*

¹ Von Leibniz' Hand am Rande untereinander geschrieben: prix 5 thl, 4 thl, 1, 2 thl, 1 thl, 1 thl; offerendi 7 thl oder 8

4 *Sphaericae et Geometriae compendia:* J. VON FELDEN, *Compendium doctrinae sphaericae*, Leipzig 1653, Helmstedt 1658; *Ars geometrica*, Helmstedt 1660. 4 J. VON FELDEN, *Disputationum ad institutiones imperiales prima de fine et officio ICti varisque juris speciebus*, Helmstedt 1652; *Disputationum ad institutiones imperiales secunda de jure personarum et potestate domestica*, Helmstedt 1653. 5 J. VON FELDEN, *Disputatio physica de coelo*, Helmstedt 1640. 5 J. VON FELDEN, *Disputatio de analysi Euclidea*, Helmstedt 1645. 5 J. VON FELDEN, *Exercitatio politica de regimine civitatum et gentium, potissimum ratione prudentiae legislatoria diverso et simili*, Helmstedt 1654. 5 f. J. VON FELDEN, *De potissimo scientiae principio, seu definitione disputatio*, Helmstedt 1653. 6 J. VON FELDEN, *Disputatio de jurisdictione*, Rinteln 1650. 10 aliquis . . . mortuus: nicht nachgewiesen.

(13) Astrologica. Genethliaca, ubi pro exemplo suam dedit genesis. (14) De demonstratione. (15) ad Aristotelis V. *Metaphysicorum*. (16) ad *Topicorum* libros omnes, ubi exempla pleraque Juridica vel certe ex Practica sunt Philosophia. Num aliud quid || habeam vel editum sit nunc non succurrit. Commentarium in *ff* scio haberi MSS^{tum} sed quem ipse nunquam potui consequi, licet viderim aliquoties. Nuper adhuc cognato meo dederam id opera ut exscriberet eum a filio ipsius acceptum, sed is infelici morte obiit Witebergae confossus, filius infelcis nunc Syndici Garmeri nostratis, Avunculi mei. Hujus consobrini mei librorum suppellex cum hoc transferretur, illud MSS^{tum} in ea frustra quaesivi, quo proinde Feldeni filius et ego simul carere cogimur. Sine dubio defunctus id describendum alteri dederat, insciis aliis, qui nunc illud premit. Caeteroqui ea quae venalia sunt descripta sunt vel ipsius auditoris, hominis docti dum viveret ac judiciosi manu non obscura nec ineleganti, vel ab aliis descripta relecta, nec uti solent quae ut veneant describuntur spatiose, sed aliqua compressius etiam quam forte velles, et quibus alii desribentes duplum chartae sint impensuri. Vide an emi eorum aliquid velis, et mature indica, nam aliqua jam veniere. Nec his emptores deerunt. Si volueris omnia, spes est a pretio aliquid detractum iri etiam.

Hueti opus valde opto prodire. Etzardiana tardius eduntur, cum ob Typographorum nostrorum inertiam, tum ob alias caussas. Interim non est metus ne pereant ejus observata, quando quidem habet jam filiorum patrissantium trigam, Gymnasium nostrum frequentantem. Illud afflictum est nunc morte nupera primi Professoris Kirstenii, cuius funeri scriptum a me decumbente programma his adjunxi. Gisebertus hic saepe in curia nostra comparere solet, credo eum si non semper at maximam partem hic agere, familiaritatem cum eodem non habeo. Huc adveniens, quod opto, eruditionis verae amantes invenies paucissimos, ex litteris quaestuarium rem facientes plerosque. De meis edendis adhuc, si tanti videatur id Tibi, scribam epistolam aliquando peculiarem, unde quo in statu nunc sit quaelibet pars eorum, et quid de illarum unaquaque sit expectandum appareat. Nunc videor satis te onerasse. Spinosianam *Ethicam* necdum videre contigit. Neque magni quid ab eo mihi homine in hoc genere promitto, quod ad praxin bonae vitae possit conducere. Subtilia paradoxa forte dederit. Sed quorsum hae aranearum telae, quae nec firmare voluntatem, nec ligare appetitum aut affectum aliquem inordinatum valent. Nam quod Stoicorum aliquos sine praemiis aliis quam honestae hujus vitae putamus virtutem amasse, in eo etiam fortasse fallimur. Plerisque cum Platone, Socrate, Epicteto, etc. futurae vitae licet dubiam spem in sinu alentibus, aliquibus etiam forte necessitate

4 Commentarium in *ff*: Feldens Digestenkommentar (Manuskript). 16 opus: P. D. HUET, *Demonstratio evangelica pro veritate religionis Christianae ad Serenissimum Delphinum*, Paris 1679. 16 Eine Werkausgabe des Hamburger Orientalisten Esdras Edzard ist nicht nachgewiesen. Bis zum Zeitpunkt der Abfassung unseres Briefes waren lediglich vereinzelte, kleine Schriften meist theologischen Inhalts erschienen. 19 f. scriptum: wohl gemeint *Corona gymnastica in funere D. Mich. Kirstenii*, 1678, ein *Programma* auf den Tod von Michael Kirsten am 2. März 1678. 25 f. B. DE SPINOZA, *Ethica ordine geometrico demonstrata*, in *Opera posthuma*, Amsterdam 1677.

quadam professionem vitae quam tanta cum arrogantia et jactatione professi erant, vel simulando continuare, ne plane riderentur, adstrictis. Quo enim quaeso loco alio quam inter fatuos mansissent illi, qui ἀπόθειον tam severe professi, vita sua doctrinam refutassent, aut quosnam auditores retinuissent? Itaque nec liberum erat omnibus simulationem virtutis excutere, quae
5 ipsa tamen non sivit eos fieri aequae ac alii erant malos. Vagetius noster in Jungianis MSS^{tis} ordinandis est totus, is salute plurima Te impertire jussit, ac indicis accuratioris schedarum Jungianarum, simulac is absolutus erit exemplar || promittit. Quod superest, an ex vestra Bibliotheca Moralium auctorum Catalogum descriptum consequi liceat scire vellem. Magis vero etiam, an ex Guelphenbytanae Bibliothecae catalogo partem illam meo sumptu mihi
0 describendam curare possis. Fuit hic ejus Bibliothecarius Hanisius abhinc biennio fere, quem cum visitarem, atque Langebecianae Civitati nostrae donatae quidem, at fortassis inter haereses, nisi aliquis ex Machina Deus prohibeat, strangulandae Bibliothecae Catalogum desiderare cognoscerem, omne studium impendi ut eo potirer. Scripsi deinde illi sub initium anni superioris, posse me nunc desiderio suo satisfacere, petere vero vicissim, Moralium Bibliothecae
5 ipsorum copiam. At responsi nihil tuli. Num Tu aliquid hac in re consulere possis vide. Nimirum ad Bibliographiam moralem meam uti vellem hac designatione, quam mihi promitto pleniorum alia quavis. Nec enim nunc impressis forte libris instructior alia Bibliotheca extat.
Vale favere pergens

Vir Amplissime
Hamb. 1678. d. 19. Martii.

De immortalitatis animae adjuncta demonstratione quaeso judicium tuum aperire ne graveris.

170. GEORG HERMANN SCHULLER AN LEIBNIZ

Amsterdam, 19./29. März 1678. [160.]

25 Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 843, Bl. 18–19. 1 Bog. 4°. 2 S. (Vorlage für unseren Teildruck.)

^{E¹} STEIN, *Leibniz und Spinoza*, 1890, S. 292–293 (Teildruck).

E² II, 1 (1926) N. 170 (Teildruck).

E³ III, 2 (1987) N. 150.

11 Langebecianae . . . donatae: Im Verlauf des 17. Jahrhunderts erhielt die Hamburger Johanneumsbibliothek eine Reihe von Bücher- und Handschriftensammlungen, u.a. die des Herzoglich Braunschweigischen Geheimen Rats und Kanzlers Heinrich Langenbeck. 13–15 Scripsi: Brief an den Wolfenbütteler Bibliothekar David Hanisius (nicht nachgewiesen). 21 *De . . . demonstratione*: Weder diese Beilage noch Leibniz' Stellungnahme dazu, auf die Placcius in N. 174 erwidert, sind gefunden worden.

Stellungnahme dazu, auf die Placcius in N. 174 erwidert, sind gefunden worden.

Unser Brief antwortet auf zwei nicht gefundene Briefe von Leibniz Ende Februar / Anfang März (III, 2 N. 142, erschlossen) und Mitte März 1678 (III, 2 N. 146, erschlossen) und wird beantwortet durch Leibniz an Schuller, April 1678 (III, 2 N. 156, erschlossen).

:405
5

|| [. . .] Editorem ob Tuum in posthumis Spinosae sine meo rogatu expressum nomen acriter reprehendi, quamvis id periculi expers credam, cum praeter Mathematica nil contineant literae Tuae; Accurate satis de aliorum [nominibus] divinasti. Ultimae a 61. usque ad penultimas a me et Tschirnh. simul datae et redditae. S. de Vries Mercator et Mennonista jam ante annos aliquot obiit, et Legatum 100 Imperialium quotannis Authori legavit. J.V.M. est Joh. van der Meer. J.J. Jarigh Jellis uterque Mercator adhuc in vivis. J.O. Joh. Oosten Chirurgus Roterodamensis. Epist. 56. scripta est ad pensionarium sive Syndicum Gorcomensem Hugo-
10 nem Buxen Mutatione Principis Auriaci ab officio A° 72, depositum. Epistola 50. ad J.J. data.
[. . .] Cartesiana pro Te describuntur. [. . .]

Amstel. 29/19 Mart. 1678

171. VINCENT PLACCIUS AN LEIBNIZ

Hamburg, 9. April 1678. [169.174.]

15

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 730, Bl. 11. 1 Bl. 2°. 1 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 21–23.

E² II, 1 (1926) N. 171.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 12 (nach *E¹*).

20

8 | et erg. | Legatum *K*

4 Editorem: Als Herausgeber der *Opera posthuma* Spinozas fungierten wohl Jarig Jelles und Jan Rieuwertsz. 6 literae Tuae: Leibniz an Spinoza, 5. Oktober 1671 (N. 80), in *Opera posthuma*, ep. LI (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 45, S. 230 f.). 6 f. Ultimae . . . redditae: a.a.O., ep. LXI-LXXII (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 57–60, 63–66, 80–83). 7 S. de Vries: Simon Josten de Vries (1633?–1667), a.a.O., ep. XXVI-XXVIII (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 8–10, S. 38–47). 9 Joh. van der Meer: a.a.O., ep. XLIII (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 38, S. 190–192). 9 J. J. Jarigh Jellis: a.a.O., ep. XLIV-XLVII (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 39–41 u. 44, S. 193–206 u. 227–229). 9 J.O. Joh. Oosten: wohl Jacob Ostens (1625?–1678), a.a.O., ep. XLVIII-XLIX (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 42–43, S. 207–226). 10 Epist. 56.: a.a.O., ep. 56 (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 52, S. 242–245). Die Lebensdaten von Hugo Boxel (Buxen) aus Gorcum konnten nicht ermittelt werden. 11 Epistola 50.: a.a.O., ep. L (GEBHARDT, *Spinoza, Opera*, Bd IV, ep. 50, S. 238–241). 12 Cartesiana: Möglicherweise handelt es sich um in den Niederlanden umlaufende Descartes-Abschriften, jedoch wohl nicht um die *Regulae ad directionem ingenii* (VI, 4 N. 221), wie es eine Bücherquittung Schullers vom 13. November 1678 (I, 3 N. 42, S. 61) nahelegen könnte.

Unser Brief befaßt sich ebenso wie die in kurzen Abständen folgenden vom 23. April und 14. Mai (N. 174 u. N. 175) hauptsächlich mit bibliographischen Angaben zu Ausgaben und Manuskripten von Feldens. Leibniz antwortet nicht im einzelnen.

S. P. Vir Nobilissime, Amplissime, et Consultissime, Dne ac Patrone honoratissime.

:405 5 || Ne quid procrastinatio mea Tuo voto noceret, festinata responsione opus judicavi. Non desunt enim qui Feldenianorum MSS^{torum} aliqua pretio designato antehac, volunt, utpote vix altero tanto alioqui describenda more illo et scribendi genere quo alias qui ex conducto id agunt scribere solent. Attamen quia nemo adhuc omnibus emendis sese obtulit, impetravi ut || 2 Imperiales cum una tertia volenti cuncta remitterentur, adeoque XII Imperialibus omnia 10 venirent. Ego quia nondum plane de voluntate Tua certus eram X imperiales promittendo, id obtinui, ut donec a te responsi quid feram ad octiduum omnia mecum haberem, quod octiduum facile ad aliquot etiam dies prorogabo. Interim Tute quid Tibi putas expedire consules atque significabis. Minimum id spero, non opus fore, ut si X Imperialibus forte venire debeant, ego fidem fallam, atque damni circa emptores alios dati caussa sim. Quamvis an eo pretio addictum 15 iri sperandum sit, necdum ausim definire. Libros Ethicos laudatos plerosque vel habeo vel certe vidi. Nisi quod Fricii Modrevii opera conjunctim edita ignorem, aliqua sparsim seculo superiori prodita scio, sed nec in illis moralia. Unde percupiam aliquid amplius de iis per Te scire. Ut et ubi ac quando Honorati Fabri liber prodierit, ac an alia quam Theologica tractet. Idem de Gallico ex portu Regio libro peto, contra Calvinistas scripto, nec non de Palavicini Opere, quae 20 duo cuius sint formae ac molis quaeso indices. *La Morale del Tesauro* itidem me latet: quae si sit illius Emanuelis, a quo *Il Cannocchiale Aristotelico* habemus in Rheticis, non erit nullius pretii. Ad reliqua, ubi responsum hisce fuerit, quantum potero reponam. Nunc propter Feleniana maturare hoc quidquid est volui.

Hamb. 1678. Prid. Fest. Paschatos.

25 Nobilissimo Amplissimo et Consultissimo. D^{no} Gottfrid Guilielmo Leibnitio. III^o Principi Hanoverano a consiliis, D^{no} et Patrono meo summo. Hanoverae.

14 circa (1) venditores (2) emptores K

16 Modrevii opera: Eine Gesamtausgabe ist zu Leibniz' Lebzeiten nicht erschienen. 18 Honorati Fabri liber: wohl gemeint H. FABRI, *Apologeticus doctrinae moralis ejusdem societatis . . .*, Lyon 1670. Aus diesem Werk fertigt Leibniz später ausführliche Exzerpte an (VI, 4 N. 442). 19 Gallico libro: P. NICOLE, *Préjugés légitimes contre les Calvinistes*, Paris 1671. 19 Palavicini Opere: Auf welches Buch von Palavicino Placcius anspielt, konnte nicht ermittelt werden. 20 *La Morale*: E. TESAURO, *La filosofia morale derivata dall'alto fonte del grande Aristotela Stagerita*, Turin 1670 u.ö. 21 *Il Cannocchiale*: E. TESAURO, *Il Cannocchiale Aristotelico, o sia Idea delle argutezze heroicamente vulgarmente chiamate imprese*, Turin 1654 u.ö.

172. EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS AN LEIBNIZ
Rom, 10. April 1678. [141.177.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 943, Bl. 11–14. 1 Bog. 2° u. 2 Bl. (44,5 x 31 cm). 7 S. Eigh. Aufschrift u.
Siegel. Ränder von Bl. 12 stark beschädigt. Eintragungen und Unterstreichungen von Leib- 5
niz' Hand. Vier Tafeln.
- E¹ GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 4, 1859, S. 447–451 (Teildruck).
- E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 354–371.
- E³ II, 1 (1926) N. 172 (Teildruck).
- E⁴ III, 2 (1987) N. 154 (mit vollständiger Überlieferung). 10

Unser Brief antwortet auf zwei Briefe von Januar bis Anfang März 1678 (III, 2 N. 137 und N. 143) und wird gemeinsam mit Tschirnhaus' Brief vom 30. April (III, 2 N. 164) Ende Mai von Leibniz beantwortet (N. 177; III, 2 N. 171).

|| Romae d. 10 Aprilis Anno 1678. 15 :406

[. . .] Tandem ut ad ea revertar quae loqueris de lingua Philosophica, ac aliis similibus non utique haec percipio; nec quoque quod dicis de lingua quadam Geometrica, qua Dom. Desargues subtilissimas ratiocinationes instituit sine figuris et calculo, nunquam sane haec vidi, nisi quae de Sectionibus habet conicis perpulchra, sed quae aliquo modo imaginationem fatigant; Hoc quidem Mihi persuasi et certus sum Nos posse in rebus philosophicis ad veritates 20 incognitas indagandas, eadem ratione calculo uti simili Algebraico; sed hic primo definitiones rerum tradendae, quae satis perspicax ingenium desiderant, nec ad eas formandas praestantiora praeculta unquam vidi quam quae habet Dn. Spinoza *de Emendatione intellectus*; quod manuscriptum a Dn. Schüllero Mihi transmissum penes Me habeo, utinam omnia reliqua ejus opera;

17 haec erg. K 17 quadam erg. K 19 f. quae (1) admodum imaginationem tendunt (2) aliquo . . .
fatigant K 24 opera; (1) sed nec credo ne in Mathematicis (2) Et K

16 loqueris . . . Philosophica: wohl Anfang März 1678 (III, 2 N. 143) in einem nicht gefundenen Teil des nur als Teilkonzept überlieferten Briefes; vgl. zum Thema die Schriften *Lingua generalis* (Februar 1678, VI, 4 N. 21), *Lingua universalis* (Februar 1678 (?), VI, 4 N. 22), *De grammatica rationali et arte memoriae* (April 1678, VI, 4 N. 24) sowie *Lingua rationalis* (November 1678 bis Januar 1680 (?), VI, 4 N. 38). 18 Desargues . . . instituit: vielleicht in dem verschollenen Druck *Leçons de ténèbres*, Paris 1640; vgl. auch III, 1 S. 55 Erl. 19 quae . . . perpulchra: vgl. G. DESARGUES, *Brouillon project d'une atteinte aux événemens des rencontres du cone avec un plan*, Paris 1639; vgl. auch VI, 3 N. 45, S. 415. 23 de *Emendatione intellectus*: Spinozas unvollendet gebliebene Abhandlung *Tractatus de intellectus emendatione* wurde erstmals 1677 in den *Opera postuma* veröffentlicht.

Et in eo totus ero postquam Mihi in Mathematicis satisfecerim, si quidem fata concedant. Sed quod non adeo facile sit definitiones rerum tradere accuratas id vel ex hoc solo constat; quod et in Mathematicis non semper tales traditae; sic ne unicum vidi qui || veram definitionem tradiderit proportionis, imo quod magis mirandum rei simplicissimae hoc est lineae rectae nullam accuratam definitionem, nisi per solas proprietates; quod nimur sit brevissima eosdem terminos habentium; quod extrema obumbrent omnia media etc. [. . .]

A Monsieur Monsieur Gottfredo Guillielmo Leibnützio, Conseiller de S.A.S. de Hanover; Mon tres honoré Amy. Treshumbl. à Hannover.

173. ARNOLD ECKHARD AN LEIBNIZ

10 Rinteln, 5. (15.) April 1678. [149.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 227, Bl. 35. 1 Bl. 2°. 1 $\frac{3}{4}$ S.
 E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 2, 1761, S. 235–237.
 E² II, 1 (1926) N. 173.

15 Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 601 (nach E¹).

Eckhard dankt Leibniz für die Vermittlung bei Herzog Johann Friedrich, durch die er nach seinem erzwungenen Weggang von der Universität Rinteln 1678 das Amt eines Pfarrers und Superintendenten in Jeinsen erhielt. Die weitere Korrespondenz zwischen Eckhard und Leibniz aus der Zeit von Januar bis Oktober 1679 wird 20 aufgrund ihres rein mathematischen Inhaltes in Reihe III gedruckt.

:407

|| Vir Nobilissime et Amplissime, Domine et Fautor multis nominibus colende.

Renunciatum mihi est a Rev^{mo} D^{no} Abbe locensi, quam gravissimum istum casum, qui me per aliquot menses afflixit, tandemque de omni pristino statu dejecit, familiariter tuleris: quantaque fide, cura et diligentia Ser^{mo} Brunsvicensium ac Luneburgensium Duci, Hero Tu et 25 item meo clementissimo me studiaque mea commendaveris. Quo nomine equidem gratias Tibi ago maximas: majores etiam habeo: memor futurus summorum Tuorum in me meritorum, dum spiritus hos reget artus. O miram divini Numinis in me benigitatem, quam in mediis meis angustiis sensisse me, impius sim, si negem! Dum enim fortunae fluctibus agitatus nil nisi

1 si . . . concedant erg. K 3 Mathematicis (1) de rebus egregiis non (2) non K

praesentissimum omnium fortunarum naufragium ante oculos video, adestis illico Vos, summi Viri, tantoque Principe digni Ministri, rebusque meis fessis opem tempestivi acceleratis. Vos e
saevissima hyeme turbulentissimaque tempestate in exoptatum tranquillitatis portum me reduxistis. Vestra egomet opera terram illam teneo, ubi et ego, et studia mea (nec vanum spero augurium) spiritum, vitam, vigorem recipiemus. Faxit ille, a cuius nutu cuncta humana pendent, ut omnia cedant feliciter: egoque Ser^{mo} Hero devotissimum animi affectum, fidelissimaque obsequia; Tibi autem, Amplissime Vir, et reliquis novi fati mei conciliatoribus studia, cultum et
observantiam meam ita probem, ut nec Vos dati beneficii poenitere, nec me accepti pudere unquam possit. Vale, Vir Nobilissime, faveque

Nobiliss. Amplitud. T. Observantissimo A. Eckhardo. 10
Scribebam Rintel. ad d. V. April. 1678.

174. VINCENT PLACCIUS AN LEIBNIZ
Hamburg, 13. (23.) April 1678. [171.175.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 730, Bl. 7. 1 Bl. 2°. 1 1/2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. (Unsere Druck- 15 vorlage.)
k Abschrift: HAMBURG, Staats- und Universitätsbibliothek, Sup. ep. 71, Bl. 100–101. 2 1/4 S.
E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 23–27 (nach K).
E² II, 1 (1926) N. 174 (nach K).
Weiterer Druck: 20
DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 12–14 (nach E¹).

Unser Brief wird von Leibniz nicht im einzelnen beantwortet. Leibniz' nächste Reaktion erfolgt erst mit N. 182.

S. P. Amplissime, Excellentissime D^{ne} Fautor honoratissime

|| Feldenianos libros Mss^{tos} tandem imperialibus illis X, quamvis aegre, feci ut impetrares. 25 :407
Itaque cui tradi velis tantum indicatu opus est. *Sylloge* Speidelii non continetur Langebeciano inventario, a me ipso propterea perflecto denuo. Jungianorum aliquid imprimetur || propediem, et jam cum typographo agitur de conditionibus. Etiam Fogelianae Bibliothecae auctione publica 408

2 digni (1) Viri | (2) Ministri erg. | K

26 Die *Sylloge* von Speidel war in der Langebeckschen Schenkung (vgl. N. 171) nicht enthalten. 28–S. 616.1 Fogelianae Bibliothecae . . . catalogus: *Catalogus Bibliothecae Cl. V. Martini Fogelii Hamburgensis . . . multis, varis, selectis egregiisque libris refertae, cuius auctio habebitur in aedibus Fogelianis die Martii 13. August. et seqq. anno 1678*, Hamburg 1678.

vendenda catalogus jam sub prelo est. Sed lenti sunt nostri homines nisi compelluntur. Itaque vix ante Pentecostes festum, credo, ea impressio finietur, praeter propter XII foliis prodituris. Sane rarissimorum in ea librorum adest copia. Quae de auctoribus indicas, grata sunt, sed de Modrevio et Tesauro videris oblitus. Nunc ad demonstrationem nostram examinatam a Te 5 venio: quae neque mihi adhuc satisfacit, quamvis putem probari posse, animam naturaliter vel quatenus ratiocinatur et vult, in bonam immortalitatem ferri, nec nisi aeterno summo bono posse satiari, adeoque aut miseriae merae temporali, aut aeternitati bonae naturaliter esse destinatam. Aequivocationes etiam fateor distinguendas fore accuratius, et adeo definiendum τὸ naturale, τὸ necessario, τὸ desiderium praecipue. Desiderium autem non frustraneum 10 impleri posse debere puto licet actu forte id non fiat, quoniam alias, licet per accidens aliquem sortiatur finem, attamen per se non sit nisi frustraneum futurum, scil. quatenus est desiderium: sicut calceus quatenus calceus, est frustraneus, nisi pedi applicetur, etsi forte possit quatenus corium vel aliud quid aliis usibus inservire. Taliter autem illud *frustra* est accipendum ex definitione auctoris propos. prima, quae deberet inde porro demonstrari, quod imperfectionis sit 15 rem creare quae non possit ad suum quo tendit finem perduci. Sed quid si hoc demonstretur, aut demonstrari posse concedatur, Naturam vel providentiam divinam frustra eo sensu nil facere, adeoque ut bona hypothesis admittatur, ac voces illae, fortasse difficilius externa oratione sufficienter definiendae, quam citra errorem eodem utrinque conceptu interno accipiendae, congruo sensu capiantur: haud tamen inde sequetur animam mori non posse vel immortalem 20 esse, sed posse non mori vel non necessario esse mortalem. Quod longe minus est, quam necessario esse immortalem. Etenim fieri possit ut homo sua culpa cum posset non mori, moriatur, qui si non posset mori, nec sua culpa moreretur. Verum haec quidem de hac demonstratione, nunc an ullam habeas perfectiorem, scire pervelim, vel si spes eam dare de illa ut serio cogites oro. Vix enim video quid in rebus humanis meditari dignius queamus.

25 De statu meorum ineditorum adhuc plene perscribere non vacat. Arrhae interim loco de *Astrologia* non contemnenda rationes hasce cape. Quia corpora nostra mirifice ab astris affici plane indubitatum est, ac de temperie, morbis ac sanitate praedictiones admodum certas dari sum expertus. Jam naturae sequitur semina quisque sua. Ac eatenus de illis etiam quae sunt liberi arbitrii probabiliter praedicetur. Fortuita vero nulla sunt apud Deum, aut ergo quae talia 30 nobis videntur intermedias habent suas caussas, aut immediate a Deo proficiscentur. Posteriori qui probaverit, huic largiar, nil posse super iis praedici. Caeteroqui cum tot habeam exempla praedictionum super hisce, non video cur nihil horum astris debeat tribui. Sane Feldeniana

4 et Tesauro *erg. K* 9 τὸ desiderium *erg. K* 10 posse *erg. K* 10 licet . . . fiat *erg. K*

4 Modrevio et Tesauro: vgl. N. 171. 4 demonstrationem nostram: Placcius schickte seine *Demonstratio immortalitatis animae* am 29. März 1678 (N. 169) mit der Bitte um eine Beurteilung an Leibniz. Diese Antwort von Leibniz ist nicht gefunden worden. 26–S. 617.6 *Astrologia . . . foret*: V. PLACCIUS, *De astrologia juridicaria potius expurganda quam contemnenda consilium epistolare* (HANNOVER, Niedersächs. Landesbibl., MS IV, 388).

principia secutos, non puto in generalibus de corpore ac fortuna praedicendis unquam || plane fuisse falsos, ita ut firmam v. gr. valetudinem morboso, miseriam fortunato, etc. praedixerint. Quin imo in ipsius et aliorum ab ipso vel ipsius ductu eruditis, curiose elaborata genesi nulla non, admirandas praedictiones specialissimas deprehendi, quas hic recensere nunc non vacat. Quin ipsam epistolam non adeo prolixam imperialis dimidii sumptibus vel forsitan minoris describendam curare possem, si tanti ea res foret. Sed est quod a Te quoque vicissim petam. Nimirum indiculum editorum, a Te, ac edendorum, communicari mecum. Etenim praeter anonyma bina, et dissertationem *de Bibliotheca Norimbergensi, de combinatione*, ac praefationem Nizolii *Antibarbaro* praefixam nunc non recordor aliquid me vidiisse. Quaeso itaque hac in re morem geras Tibi se ad omnia commodaturo.

Vale Excell^{mi} T. N. observatiss^{mus} V. Placcius
Hamb. 1678 d. 13. Aprilis.

A Monsieur Monsieur Leibnitius Conseiller de Son Altesse de Hanover, à Hannover.

175. VINCENT PLACCIUS AN LEIBNIZ

Hamburg, 4. (14.) Mai 1678. [174.178.]

15

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 730, Bl. 8-9. 1 Bog. 2°. 2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 27–31.

E^2 II, 1 (1926) N. 175.

Weiterer Druck:

20

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 14–16 (nach E¹).

Unser Brief wird, ebenso wie N. 174, von Leibniz nicht beantwortet.

S. P. Vir Amplissime atque Excellentissime D^{ne} et Patrona honoratissima.

¶ Feldeniana dum petentem expecto, domoque tantisper absum, foliorum Fogelianae :409
Bibliothecae transmissionem procrastinavi. Ea nunc mitto quoisque sunt impressa. Epistolam 25

8 anonyma bina: wohl gemeint LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova* und *Theoria motus abstracti*, beide 1670/71 (VI, 2 N. 40 u. N. 41). 8 dissertationem: Placcius weist Leibniz fälschlich wohl das Werk eines gleichnamigen, aber nicht verwandten Nürnberger Predigers zu: J. J. LEIBNIZ, *Inclutae Bibliothecae Norimbergensis memorabilia, hoc est, naturae admiranda, ingenii humani artificia, et antiquitatis monumenta*, Nürnberg 1674. 8 de combinatione: wohl gemeint LEIBNIZ, *Dissertatio de Arte Combinatoria*, Leipzig 1666 (VI, 1 N. 8). 8 f. praefationem ... praefixam: M. NIZOLIUS, *Antibarbarus philosophicus sive philosophia Scholasticorum impugnata, libris IV de veris principiis, et vera ratione philosophandi contra pseudo-philosophos*. Hrsg. v. G. W. Leibniz. Frankfurt 1674. 25 Epistolam: V. PLACCIUS, *De astrologia judicaria ... consilium Epistolare*; vgl. N. 174.

meam de *Astrologia* describendam nunc curo. Feldenianorum praceptorum volumen est spissius, et intricatus scriptum, quam ut tam cito et a quovis describi queat, sed hominem mathematicorum signorum et numerorum curiosum, cui committatur ea descriptio requirit. *Hypothesis Physica* tua qualis sit ac quaenam et ubinam edita scire aveo. Propositum de 5 accurato nimis examine imprimendorum, uti approbo, ita ne fraudi sit publico curandum puto. Jungianis et Fogelianis aliorumque aliis operibus, quaenam impedimenta nimium illud accusationis studium dederit scio. Nunquam ita quidquam limate a nobis edetur, quin post aliquot annos relegendibus plura emendanda sint vel augenda. Dies diem docet, ac ab eo in quem 10 concenderamus loco semper ulterius dabitur adscendere, quando renovatis quiete aliquot annorum viribus, ubi substiteramus olim fessi, nunc vegeti ceperimus nos erigere ad sublimiora. Nunquam eo perveniemus unde progredi nequeamus ipsi, quamdiu ἐκ μέρους γνώσκομεν, et adhuc nondum τὸ τέλειον ἔλθη. Fortassis etiam aliquid est (concede libere philosophanti) ambitionis in hoc, si quis ne aliquando se corrigere necesse habeat, periculum, egregiis aliquibus remp. litterariam privandi nimis temere subire sustineat, ac meditationes non proletarias 15 diu nimis lucem vitare cogat. Sane nullum ex meis etiam est scriptis, in quo non multa sim emendaturus, si recudendum veniat. Interim gratius mihi fieri nihil potest, quam si monear adhuc a quoquam. Imo illud adhuc a Te peto beneficium expetoque.

410 De animae immortalitate argumentum illud a justitia et bonitate Dei non ferentis tantam || bonorum miseriam et malorum felicitatem quanta hujus vitae terminis inclusa deprae- 20 henditur, etiam SS. litterae unice urgent. Neque, fateor, efficacius ullum hucusque inveni. Ac nostrum non potest non ad Naturae naturantis, optime unumquodque ordinantis providentiam recidere. Cujus vigore non videtur appetitus esse datus, ut non expleatur, sed per accidens inserviat vitae tolerandae tantum, vel alii non suo usui. An Digbaeanas *de animae immortalitate* sic inscriptas demonstrationes, item Claubergii *de Cognitione Dei ac nostri* huc ex parte 25 pertinentes meditationes consideraveris, et quoisque approbaveris, scire cupio. Uterque Cartesium amat, neque tamen providentiae in hoc arguento rationem habet nullam: quin potius potissimam.

De Feldenianis apud me residuis haec habe: Theologica excerpta esse operis magni, a me in meos usus facta, sic ut neque legi facile ab alio, neque connexione ligari, nedum cui sint usui 30 excerpta dijudicari possit, sed mihi solum inservire. Sic et Juris naturalis excerpta ex ore disserentis notata quae tamen ad contractus, quasi contractus etc. specialia pleraque procedunt, rationibus mere philosophicis nixa. Astronomiae compendium est breve nec integrum. Astrologia integra, pro exemplo ipsius auctoris Genesin habeas adjunctam. Prolegomena juris defensionem librorum juris et connexionem titulorum Juris Civilis et pontificii continent. Ad insti-

4 et ubinam erg. K 14 f. subire, (1) meditationes non proletarias cogat. (2) sustineat, . . . cogat. K

4 LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*. Mainz 1671; London 1671 (VI, 4 N. 40 u. 41). 18 *De animae immortalitate*: Beilage zu N. 169.

tutiones commentaria prolixa satis, sed hinc inde titulis ac titulorum partibus mutila sunt. Magis etiam de Jurisdictione, deque Historia Romana fragmenta, quae partes bonarum meditationum merae sunt. De Locutione emendata Tr. philosophiam circa Rhetoricam elocutionem non contemnendam habet, neque prolixa est, sicut et de demonstratione opusculum, et ad V. *Metaphysicorum*, quae ut et Topica satis elaborata sunt. Facile tamen sola Topica molem trium reliquorum superant omnium. Inventionem in Fortificatoris libelli conclusione memoratam aliquando ex ipso praelegente nobis eum libellum audivisse memini. Quantum recordor in eo positum, ut tota civitas ex meris ejuscemodi munimentis, ad instar stellaris muniti *Einer Sternschantzen* exstruatur, cujus externae partes sint bene solidatae, internae nullo modo. Sic ad intimum usque munimentum, diruto exteriori, novum angustius, adeoque paucioribus copiis defendendum superesset, neque hostis occupato multum frui posset, utpote cujus exteriora priusquam occupasset destructa forent, interiora versus civitatem nunquam roborata fuissent. Haec hactenus, plura, ubi continuationem Catalogi mittam, quod fiet ni aliter jubes abhinc octiduo. Excell. T. N. cultor ingenuus

V. Placcius

Hamb. 1678 d. 4. Maii.

15

Dn. Siverus salutat officiosissime, ac impressione Tassianorum, ad quotidianam corrigendi assiduitatem obligante quo minus rescribat impediri se nunciat.

Dem Wohledlen Vesten und Hochgelahrten Herren, Herren Gottfried Wilhelm Leibnitz. Fürstl. Hanoverischen Hochbetrauten Raht, meinem insonders Hochgeehrten Herren in Hanover.

20

176. HERMANN CONRING AN LEIBNIZ

Helmstedt, 8. (18.) Mai 1678. [168.181.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 171, Bl. 50–51. 1 Bog. 4°. 1 $\frac{1}{2}$ S. (Unsere Druckvorlage.)
 k Abschrift: HANNOVER, *Niedersächs. Hauptstaatsarchiv*, P 18 b1 6, S. 419–421. 3 Bl. 4°. 25
 2 $\frac{1}{4}$ S. (Kriegsverlust.)
 E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 199–200 (nach K).
 E² II, 1 (1926) N. 176 (nach K).

3 elocutionem erg. K

6 Inventionem: nicht nachgewiesen. 16 Siver gab seit 1673 die meisten nachgelassenen Schriften des Hamburger Mathematikers Johann Adolf Tasse heraus; vgl. N. 155. 17 nunciat: vgl. Siver an Leibniz, 6. August 1677 (N. 155).

Unser Brief, in dem Conring seinen Überdruß an Leibniz' ausführlichen philosophischen Diskussionen zum Ausdruck bringt, antwortet auf N. 168. Wohl Leibniz selbst hat den Quart-Bogen des Briefs zunächst halb zerrissen, dann die ihm verletzend erscheinenden Worte Conrings auf dem unteren Drittel von Bl. 50 abgeschnitten, so daß nur ein fragmentarischer Schluß in der Abfertigung erhalten blieb. Der dadurch verlorengegangene Text wurde nach *k* ergänzt. Dabei haben wir auf die erhalten gebliebenen Arbeitsunterlagen der Editoren von 1926 zurückgegriffen, da *k* zu den Kriegsverlusten zählt. Mit unserem Brief endet von Seiten Conrings die Korrespondenz mit Leibniz. Leibniz hat zwar mit N. 181 und 198 versucht, ein Antwortschreiben zu formulieren. Von diesen Briefen ist aber der erste sicher, der zweite höchstwahrscheinlich nie abgefertigt worden. Damit bricht die Korrespondenz endgültig ab. Beischluß war ein Brief von Conring an Baluze (nicht gefunden) zur Weiterbeförderung.

:411

|| S. P.

Quoniam ad Baluzium meas literas curaturum te promisisti, Amplissime Leibnitzi, mitto illas: haud dubitans, fieri posse ut propediem illae sine molestia tua in Galliam abeant; nec vero velim equidem tibi esse gravis. Mitto vero simul etiam librum novissime editum: ut in Bibliotheca Serenissimi Principis reponatur nisi tu isthoc loco censeas indignum, aut Princeps vetuerit recipi. Quod Tuas postremas attinet sunt quidem illae longe mihi acceptissimae multis nominibus, cum primis vasti ingenii tui eximia curiositate: utinam vero liceat pariter omnia quae attigisti, probare consensu meo aut saltim de singulis tecum agere. Verum illa eorum est varietas et multitudo, ut non vacet iis tractandis tempus nunc impendere: illa praeterea, ne quid dissimilem, ratio, ut per quam paucis queam assentiri, quandoquidem non duntaxat nova mihi videntur sed etiam (liceat tua hoc pace addere) a vero per quam aliena. Si famae quoque credendum, nec tibi imposterum otium concedetur talia agendi: quia nempe jus dicendum tibi erit de litigantium controversiis in curia, domi autem legendi ejusmodi libelli fuerint, adeoque seponenda omnia isthaec, quae voluisti literarum tuarum esse argumentum. Spero equidem hoc munus ab Optimo Principe esse tibi impositum: ideoque non dubito jam tum hanc dignitatem tibi gratulari, cum quod honorifica sit tibi, tum [quod] saltim ad reipublicae utiles meditationes ingenium appellere cogeris, relictis paradoxis commentis et vagis speculationibus. Nec tamen non etiam mihi fuerit jucundum, vacuas horas interdum impendere tecum mutuo, inter nos de aliis quoque illis tuis colloquio, si proprius viveremus: quia et haec et similia me quoque pridem habuerunt occupatum: sed scriptis literis isthaec agitare neutri nostrum convenit. Ista igitur quidem serra posthac inter nos conquiescat, donec licuerit coram mutua amicitiae officia praestare. Quod tibi quoque haud ingratum esse arbitror, jam aliis et quidem forensibus districto. Nihilominus me tibi ex animo bene cupere etsi absentem, non est quod dubites: et

26–29 saltim . . . viveremus: erg. Hrsg. nach *k*

14 librum: TACITUS, *De moribus Germanorum*, hrsg. v. H. Conring, 3. Ausg. Helmstedt 1678. Die erste Ausgabe erschien 1635.

vicissim de te paria mihi polliceor. Vale igitur, Vir Amplissime, et salve
 Nominis ac virtutis et eruditionis tuae cultor
 Helmstadii 8 Maji 1678.
 Herm. Conringius.

177. LEIBNIZ AN EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS
 Hannover, Ende Mai 1678. [172.205b.]

5

Überlieferung:

l verb. Reinschrift (von der Hand Brandshagens): LBr 943, Bl. 25–32. 5 Bog. 4º. 18 S.

E¹ GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 4, 1859, S. 451–452.

E² GERHARDT, *Briefw. mit Math.*, Bd 1, 1899, S. 372–382.

E³ II, 1 (1926) N. 177.

10

E⁴ III, 2 (1987) N. 171 (mit vollständiger Überlieferung).

15

Übersetzungen:

1. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 294–299 (Teilübers.). – 2. LOEMKER,
Philosophical Papers, 2. Aufl. 1969, S. 192–194 (Teilübers.). – 3. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, Bd 1, 2000, S. 202–205 (Teilübers.).

15

Unser Brief ist größtenteils mathematischen Inhalts und findet sich in allen Formen gedruckt in Reihe III. Unser Teildruck berücksichtigt nur das letzte Drittel der sehr fehlerhaften Abschrift *l* von der Hand Brandshagens. Die Datierung ergibt sich aus der eigenhändigen Bemerkung von Leibniz am Kopf dieser verbesserten Reinschrift. Ihre nicht gefundene Abfertigung antwortet auf Tschirnhaus' Brief vom 10. April 1678 (N. 172) und wird Mai 1679 beantwortet durch N. 205b. Die Unterstreichungen der hier gesperrt gedruckten Worte stammen 20 von Leibniz' Hand.

Selbstverständliche Abschreibfehler haben wir stillschweigend berichtet, gravierendere editorisch gekennzeichnet.

|| Romam ad Dn. Tschirnhusium fine Maji 1678.

:411

[. . .] Caeterum dum reliqua tuarum literarum percurso, obiter animadverto Te scribere: 25
*multi admodum falso credunt artem combinatoriam esse [separatam] scientiam et ante Algebra-
 bram, ac alias scientias addiscendam, imo sunt qui credunt Artem Combinatoriam plura in se
 continere* || quam artem vulgo Algebra dicunt, hoc est filiam plus scire quam matrem, nam
 revera si nulla alia re id vel ex sola potestatum compositione patet Artem Combinatoriam ex
 algebra addisci. Hactenus verba tua, quae haud dubie in me diriguntur. Illi enim multi, qui ita, 30

412

26 *separatim l ändert Hrsg. nach Tschirnhaus*

26–30 *multi . . . addisci*: Tschirnhaus an Leibniz, 10. April 1678 (III, 2 N. 154, S. 372); vgl. auch Leibniz' Replik auf diese Äußerung in einem weiteren Konzeptbruchstück unseres Briefes (III, 2 N. 171, S. 425).

ut tu ais, putant, praeter me opinor, pauci sunt. Puto autem Te recte sentire, quia me non videris perceperisse, nam si combinatoriam habes pro scientia inveniendi numeros variationum fatebor Tibi lubens, eam scientiae Numerorum esse subordinatam et per consequens Algebrae, quia et scientia Numerorum Algebrae subordinata est, utique enim non invenies numeros illos nisi
⁵ addendo multiplicando etc. Multiplicandi autem ars ex scientia generali de quantitate, quam non nulli Algebrae vocant, descendit, verum mihi aliud longe est ars Combinatoria scilicet: scientia de formis seu de simili et dissimili, quemadmodum algebra est scientia de magnitudine seu de aequali et inaequali. Imo Combinatoria parum differre videtur, a scientia Characteristica generali, cuius ope Characteres apti ad Algebraem, ad Musicam, imo et ad
¹⁰ Logicam excogitati sunt aut excogitari possunt. Hujus scientiae etiam portio est Cryptographia, quamquam in ea non tam componere quam resolvare composita et ut ita dicam radices investigare difficile sit. Nam quod radix in Algebra, id Clavis in Cryptographia Divinatoria. Algebra a se ipsa tantum habet regulas aequalitatum et proportionum. Sed quando problemata difficiliora sunt et aequationum radices valde involutae, cogitur mutuo sumere aliqua a scientia
¹⁵ superiore de simili et dissimili, seu a Combinatoria. Nam artificium comparandi aequationes similes seu ejusdem formae jam Cardano aliquis fuit notum, et a Vieta distinctissime descriptum, proprie ex arte Combinatoria petitum est, nec tantum cum de formulis magnitudinem experimentibus atque aequationibus resolvendis agitur, sed et cum aliarum formularum nihil cum magnitudine commune habentium clavis, involuta, evolvenda est, adhiberi potest ac debet.
²⁰ Ars etiam querendi progressiones, et condendi Tabulas formularum, est pure Combinatoria, neque enim tantum in formulis magnitudines experimentibus sed et aliis omnibus locum habent. Possunt enim etiam formulae [excogitari] exprimentes situm atque ductum linearum et angularum magnitudinibus licet non consideratis, cuius ope facilius utique elegantiores constructiones reperientur quam per Calculum magnitudinum. Quod Triangulorum eosdem angulos
²⁵ habentium latera sint proportionalia hoc demonstrari potest, ope theorematum Combinatoriorum (seu de simili et dissimili) longe naturalius, quam fecit Euclides. Fateor interim nusquam pulchriora quam in Algebra artis Combinatoriae sive Characteristicae generalis specimina edita esse, ac proinde qui algebra teneat facilius combinatoriam generalem [constituturus], quia

2 numeros |(1) combinatoria (2) variationum erg. |l 22 exceptari l ändert Hrsg. 28 constituturum l ändert Hrsg.

16 f. a Vieta distinctissime descriptum: F. VIÈTE, *De aequationum recognitione et emendatione tractatus duo*, hrsg. v. A. Anderson, Paris 1615. 25 demonstrari potest: vgl. hierzu die wahrscheinlich aus späterer Zeit stammende Aufzeichnung *De analysi situs* (LH XXXV, 1, 12, Bl. 1–2; gedr. bei GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 5, 1858, S. 178–183, bes. S. 181 f.). 26 quam fecit Euclides: vgl. EUKLID, *Elementorum libri XV*, hrsg. v. I. Barrow, 2. Aufl. Osnabrück 1676, lib. I, prop. IV. In Leibniz' Handexemplar dieser Ausgabe finden sich umfangreiche Notizen neben dem Beweis dieses Satzes; vgl. auch VI, 4 N. 54.

413
5

semper ad scientias generales facilius a posteriori ex specialibus exemplis, quam a priori pervenitur. Ipsam autem Combinatoriam seu Characteristicam generalem longe majora contineat, quam Algebra dedit, dubitari non debet; Ejus enim ope omnes cogitationes nostrae velut pingi et figi, et contrahi atque ordinari possunt, Pingi aliis || ut doceantur, figi nobis ne obliviscamur: Contrahi ut [pauca]; ordinari ut omnia in conspectu, meditantibus, habentur. Quanquam autem sciam Te nescio qua de causa praeoccupatum, ab his meditationibus meis fuisse alieniorem, credo tamen, ubi serio rem examinaveris, mecum sensurum, generalem hanc Characteristicam incredibilis usus fore, cum et lingua sive scriptura ejus ope excogitari possit, quae paucis diebus disci possit, et omnibus exprimendis quae in usu communi occurront, sit suffictura, et ad judicandum atque inveniendum mire valitura; exemplo Characterum numeralium. Utique enim facilius multo Arithmeticis Characteribus calculamus, quam Romanis idque vel calamo, vel mente: haud dubie quia Characteres Arabici commodiores sunt id est genesin numerorum melius exprimentes. Nemo autem vereri debet, ne Characterum contemplatio nos a rebus abducatur, imo contra ad intima rerum ducet. Nam hodie ob Characteres male ordinatos, confusas saepe notitias habemus; tunc autem ope Characterum habebimus facile 10 distinctissimas. Erit enim in promtu velut Mechanicum meditandi filum, cujus ope idea quaelibet in alias ex quibus componitur facillime resolvi possit, imo Charactere alicujus conceptus attente considerato statim conceptus simpliciores in quos resolvitur menti occurrent: unde quoniam resolutio conceptus resolutioni Characteris ad amussim respondet, Characteres tantum aspecti nobis, adaequatas notitias, sponte et sine labore ingerent in mentem. Quo nullum ad 20 perfectionem mentis majus auxilium sperari potest. Haec ad Te paulo fusius perscribere volui, mi amice, ut experirer plusne apud Te rationes quam praejudicatae opiniones valerent. Si dices rem esse paeclarlam sed difficilem, satis a Te obtinui. Nam difficultas me non terret, cum satis videam certas et ni fallor commodissimas superandi eam rationes.

Spinosae *opera posthuma* prodiisse non ignorabis. Extat et in illis fragmentum *de Emendatione intellectus*, sed ubi ego maxime aliquid expectabam, ibi desinit. In *Ethica* non ubique satis sententias suas exponit, quod sic satis animadverto. Nonnunquam paralogizat quod inde factum, quia a rigore demonstrandi abscessit. Ego certe puto utile esse in Geometricis discedere a rigore, quoniam in illis facile caeventur errores; at in Metaphysicis et Ethicis summmum demonstrandi rigorem sequendum puto, quia in illis facilis lapsus. Si tamen Charactericen 30 constitutam haberemus, aeque tuto in Metaphysicis ac in Mathematicis ratiocinaremur. Ais

5 paucis; *l* ändert Hrsg.

25 Spinosae . . . prodiisse: Die 1677 erschienenen *Opera posthuma* hatten Tschirnhaus bei der Abfassung von N. 172 am 10. April 1678 noch nicht vorgelegen. 31 Ais: vgl. N. 172, S. 614.1.

414

definitiones rerum esse traditu difficiles: intelligis fortasse Conceptus quam maxime simplices et ut ita dicam originarios, quos tradere fateor difficile esse. Verum sciendum est ejusdem rei plures esse definitiones id est proprietates reciprocas rem ab aliis omnibus distinguentes, et ex una quaque nos omnes ducere posse alias rei proprietates quod etiam non ignoras, sed ex his 5 definitionibus aliae aliis perfectiores sive primis atque adaequatis notionibus propriores sunt. Et quidem certam habeo notam definitionis perfectae atque adaequatae quando scilicet percepta semel definitione dubitari amplius non potest utrum res ea || definitione comprehensa sit possibilis vel non. Ceterum qui Characteristicam seu analyticam universalem constituere velit, initio quibusunque uti potest definitionibus, quia omnes 10 continuata resolutione tandem in idem desinunt. Quod ais in rebus valde compositis opus esse calculo, in eo plane mecum sentis. Idem autem est, ac si dixisses opus esse Characteribus, nihil aliud enim est Calculus quam operatio per Characteres, quae non solum in quantitatibus, sed [et] omni alia ratiocinatione locum habet. Interea quando id fieri potest, magni aestimo ea quae sine calculo prolixo, id est sine charta et calamo, sola vi mentis peragi possunt, quia quam 15 minimum pendent ab externis, et in captivi quoque cui negatur calamus, aut cui ligatae sunt manus, potestate sunt. Itaque exercere nos debemus tum in calculando, tum in meditando et debemus conari ea quae calculo sumus nacti, etiam sine calculo postea sola meditatione demonstrare, quod saepe succedere expertus sum. Sed non dubito, quin de multis idem sentiamus, [etsi] differamus loquendi ratione: quam nolim dissensus inter nos causam esse, quem- 20 admodum nec dissensus amicitiam minuet. Quare spero sinceritatem meam Tibi non ingratam fore qua sententiam de tua radicum ex aequationibus extractione exposui. Quoniam enim a scopo abludere putavi, volui id tibi significare, ut labori parceres: vicissim de mea expecto judicium tuum, cui sane multum tribuo, nec dubito profiteri et plurima me didicisse a Te, et etiamnum discere posse teque egregiarum inventionum esse capacem, et quae ab aliis atque 25 etiam me jam exhibita sunt, etiam per te [praestari] posse, si animum attendas. Malim tamen publici boni causa, te animum potius applicare ad intacta, et quae nondum in potestate habemus; spero etiam praejudicia nonnulla quae contra meas opiniones quasdam habere videris, magis magisque deletum iri. Quod superest vale faveque ac sanitatis pariter tuae statum ac studiorum egregiorum progressum significa

30

Tibi deditissimo

Gottfredo Guilielmo Leibnitio.

13 at *I ändert Hrsg.*19 et si *I ändert Hrsg.*25 *praestare I ändert Hrsg.*

10 Quod ais: vgl. III, 2 N. 154, S. 382.

178. VINCENT PLACCIUS AN LEIBNIZ
Hamburg, 29. Mai (8. Juni) 1678. [175.182.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 730, Bl. 10. 1 Bl. 2^o. ^{3/4} S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 31–32.

5

E² II, 1 (1926) N. 178.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 16 (nach E¹).

Unser Brief wird beantwortet durch N. 182.

P. S. Vir Amplissime Consultissime, D^{ne} Fautor honoratissime

10

|| Catalogum Fogelianum integrum ad Te pervenisse satis certo credo, licet adhuc binis ultimis meis nihil reposueris. Quod occupationibus adscribo Tuis. Interim Feldeniana MSS^{ta}, ut et de Astrologiae emendatione Epistola mea 10 gg. pretio descripta expectant cuinam committi debeant. Evidem heri de pecunia mihi eo nomine solvenda mentionem fecit Weberus mercator noster, at de aufferendis coëmptis nullum verbum. Pecuniam autem offerebat moneta vestrata, ¹⁵ quam Drittels vocant, eo quod apud vos non aliam sibi expectandam ajebat. Interim ego bonum imperiale hic solvi, adeoque plus octava parte pretii perditurus essem, si tali moneta mihi quod persolutum est restitueretur. Id quod nolle te scio. Novi litterarii || nunc abhinc nihil. Nisi quod Kirstenianae quoque Bibliothecae auctionem expectamus, si Fogeliana bene successerit; ²⁰ de quo neutiquam dubito. An de Conringianis operibus conjunctim editis vel edendis aliquid compertum habeas scire cupio? ut et de Clasenii Professoris Helmestadiensis in Grotium commentis. Item illa Politica quam notis illustravit, cuiusnam sit auctoris, scire averem. Plura alias. Vale faveque.

Hamb. 1678. d. 29. Maii.

Tui observantiss^o

V. Placcius

Dem WohlEdlen Vesten und Hochgelahrten Herren Gottfrid Wilhelm Leibnitz Fürstl. ²⁵
Hanoverischen Hochbetrauten Raht, meinem insonders Hochgeehrten Herren. In Hanover.

:414

415

13 de Astrologiae emendatione: V. PLACCIUS, *De astrologia judiciaria . . . consilium Epistolare*, vgl. N. 174. 20 Conringianis operibus: Die *Opera Conringis* sind erst 1730 von J. W. Goebel in Braunschweig herausgegeben worden. 21 f. Clasenii . . . auctoris: nicht nachgewiesen; vgl. N. 182.

179. HEINRICH SIVER AN LEIBNIZ

Hamburg, 6. (16.) Juni 1678. [155.]

Überlieferung:

- K Abfertigung: LBr 869, Bl. 3–4. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.
 5 E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 32–37.
 E² II, 1 (1926) N. 179.
 Weiterer Druck:
 DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 16–18 (nach E¹).

Unser Brief antwortet mit beinahe viermonatiger Verzögerung auf einen nicht gefundenen Brief von
 10 Leibniz, in dem dieser wohl in der Zeit um Februar 1678 Anfragen zum Nachlaß von Jungius und Fogel, ferner
 nach Jungius' Ansicht zum *concurrus corporum* gestellt hat.

:415

|| Nobilissime Domine

Facile silentii tui semestris excusationem admitto; modo in meae ad quartum mensem
 dilatae responsionis excusatione (quam ex primis literis meis a laborum multitudine peto)
 15 admittenda haud difficilis fueris. Jam vero, ne omnino taceam, paucis ad ea, quae proponis,
 respondeo, veniam precatus brevitat, cum prolixo mihi esse nondum liceat.

Jungianorum scriptorum nulla adhuc alia, praeter tria ista enumerata, edita sunt; quibus
 tamen *Harmonicam* nuper addidit collega noster D^{nus} Joannes Vagetius, *Phytoscopica* quoque
 editurus, siquidem divina coepitis gratia aspiraverit. Disputationes quidem variae sub praesidio
 20 Jungii nostri quandam habitae typisque descriptae in eruditorum Bibliothecis asservantur, sed
 nullo pretio venales; sicuti nec *Logica*, nisi forte in Bibliotheca per auctionem distrahenda
 occurrant. Quod si fiat, et ita Tibi placuerit, operam adhibeo, ut pro desiderio tuo una alterave
 habeatur. *Geometria* vero *empirica* haberi potest apud haeredes Zach. Hertelii, id quod librario
 indicavi. Spero itaque hanc ex voto transmissum iri.

17 scriptorum erg. K

17 tria ista enumerata: vgl. N. 155. Es handelt sich um die Schriften *Logica Hamburgensis* (1638, 1672), *Geometria empirica* (1649) und *Doxoscopiae physicae minores* (1662). 18 f. *Harmonicam* . . . aspiraverit: J. JUNGIUS, *Isagoge phytoscopica*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1678; *Praecipuae opiniones physicae*. . . . Ex recensione et distinctione Martini Vogelii . . . Cujus annotationes quaedam accedunt, accessit nunc primum ejusdem auctoris *Harmonica et Isagoge phytoscopia*, Hamburg 1679; vgl. auch LEIBNIZ, *Harmonica et Phytoscopica Scripta Postuma Joachimi Jungii Hamburgensis. 1678*, in *Journal des Scavans*, 22. August 1678, S. 342. 23 f. *Geometria* . . . iri: Diese Schrift von Jungius war Leibniz bereits früh bekannt (VI, 1 S. 282, VI, 2 S. 336). Gottfried Schultze schreibt am 25. Juni 1678 an Leibniz: »... sende jetzo nebengehendes paketlein so mir von Hⁿ Sivers heute eingereicht worden.« Bei diesem nicht näher beschriebenen Paket könnte es sich um die versprochene Büchersendung gehandelt haben.

De concursu corporum quae Jungii sententia sit, nunc non facile dixerim, cum quae istum (concursum) concernunt, ad Physica et motum concretum pertineant, quorum fasciculos, si qui fuerint, evolvere, ea, quae jam paro, non permittunt mihi, utpote conceptibus *stereometricis* et *chronologicis* (quae Scientiae sub prelo sunt, propediem absolvendae) occupato. Memini quidem ipsum saepius questum esse, quod nullis experimentis (quotquot etiam instituerat) ullum deprehenderit adminiculum, quo Cartesio (quem alias magnificiebat) quod ad thesin 49^{nam} in Parte 2^{da} *Princip. Philosophicorum* de lege motus occurrentium corporum quarta adstipulari possit; quaenam vero illa experimenta fuerint: et an literis consignata sint, de quo quidem nullus dubito, haut memini. Est tamen, quod, quamprimum otium detur, investigare libet.

Discrimen inter motum compositum stricte dictum et mixtum tale est. Motus || compositus 10 416 stricte dictus est, qui ex duobus pluribusve motibus inter se diversis constat, quorum et tempora et viae vel etiam tendentiae communi termino cohaerent; ut, motus apicis cuiusvis polygoni, quod per planum volutatur. Item, motus serrae, vel hominis oscillo jactati. Mixtus vero est, qui oritur ex duobus motibus secundum viam diversis, idem punctum continue eodem tempore affientibus; ut, rectae, terminis suis per rectas normaliter sese decussantes latae, singula 15 puncta reliqua motu coordinatim mixto moventur, describuntque ellipses, praeter (punctum) medium, quod peripheriam delineat. Item, musca per orbem circumvolutum repens motu subordinatim mixto progreditur: et lapis projectus, dum impetu facto ad metam pergens sensim causa interna naturali deorsum vergit, motum immediate mixtum exhibet. Motus per interceptionem mixtus est species motus coordinatim mixti, cuius exemplum supra dedi: et species 20 ejusdem alia est motus per vergentiam mixtus, qui observatur in singulis punctis rectae uno termino per lineam quamcunque ita motae, ut altero termino certum extra lineam istam punctum respiciat.

Fogelianae Bibliothecae, indice catalogo typis jam descripto, constituta est auctio in proximum Autumnum. Manuscripta vero ejus data occasione illa, quam catalogi appendix 25 proponit, quotquot perfici poterunt publico usui servient.

Experimenta Jungii circa insecta, ut et cetera ejus manuscripta omnia, una cum ejusdem Bibliotheca Philosophica peculiariter in loco Bibliothecae nostrae publicae pro communi

3 f. conceptibus . . . occupato: Tasses *Chronologia una cum opusculi Sciographia* und dessen Ausführungen zur *Sterometria* publizierte Siver erst in den *Opuscula mathematica*, hrsg. v. H. Siver u. Balthasar Mentzer, Hamburg 1699; zur Herausgeberschaft Sivers bei weiteren Werken von Johann Adolph Tasse vgl. N. 155. 10–23 Discrimen . . . respiciat: Siver referiert, wohl auf erneute Bitte von Leibniz, anknüpfend an seine Ausführungen in N. 155, erneut aus dem Manuscript von J. JUNGIIUS, *Phoronomica, seu Doctrina de motu locali*, später gedruckt in J. A. TASSE, *Opuscula mathematica*, hrsg. v. H. Siver u. Balthasar Mentzer, Hamburg 1699. 24 Fogelianae Bibliothecae: *Catalogus bibliothecae Cl. V. Martini Fogelii Hamburgensis, . . . multis, selectis egregiisque libris refertae, cuius auctio habebitur in aedibus Fogelianis die Martii 13. August. et seqq. anno 1678*, Hamburg 1678. Leibniz konnte die Fogelsche Bibliothek bereits am 26. Juli für Herzog Johann Friedrich erwerben (I, 2 N. 51). 27 insecta: J. JUNGIIUS, *Historia vermium*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1691.

impostorum usu asservantur. Fuisse hunc virum libri istius sub Rosae-cruciorum nomine editi Auctorem, nemini nostrum liquet. Sunt, qui negant.

Mercurius mihi quoque visus est sub Sole 28^{vo} Octobr. Jul., hoc est, 7^{mo} Novembr. Gregor. primum semisse horae ante meridiem, medio fere loco inter Solis marginem et centrum in 5 Ecliptica: deinde hora secunda pomeridiana media duos circiter digitos supra centrum Solis eminens et in ipsa cum Sole conjunctione, quantum colligebatur, constitutus.

Gratulor Hugenio, si duplicitis istius refractionis in *Crystallo Islandica* rationes (quas quidem et Erasmus Bartholinum in opusculo suo de *crystallo Islandica disdiaclastica* reddere conatum esse nuper comperi) deprehenderit. Utrasque conferre operae pretium erit, ideoque 10 Hugenianarum publicationem exspectans Bartholinianas quamprimum mihi comparabo.

Mathematicis et Physicis studiis praestantes adeo rari hic sunt, ut eximium notitiae tuae sistere illorum nullum, horum vix unum alterumve queam. Chymici tamen plures commendantur, principiis physicis inter se variantes.

De Cl^{mi} Vagetii nostri amicitia non est, quod dubites. *Harmonica*, quam a se editam 15 transmittet, initium ejus dabit.

Oldenburgii mors nuper mihi ex literis Nehemiae Grevii, in locum ipsius suffecti, ad me datis innotuit, non sine dolore. Deus resarciat damnum.

417 Quod ad experimenta magneticia Parisiensis cujusdam, illud de facultate magnetis aucta || per ferrum superius applicatum sibi videtur constare; quod vero de ferro a lima recenti affertur, 20 vacillare; nisi forte ferrum intelligatur a lima propter attritionem vehementiorem et continuam calidum. Calorem enim intensiorem vires magneticas quodammodo debilitare: ignem omnino abolere observavi. Chalyboclinis nuper nostro loco convenientem experturus, duabus diversis aciculis magneticis, deprehendi unius declinationem 12 graduum, et alterius 8 graduum. Diversitatis ratio forsitan a diverso afflictionis puncto deduci poterit. Sed amplius haec meditanda 25 sunt, otio concesso.

Vale faveque

Tuo, omni officio

Henrico Sivero

Hamburgi, 6^{to} Junii 1678.

Math. P.P.

4 primum erg. K

1 f. Rosae-cruciorum: [J. V. ANDREAE,] *Fama Fraternitatis R. C. Das ist Gerücht der Brüderschaft des Hochlöblichen Ordens R. C.*, Kassel 1615. Durch seine enge Verbindung zur Bruderschaft der Rosenkreuzer wurde die Zuschreibung der ohne Autorenangabe erschienenen Schrift an Jungius erwogen. 7 Hugenio: vgl. Huygens Notiz vom 6. August 1677 *Causa mirae refractionis in crystallo Islandica* (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 19, S. 427–431), über die Mariotte Leibniz in Kenntnis gesetzt hatte (7. Dezember 1677, III, 2 N. 116, S. 290 f.). Eine ausführliche Darstellung liefert Huygens später im *Traité de la lumiere*, Leiden 1690, cap. V, S. 48–101 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 19, S. 451–537). 8 Bartholinum: E. BARTHOLIN, *Experimenta crystalli islandici disdiaclastici, quibus mira et insolita refractio detegitur*, Kopenhagen 1669. 16 literis: nicht gefunden. 18–22 experimenta magneticia Parisiensis cujusdam: nicht nachgewiesen.

A Monsieur Monsieur Gotfried Guillaume Leibnitz, Conseiller de Son Altesse le Duc de Hannover à l'Hannover.

180. JOHANN VAGETIUS AN LEIBNIZ

Hamburg, 6. (16.) Juni 1678. [200.]

Überlieferung:K Abfertigung: LBr 950, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 1 $\frac{1}{4}$ S. Eigh. Aufschrift u. Siegel. 5E¹ UHL, *Sylloge nova epistolarum*, Bd 3, 1761, S. 40–41.E² II, 1 (1926) N. 180.

Weiterer Druck:

DUTENS, *Opera omnia*, Bd 6, 1, 1768, S. 20.

10

Mit unserem Brief reagiert Vagetius auf ihn betreffende Bemerkungen, die Leibniz in zwei Schreiben an die ebenfalls in Hamburg lehrenden Jungius-Schüler Placcius (N. 166) und Siver gemacht hat (vgl. Placcius an Leibniz, 29. März 1678, N. 169 und Siver an Leibniz, 16. Juni 1678, N. 179). Leibniz hielt sich zwischen Mitte Juli und dem 2. September 1678 in Hamburg auf und hat dort mit hoher Wahrscheinlichkeit Gespräche mit Vagetius über die Herausgabe des Jungius-Nachlasses geführt. Hinweise auf ein Antwortschreiben von Leibniz 15 auf unseren Brief sind nicht überliefert.

|| S. et O. Nobilissime, Amplissime D^{ne} Consiliarie, D^{ne} Honoratissime.

:417

Honorificentiores vidi, quam mereor, binis literis factam abs te mei mentionem, cum significacione sane mihi gratissima propensi in me animi; simul ea perspexi singularis Eruditionis et subtilissimi Ingenii indicia, ut tam Animi Tui hae dotes expetendam faciant Tui 20 Notitiam, quam amplissima, qua merito tuo fulges, Dignitas. Quare pro magno thesauro amplector oblatum Ampl^{ae} T^{ae} Dign^{tis} favorem, et Cultorem Tanti Nominis quacunque potero probare me connitar strenuum, enixe facturus omnia quibus conservari benevolentia tam optabilis possit. Atque Jungianis de scriptis cognoscere cum desideres, in primis ejus de *Vermium historia*, inquisivi eam, et sparsam per schedas reperi, concinnari tamen a B. Fogelio jam 25 coptas. *Doxoscopias* itaque *Physicas* majores cum perlustravero, recensendae illi et concinnandae, describendaque juvante Deo, admovebuntur manus. Haec et horum similia opera majora dum vel colliguntur, vel, editionis qui ferre sumptus velit, inveniunt, dum item totius

28 dum item . . . folia, erg. K

25 f. reperi: Vagetius hat die *Historia vermium* von Jungius erst 1691 in Hamburg herausgegeben.
 26 Doxoscopias . . . majores: Fogel hat zunächst an einer Edition von Jungius' physikalischen Gymnasialdisputationen gearbeitet, für die er den Titel *Doxoscopiae physicae majores* gewählt und ein Rohmanuskript erstellt hat. Später änderte er seinen Plan und konzentrierte sich stattdessen auf die Physikvorlesung, die sogenannten *Praelectiones*.

schedarum massae conficitur catalogus et numerantur folia, visum est, luci paulatim dare opuscula quaedam, qualia discipulis ab ipso Auctore fuerunt tradita. Id genus meditationum Jungianarum primitias, *Harmonicam*, nunc mitto, Exemplaria si forte pro amicis desideras, lubens quot postulaveris, missurus. Vale, Vir Amplissime et favere perge.

5 T. Nob^{mae} Amplit^{nis} Cultor obsequiosissimus
Scribeb. Hamb. 6. Junii 1678. Joh. Vagetius.

Dem WohlEdlen Vesten und Hochgelahrten Herrn, Gottfried Wilhelm Leibnitz, Fürstlichen Hannoverschem Hochverdientem Raht, Meinem Insonders Hochgeehrten Herrn und Gönner. Hannover.

10 181. LEIBNIZ AN HERMANN CONRING

[Juni 1678.] [176.198.]

Überlieferung:

L Konzept: LBr 171, Bl. 52–55. 2 Bog. 4°. 6 3/4 S.

^{E¹} GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 200–204.

15 *E*² II, 1 (1926) N. 181.

Unser Brief dürfte nicht lange nach Erhalt von N. 176 vom 18. Mai als Antwortschreiben verfaßt worden sein, wurde aber nicht zu Ende geführt und nicht abgefertigt.

:418

¶ Nobilissime¹ et Ampl^{me} D^{ne}

Gratias Tibi debo duplice nomine, tum quod novum honorem gratularis, quo me auxit
20 nuper Serenissimus Princeps meus, tum etiam quod Taciti *de moribus Germanorum* a te jam

¹ Leibniz hat bemerkt: ist nicht abgegangen

4 quot (1) postulas, (2) postulaveris, *K*
3 primitias: J. JUNGIUS, *Harmonica*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1678. Kurz darauf folgte die *Isagoge phytoscopica, ut ab ipso privatis in collegiis auditoribus solita fuit tradi ad exemplaria quae ipse auctor summa diligentia deprehendebatur revidisse et multis locis sua manu locupletasse, accurate expressa*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1678. Leibniz kündigte diese *Harmonica et Phytoscopica scripta Posthumā* aus Hamburg Mitte Juli an im *Journal des Scavans*, Nr. 29, 22. August 1678, S. 342. 1679 erschien fernher in Hamburg die von Fogel herausgegebenen *Praecipuae opiniones physicae*, der die *Harmonica et Isagoge phytoscopica* angehängt wurden. 20-S. 631.1 Taciti . . . aucti: TACITUS, *De moribus Germanorum*, hrsg. v. H. Conring, 3. Aug. Helmstedt 1678.

tertia vice recogniti ac notis aucti, exemplum non Bibliothecae tantum Serenissimi, sed et mihi mittis. Et Serenissimo certe gratum est quicquid a Te proficiscitur, itaque gratias et ipse Tibi agi jussit: mihi vero quae a te scribuntur non grata sunt tantum sed et fructuosa. Vellem excerptis ex autoribus, quae libello adjecisti, notas etiam breves addidisses, ut constaret quod de sententiis eorum judicium esset tuum: excerpta enim dare promptum est Bibliothecam habenti. Optarem etiam a scriptoribus rerum Germanicarum explicari non tantum occasum veterum nominum, sed et originem recentiorum. Constat quam involuta sint tenebris Francici aut Saxonici nominis initia. Cur obsecro sola quae hodie vocatur Franconia, francici nominis vestigia retinuit, cum tamen fortasse Franci veteres Franconiam ne viderint quidem, et Westphaliam atque inferiorem Rheni tractum insedisse credantur. Mirari etiam subit quibus machinis Suevorum 10 gens ab Albi translata sit ad Danubium. Sane Suevi cum in Hispaniam tendebant per Vindelicos non transiere. Quando ex Noricis Bavari facti sunt aut Bojari, ex Pannonibus Austrii, non minus obscurum est. Optaverim itaque explicari nobis non eorum tantum rationes quae dudum intercidere, sed et eorum quae hodie subsistunt origines; nec dubito quin id et factum a Te sit subinde, et fieri possit uberior. Caeterum, ut obiter dicam, puto vidisse Te fragmentum 15 Agathemeris Geographi veteris nuper a Tenullio editum, et quae in Stephanum nuper dedit Berkelius, et libellum Cosmae Monachi, quem ex Florentina Bibliotheca eruit Bigotius. Vixit autem Cosmas circa Justiniani tempora, et in extrema Indiae penetravit. Sed nihil haec ad Germaniam.

Venio nunc ad Epistolae tuae partem qua respondes priori meae. Doleo excidissem spe 20 quam conceperam de rationibus judicii tui [cognoscendis.] Expectabam enim te tantum Peripateticae philosophiae patronum, et demonstrationes subinde promittentem, de vera demonstrandi ratione aliquid dicturum quod nosse utile esset, mihiique in errore ut putas versanti viam comiter commonstraturum. Nunc video consultius tibi visum declinare has quaestiones (quas tamen superiore Epistola et alias ipse tractaveras) ac velut inutiles et vagas contemnere. Quod 25 equidem sum miratus. Quid enim an Tibi exigui videtur momenti scientia demonstrandi, an vagum et inane videtur in illud inquirere quo maxime praestatur ne vagae sint et inanes

8 francici nominis darüber Francorum L 9 quidem, (1) nam in Westphalia (2) et Westphaliam L
 13 non (1) ea tantum (2) eorum tantum rationes L 15 ut obiter dicam, erg. L 16 nuper . . . editum erg. L
 21 de (1) judicio tuo | cognoscendo erg. | (2) rationibus . . . | cognoscendo ändert Hrsg. | L 22 subinde (1)
 loquentem (2) promittentem L 25 et alias erg. L

16 a Tenullio editum: *Agathemeris Orthonis filii compendiariae geographiae expositionum libri duo*, hrsg. v. S. Tennilius, Amsterdam 1671. 16 f. STEPHANUS BYZANTINUS, *De urbibus et populis fragmenta*, hrsg. v. Joh. Berkelius, Amsterdam 1674; vgl. I, 1 N. 84, S. 147. 17 libellum Cosmae Monachi . . . Bigotius: E. BIGOT, *Description des animaux et des plantes des Indes*, in M. THÉVENOT, *Relations de divers voyages curieux*, Tl 1, Paris 1663 u.ö. Bigot publizierte auszugsweise (Buch XI und II, 45–67) die *Topographia Christiana* des Cosmas Indikopleustes auf der Basis des Florentiner *Codex Laurentianus Plut. IX.* 28; vgl. VI, 4 S. 489.
 20 Epistolae tuae: Conring an Leibniz (N. 167), Antwort auf N. 162.

419 cogitationes nostrae. Ego certe usum harum meditationum didici experimento meo, non enim || tantum scripsi de demonstrando, quod multi fecere, sed et propositiones aliquot inveni, summis viris maximi momenti visas, earumve dedi demonstrationes. In Geometria Regulam inveni primus ex Tetragonismo Arithmeticō pendentem, cuius ductu Trigonometria sine canone 5 sinuum exerceri possit, et Mathematicus aliquis peregrinans aut apud barbaros degens, librisque Tabularum destitutus quos certe circumferre non est in potestate, triangula oblata resolvere queat exiguo tempore ac labore, modo pulchrum quoddam et facile theorema meum in animo retineat. Quod quanti sit momenti, nemo ignorat in his studiis versatus: nam hactenus Geometrae, cum ex angulis sinus vel contra ex sinibus angulos, per regulam invenire ad quantam- 10 vis exactitudinem non possent, per Tabulas id praestitere. Itaque si quis hodie ex Astronomica observatione calculos trigonometricos ducere vellet, nec libros in promtu haberet, cogeretur integrum propemodum Tabulam denuo condere unius exempli causa, nisi regula qualis mea est utatur. In Physicis quoque demonstrationes aliquot habeo magni usus circa motum. Archimedes aequiponderantium scientiam constituit. Galilaeus longius progressus accelerationes sub regu- 15 lam vocavit, et pendulorum proprietates mirabiles detexit. Sed de vi elastica quam vocant, corporum post flexionem se restituentium, ac de corporum inter se concurrentium ac reper- cussorum legibus, nunc primum certa Elementa me demonstrata habere arbitror Archimedeo plane rigore. Unde constabit non Cartesium tantum, sed et alios summos viros nondum ad intimam hujus argumenti notitiam pervenisse nec proinde hactenus Scientiae mechanicae 20 Elementa absoluta haberi. Inveni et Machinam cuius modulum habeo ac S^{mo} Principi meo usum ejus actu ipso monstravi, quo multiplicatio ac divisio fieri potest solo rotae cuiusdam circu- mactu, nullo prorsus animi labore: idque aequali in maximis ac minimis numeris facilitate, modo pro magnis numeris magna satis machina sit, quanquam et pro maximis portatilis esse possit. Nihil hoc inventum cum baculis Neperianis commune habet, quorum etiam utilitatem

2 quod multi fecere erg. L 4 primus (1) quae ex Tetragonismo Arithmeticō pendent, (2) ex . . . pendentem, L 10 hodie (1) apud barbaros degens, et (2) ex L 12 f. regula (1) mea utatur. | (2) qualis mea est | aut alia simili erg. u. gestr. | utatur. (a) Circa (b) In L 13 quoque (1) certa (2) demonstrationes L 13 f. Archimedes (1) vim ut ita dicam (2) ponderum | (3) aequiponderantium erg. | L 16 post flexionem erg. L 16 f. concurrentium (1) repercussionē (ref) (2) ac repercussorum L 20 meo (1) operationem (2) usum L

3–8 inveni: LEIBNIZ, *De quadratura arithmeticā circuli ellipseos cuius corollarium est trigonometria sine tabulis*. MS Herbst 1676 (LH XXXV 2, 1, Bl. 7–38, Erstausg. v. E. Knobloch, Göttingen 1993). 13 demon- strationes: vor allem die *Hypothesis physica nova* (VI, 2 N. 40) und die *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41). 14 constituit: ARCHIMEDES, *Planorum aequiponderantium inventa, vel centra gravitatis planorum (De aequi- ponderantibus)*, in *Opera omnia*, Basel 1544. 16 de corporum . . . concurrentium: *De corporum concursu* von Januar/Februar 1678 (LH XXXV 9, 23, Bl. 1–22 und XXXVII 5, Bl. 86–91; Erstausg. v. M. Fichant, Paris 1994). 20 Inveni et Machinam: ein erstes, funktionierendes Modell seiner Rechenmaschine konnte Leibniz Anfang 1673 in der Royal Society in London vorstellen, vgl. Huygens an Oldenburg, 14. Januar 1673 (HUYGENS, *Oeuvres*, Bd 7, S. 244).

exiguam esse constat. Meum vero instrumentum Christianus Hugenius aliquique primarii Mathematici, quibus ejus specimina ostendi inter utilissima inventa collocant quibus seculum nostrum Mathematicas disciplinas auxit. Haec ideo adducere volui, ne me paradoxis et ab usu remotis speculationibus delectari putes, cum ego contra omnia ad usum aliquem referre sim solitus. Caeterum his ego studiis in Gallia maxime delectabar, ubi illis honor et plausus: nunc vero satis a me actum putabo, si olim inventa elaborare horis succisivis, et Serenissimi Principis parata utilibus studiis munificentia exequi, ut spero licebit.

Caeterum nunc inter Consiliarios quos vocant aulicos allesto alia fateor agenda imponi et ex actorum judicialium lectione dicendam de litibus sententiam esse, nonnunquam et pertinencia ad Rempublicam jussu Principis esse tractanda: noluit tamen optimus Princeps, pro sua in me benignitate, tempus omne meum impendi negotiis forensibus, itaque liberum mihi fecit abesse a conventu, quoties id aliorum laborum causa necessarium videbitur. Et certe || cum subinde aliqua privatim a me Princeps postulet, et Bibliothecae quoque habenda sit ratio, et passim colendum atque retinendum sit cum eruditis commercium; facile apparuit, paulo liberalius mecum agi debere. Sane nollem ego ad saxum hoc forense unice volvendum damnari Sisyphio ritu, nec si maximae opes summique honores promitterentur. Quare non erat cur mirareris me de ratione demonstrandi aliquid Tibi reposuisse, praesertim cum meditationes illae quas tunc in chartam conjecti tibi scribens, non mihi novae essent, sed dudum familiares, qualium descriptio mihi nullo labore constare solet. Putavi etiam, atque etiamnum puto, Te non plebejo more ponere pretia rebus, nec tanti aestimare cogitationes, quanti eas forte Bibliopola emeret, sed quanti sint ad augendam scientiam, excolendaque ingenia momenti. Mihi autem eorum omnium quae novi, neque utilius quicquam occurrit, neque universalius, quam quae de vera inveniendi et demonstrandi ratione ad Te, breviter licet, perscripsi. Usum vero exemplis ostendere, paucis non licet, suffecerit illius me mihi concium esse, idemque sensuros, qui egregiorum inventorum (quae scilicet casui non debentur) origines intellexerint. Mihi enim in more fuit positum inde a puero, quoties in pulchrum aliquod inventum inciderem, non conquescere usu ejus atque demonstratione licet intellectis, nisi et originem inventi, id est analysin, sive modum quo vel invenerit autor, vel ratiocinandi artem secutus, invenire potuerit, eruissem. Quod cum crebro facerem, aliquam mihi videor non tantum inveniendi sed et inveniendi artem ad regulas vocandi, facilitatem consecutus. Quae autem ego feliciter expertus sum, non mihi tantum sed et aliis inventoribus tantopere profuisse (quanquam ipsi inventores non semper inveniendi processum animadvertere aut distincte exponere possint), ea Tibi vaga et paradoxa et parum utilia ideo videri existimo, quia etsi ingenium tuum sit majus quam ut eruditionis Academicae vulgaris cancellis includi possit, scis tamen consuetudinem vulgi, et

15 debere. (1) Ita certe | (2) Sane erg. | L 22 neque universalius erg. L 25 egregiorum | nostri seculi gestr. | inventorum L 30 ego (1) <beati> esse usus (2) feliciter L 33 ideo erg. L 34 includi (1) debeat (2) possit L

quae quotidie audimus ac videmus velut contagio quodam animum inficere; in Academiis autem vulgo si historiarum studium demas, fere intra praecepta generalia atque ab usu remota in plerisque scientiis consisti, ac proinde quae utilia atque inutilia sunt non semper illic recte judicari: denique nonnulla quae vestris hominibus paradoxa videntur, eorum contraria 5 maximi nominis apud exterios in primis viris hodie paradoxa visum iri. Sed haec de philosophia qualis in Academiis passim docetur, accipi a Te velim, alias enim quas vocant facultates longe rectius in Academiis tractari solere non ignoro. Sed et ipsam philosophiam peripateticam ab Helmstadiensibus longe accuratius quam alibi fieri solet, explicari non inficior. Quo magis doleo subinde subacti judicii viros et meliorum capaces, paraphrastas esse malle veterum, quam 10 scientiae quemque sua locupletatores.

182. LEIBNIZ AN VINCENT PLACCIUS

[Anfang Juli 1678.] [178.185.]

Überlieferung:

L Konzept: LBr 869, Bl. 6. 1 Bl. 4°. 2 S.

15 E II, 1 (1926) N. 182.

Unser Brief antwortet auf N. 175 und N. 178. Da Leibniz hier seine kurz bevorstehende Abreise (»his diebus«) zu Placcius nach Hamburg ankündigt und dort am 16. Juli 1678 eintrifft (vgl. I, 2 N. 46), muß der Brief kurz zuvor geschrieben worden sein.

:421

|| Nobilissime et Consultissime Domine, Fautor Honoratissime.

20 Scripseram Webero, ut tibi pecuniam a me debitam solveret, idque nunc repetii ut praestet in moneta apud vos probata. Plurimum interea tibi debeo, tum eo nomine, tum quod Fogelianae Bibliothecae Catalogum misisti; quem recte accepi. De Conringianorum operum editione nihil mihi auditum; etsi subinde ab ipso Conringio literas accipiam.

25 Spero me his diebus ad vos excurrere posse, ubi alloquo tuo frui, et inter alia de Fogelianis et Jungianis loqui gestio. Recte sentis non nimis diu differendam meditationum non vulgarium editionem: neque illos probo qui nimis in hoc genere sunt morosi. Neque sperandum

5 maximi . . . viris *erg. L* 7 peripateticam *erg. L* 8 solet | in Germania *erg. u. gestr.* |, explicari *L*
24 ubi (1) ⟨ – ⟩ spem (2) alloquo *L*

20 Scripseram: Brief nicht nachgewiesen. Daß Weber die Zahlung geleistet hat, schreibt Placcius am 17. Dezember 1678 (N. 188). 25 Leibniz hielt sich von Mitte Juli bis zum 2. September 1678 in Hamburg auf. In dieser Zeit dürften auch Gespräche mit Placcius über die Fogelsche Bibliothek stattgefunden haben; vgl. I, 2 N. 46 und N. 65.

est enim quicquam a nobis edi posse ita omnibus absolutum numeris, ut postea nihil corrigendum occurrat. Satis est ita a nobis scribi, ut post decennium, si vivimus, scripsisse non poeniteat. Quod unum ego imposterum me curaturum innuebam. Nam quae olim scripsi vix scholas egressus scripsisse fere poenitet. Nunc vero non pauca dare possem melioris ut spero notae, si otium esset elaborandi.

5

In jurisprudentia id ago ut omnia revocentur ad pauca capita, quae qui teneat, caetera per consequentiam certam inde ducere possit. Quod mihi videtur esse, jus ex infinito finitum reddere. Quoniam autem saepe controversiae sunt circa ipsa fundamenta ex quibus caetera ducenda essent, eas controversias velut Imperatoriae definitioni servandas anno: illas praesertim quibus dubitatur utrum Leges Romanae quaedam adhuc serventur.

10

In re Mathematica non pauca habeo quae a Viris etiam in hoc genere summis desiderari accepi. Et quidem Parisiis reliqui scriptum edendum *de Quadratura Circuli et Hyperbolae Arithmetica ejusque Corollario: Trigonometria sine Tabulis*. Nam hic est maximus Geometriae defectus, quod ex datis trianguli lateribus, vel ex datis angulis et uno latere, aut ex duobus lateribus et uno angulo; reliqua non possunt inveniri hactenus per regulam constantem; sed opus est tabulis jam calculatis. Itaque si quis in itinere opus haberet resolutione quadam Trigonometrica, librisque careret, cogeretur unius exempli in numeris accuratis solvendi causa immensum laborem subire, integrumque velut Tabulam sibi condere. Huic defectui remedium inveni et regulas duas exhibui, quarum una generaliter exhibet modum ex dato angulo vel arcu inveniendi sinum, altera modum ex dato sinu inveniendi arcum vel angulum, idque exiguo 20 labore et in numeris quantumlibet exactis. Harum regularum demonstrationes examinavere mathematici nostri temporis primarii, et veras deprehendere; sed etiam exactissimo calculo in exemplis quibusdam initio veritatem expertus sum. Alia in his studiis inventa nunc memorare omitto, quia non aequae sunt publici usus.

15

In Physicis habeo regulas motus perfectissime constitutas, et Archimedeo plane rigore demonstratas. Si || quis enim illis contradicat, eum redigere possum ad absurdum. Itaque valde 25 vellem videre an Jungianae consentiant.

422

Mechanica quaedam nunc memorare nihil attinet.

In penitiore philosophia multa dicenda haberem, certo demonstrata, et longe a quibusdam Aristotelis aut Cartesii aut Hobbesii sententiis diversa, tametsi plurima ab illis tradita plane 30

1 est (1) etiam | (2) enim erg. | L 8 autem (1) magna (2) saepe (a) quoque (b) < – > (c) controversiae L
12 edendum erg. L 13 Arithmetica (1) cuius an (2) ejusque L 14 latere, (1) < alia > reliqua (2) < – > (3) aut ex L

12 f. scriptum . . . *Tabulis*: LEIBNIZ, *De quadratura arithmeticâ circuli, ellipsoes et hyperbolae, cuius corollarium est trigonometria sine tabulis*, Herbst 1676 (Ms. HANNOVER, Niedersächs. Landesbibl., LH XXXV II, 1 Bl. 7–38; Erstausg. v. E. Knobloch, Göttingen 1993).

probem. Sed cum haec studia pauci tractent, quid attinet scribere non legenda. Satis igitur habeo aliquando circa Deum atque animam aliqua dare firma et ut spero profutura.

In Theologicis quoque non sum inexercitatus, nam jamdudum cum magnis viris de religione contuli, epistolasque scripsi et accepi quae si ederentur forte nonnullas quaestiones 5 illustrarent. Sed ego literarum mearum exempla retinere non soleo, nisi cum singularis quaedam ratio jubet. Intelligi tamen potest ex aliorum ad me literis, quam uberes fuerint meae.

Habes, Vir Cl^{me} nonnullas molitiones meas, quas nosse voluisti. Obsecutus sum mandato tuo potius quam consilio meo neque enim prudentis est promittere quae praestitum iri in incerto est.

¹⁰ Nescio cujus sit politica illa in quam commentatus est Clasenius, curabo tamen ut sciam.

Circa illam *immortalitatis animae demonstrationem* quam mihi transmiseras, et de qua sententiam exposui, recte notas mecum resolvi denique debere in generale argumentum de providentia seu justitia Dei. Digbaeus multa argumenta recenset, accurate tamen nihil demonstrat. Claubergius est Cartesii paraphrastes. Cartesius egregia quidem attulit, demonstrationem 15 tamen non absolvit. Duo sunt diversa, immaterialitas animae, et immortalitas. Demonstrandum est ergo 1.) ex metaphysicis, animam cum corpore non dissolvi, 2.) ex moralibus, animam in alia vita et cogitare et meminisse. Neutrū debito rigore demonstratum est. Sed finiendi tempus est. Vale faveque

Nobilissime Domine

Tibi deditissimo

Leibnitio.

²⁰ 183. SIMON FOUCHER AN LEIBNIZ

Paris, 12. August 1678. [120.205.]

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 278, Bl. 2–3. 1 Bog. 4°. 2 S. Eigh. Aufschrift u. Siegel.

E¹ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 1, 1875, S. 374–375.

²⁵ E² II, 1 (1926) N. 183.

10 est (1) Cellarius | (2) Clasenius *erg.* | L

11 transmiseras: Placcius an Leibniz, 29. März 1678 (N. 169). 12 sententiam exposui: Bemerkungen von Leibniz sind nicht nachgewiesen. 12 f. recte notas: vgl. N. 175, 2. Absatz.

Foucher nimmt erst längere Zeit nach Leibniz' erstem Brief vom September 1675 (N. 120) seinerseits die Korrespondenz auf. Die Antwort auf unseren Brief ist verschollen, dürfte jedoch Ende Oktober/Anfang November 1678 erfolgt sein, denn Hansen schreibt am 14. November 1678, er habe am vergangenen Freitag (»vendredi passé«) Briefe von Leibniz zur Weiterbeförderung erhalten, u.a. auch an Foucher (vgl. I, 2 N. 367, S. 381).

Oben auf Bl. 2 Mitte ist ein kleines Stück (ca. 4,5x2 cm) vermutlich mit dem Siegel herausgeschnitten worden. Dieses Stückchen ist jedoch erhalten, so daß kein Textverlust entstanden ist. 5

|| Monsieur

A Paris du 12 Aoust 1678.

:422

